



LANE
MEDICAL
LIBRARY
SEAL OF THE LELAND STANFORD JUNIOR UNIVERSITY
SEMPER VIRENS
1885

[redacted]

CLAUDII GALENI

DE PLACITIS HIPPOCRATIS ET PLATONIS

LIBRI NOVEM.



CLAUDII GALENI

DE PLACITIS HIPPOCRATIS ET PLATONIS

LIBRI NOVEM.

RECENSUIT ET EXPLANAVIT

IWANUS MUELLER,

LITT. GRAEC. ET ROM. IN UNIVERSITATE ERLANGENSI PROFESSOR P. O.

VOL. I.

PROLEGOMENA CRITICA, TEXTUM GRAECUM, ADNOTATIONEM CRITICAM VERSIONEMQUE LATINAM CONTINENS.



LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

Praefatio editoris.

Quod ante hos duos annos promisi, id iam ita ratum effeci, ut volumen primum editionis librorum Galeni de Placitis Hippocratis Platonisque in lucem mitterem, quo Prolegomena critica, scriptoris verba ipsa, adnotatio critica versioque latina continerentur. In his omnibus quin eruditorum exspectationi satisfacerem, tametsi nihil fere praetermisisse mihi videor, tamen metus nonnunquam subit animum, ne vires meae parum suffecerint tanto labori, quantum nova illius operis requirat recensio. Nam primum ipsarum, quae a Galeno tractantur, rerum non modo varietas perquam magna, sed insolentia etiam ac novitas a vulgaribus philologiae studiis longe remota difficultates editionem paraturo creavit non exiguas; quid dicam non exiguas? immo eas, quae videri possent paene inexsuperabiles. An quisquam, ut omittam res, quae ad physica artemque medicinalem spectant, illos locos, quos e Chrysippi, Posidonii aliorumque Stoicorum libris Galenus attulit plurimos, facili se negotio eluctari posse confidat? Chrysippi quidem orationem Galenus ipse queritur se non satis intellexisse. Accedit, quod variis de causis, de quibus cum in Programmatis duobus academicis, tum in Prolegomenis huius editionis dixi, textus ipse permultis locis ad aetatem nostram quam depravatissimus pervenit vitiisque et apertis commaculatus est et tectis, quae si quis perviderit omnia, nae is Lynceus mihi erit. Neque vero sufficit perspicere vitiose tradita,

sed divinare oportet, quae sit vera manus scriptoris; quod quam difficile sit, documento sunt, ut id unum admoneam, iidem illi loci e Chrysippo a Galeno exscripti, quorum obscuritas ipsiusne scriptoris, cuius de neglegentia scribendi constat, an librariorum vitio debeatur, saepissime dubitari vehementer potest. Postremo illud quoque summam ad operis mei perfectionem attulit difficultatem, quod ego unus post hominum memoriam in tractando hoc opere Galeni versatus vix quemquam repperi, qui ante me aut textum ad criticas rationes exegisset aut ad explanationem sive operis totius sive singulorum locorum multum contulisset, qui vero Galeni usum dicendi diligenter observasset, neminem, ut hominis, qui in vasto immensoque Oceano scopulos cautesque habente solus in navicula sederet eamque regeret, non dissimilis esse mihi viderer.

Haec atque talia reputans sane habeo, quod metuam, ne, si haec editio in manus hominum venerit, ii ita iudicent, maius me quam humeri ferrent onus suscepisse. Sed tamen conscientia me sustento, ut qui me non frustra laborem studiumque consumsisse existimem. Nam quis erit aut tam fastidiosus, quin, cum antea ii, qui hunc illumve locum Galeni evolverunt tractaveruntque, de lectionis veritate prorsus incerti fuerint, nunc copiam datam esse discernendi, quid codicibus, quid editoribus tribuendum sit, laetetur? aut tam iniquus, ut comparatione meae editionis cum Kuehniana instituta nolit cognoscere, quantum nunc corruptorum locorum emendatio profecerit? Equidem plus mille octingentis locis Kuehnii textum corrigendum esse censui; quam recte, videant iusti harum rerum existimatores. Itaque ego, etsi video hodie genus quoddam hominum esse, qui, si quid deliquerint editores, rimentur castigentque acerbissime, si quid insit virtutis laudisque, silentio superbissimo opprimant, tamen confido fore, ut hoc opus meum iis, qui aequo iudicio utantur, non improbetur. Quamquam et hi

habebunt, quod mirum iis videatur. Velut Prolegomenorum tota ratio instituta nimium quantum Palaeographiam superioribus saeculis tractatam redolere videtur. At ea qui fieri potuit ut aliter institueretur, si quidem, quod fere nemo non concedat, necesse fuit in editione, quae prima in recognoscendo textu versaretur, sub uno quasi adspectu ponere luculentisque demonstrare exemplis, et qualem editiones superiores textum tradidissent et quantum quantillumve e codicibus, qui aetatem tulerunt, petendum esset auxilii? Deinde nolint mirari, si in Prolegomenis repprererint nonnulla a me emendata dici, quae in adnotatione critica legent emendata a Cornario. Causa haec est, quod Prolegomena iam typis exprimi coepta erant, cum Cornarii emendationes, quae margini exemplaris Aldinae adscriptae in bibliotheca academica Jenensi asservantur, in manus meas venerunt, unde multas illius correctiones cum meis consentire cognovi; itaque relinquebatur, ut in adnotatione critica Cornario vindicarem ea, in quae ipse quoque incidissem. Idem in aliis multis emendationibus, quas in Prolegomenis non commemoravi, faciendum putavi religioni habens aliquid a meo ingenio profectum praedicare, quod prior ille invenisset. Ut autem iactantiae crimen facile, credo, effugi, ita minus facile videbitur duobus aliis me purgare, inconstantiae cuiusdam et neglegentiae. Erunt enim, qui neque satis constantem me in iis, quae ad orthographiam graecam et latinam pertinent, fuisse animadvertant neque in corrigendis typothetarum mendis diligentem, quippe qui accentus spiritusque non paucis vocibus graecis deesse non viderim. Audio; at illud perraro accidit, ut in scriptura mihi non constarem, ac ne devitari quidem usquequaque potuit, velut in locis a Galeno ex Hippocrate laudatis, cuius ne in optimis quidem codicibus sibi constat scriptura; alterum nec typothetarum, quorum diligentiam, nec correctorum Lipsiensium, quorum accurationem magna laude dignam iudico, nec mea culpa,

qui praesertim insigni amicissimi cura, B. Dombarti, professoris gymnasii Erlangensis, usus sim, factum est, sed vitio nescio quo machinae accidit, ut accentuum notae a typothetis correctoribusque recte et plene appictae in multis exemplaribus evanescerent.

Sed his de rebus satis iam dictum est, ne ambitiose aut laudare aut excusare me videar. Restat, ut hoc volumen a bibliopola nobilissimo forma elegantissima ornatum, quod brevi spatio interiecto alterum sequetur enarrationem continens, faustis precibus prosequar, nihil magis exoptans quam ut mea opera qualicumque multi philologi ad Galeni studia plus fructus quam quis opinetur philologiae allatura excitentur.

Dabam Bonsideliae mense Septembri MDCCCLXXIV.

Scriptorum Graecorum vix cuiusquam, Aristotelem si excipias, tam late patuit tamque diu floruit quam Claudii Galeni medici auctoritas. Nam post excidium imperii Romani non Byzantinorum finibus eius studia coartata retinebantur ad eandemque ac ceterorum Graecorum studia exilitatem redigebantur, sed habitabant in Occidente; quid? quod ad Syros etiam, ad Persas, ad Arabes transierunt ac novis inde incrementis captis ad gentes Europaeas refluxerunt? Nec vero colebantur vel oblectandi animi vel excolendae mentis causa vel ut rerum et litterarum antiquarum repeteretur cognitio, sed eo consilio, ut acquireretur doctrina ea, quae ad vitae hominum usum utilitatemque quam plurimum valeret, cum et in corporis humani cum fabrica tum viribus facultatibusque percipiendis et in valetudine tum restituenda tum conservanda versaretur. In quo tantum fuit Galeni nomen, ut per plus decem saecula nemo auderet, immo ne cogitaret quidem digitum transversum, ut aiunt, de eius doctrina praeceptisque discedere: tam mira vi mentes hominum sibi adstrictas Galenus tenuit.

Sed tanti imperii per tot saecula manentis ad tamque diversas gentes pertinentis forma varia et multiplex fuit. Apud Byzantinos quidem fere ea tantum, quae ab Oribasio, archiatro illo Juliani Caesaris[1]), aliisque e medicis antiquis excerpta erant, in usum venerant, quare in ipsius Galeni libris non multum ab iis operae laborisque locatum est, ac Pauli Aeginetae temporibus — floruit autem c. a. 660 p. Ch. n. — ne electos quidem illos locos legere volebant, quia vel

[1]) Cf. Oeuvres d'Oribase par Bussemaker et Daremberg Tom. I, p. XXXIII; Lehrbuch der Geschichte der Medicin von Häser (Jena 1853) § 144, 2.

hi ambitu nimis longo esse iis videbantur[2]). Itaque praeter aliorum libros Galeni quoque opera 'situs informis et deserta vetustas' premere coeperat, donec decimo fere p. Ch. n. saeculo cum ceterorum scriptorum Graecorum tum medicorum studia apud Byzantinos quodam modo reviruerunt. Nam quamquam etiamtum rivulos consectari quam e fontibus ipsis haurire malebant — documento est Theophanis Nonni mandatu Constantini Porphyrogenetae facta *ἐπιτομὴ τῆς ἰατρικῆς ἁπάσης τέχνης*, qua nihil fere continetur, quod non exscriptum videatur ex Aëtio, Paulo, aliis, qui quidem ipsi e veteribus dumtaxat collecta habent[3]) —, tamen ab illa potissimum aetate ut aliorum scriptorum, ita Galeni codices in coenobiis vel alicubi delitescentes rursus in lucem protracti atque descripti a librariis videntur, sed non tam ii, qui ad philosophiam quam qui ad medicinam spectantes libros continebant, idque certe factum esse opinor inde ab exitu saeculi undecimi, postquam Synesius quidam medici Arabis Abu-Dschafer Ahmed 'Viaticum', quo in opere Galeni doctrinae prorsus adstipulatus est, in graecum verterat atque medicos ad ipsius Galeni studium excitaverat[4]). Id vel sequentis aetatis sub imperatorum Latinorum dominatione atrocitati superfuisse ac Galeni scripta in manibus fuisse eruditorum et medicorum testatur Ioannes Actuarius, archiater Andronici Palaeologi, non Arabes solos, quorum litterae in Byzantinorum regnum iam invaserant, sed ipsum etiam Galenum, e quo illi pendent, ducem secutus; testatur quodam modo Andronicus imperator ipse, a quo Robertus Aniovensis, Siciliae rex, codicem, quo multa opera Galeni continebantur, dono accepit[5]). Sed post

---

[2]) Cf. Pauli Aeginetae Ἐπιτομῆς ἰατρικῆς Prooem.

[3]) Haeser l. l. § 153.

[4]) Haeser l. l. § 155.

[5]) Cf. Collectionis Salernitanae a Salvatore de Renzi institutae Tom. I p. 338 (Neapoli 1852). Robertus mandavit Nicolao Rhegino, medico Calabrensi utriusque linguae peritissimo, ut ex illo codice libros Galeni in latinum verteret, quod ille fecit. Cf. Coll. Sal. l. l. et t. III p. 335; Freindii Historia Medicinae Venet. 1725 p. 174; Bonneti Dissertatio de Cl. Galeni Subfiguratione empirica Bonnae 1872 p. 4.

Actuarii tempora immanitas barbariae Turcarum cum regnum Byzantinorum occupasset, concidisse cum regno cultum omnem litterarum constat. Quodsi apud Byzantinos quid valuerit Galenus, sub uno quasi adspectu ponas, regnasse quidem illum dicas, sed non tam ipsum, quam per satellites eorumque ministros vel Graecos vel Arabes; verum tamen eius opera si minus studiose legerunt, at in multa transcribendo exemplaria magna ex parte ab interitu vindicaverunt, quae a temporibus Andronici et Actuarii ad occidentalis Europae gentes transvecta medicos et philologos ad novum veri Galeni studium inflammaverunt. Ibi enim Galenus regnaverat non graeco, sed latino habitu atque eo quidem, ut vera eius facies adspici non posset, praesertim ab illo tempore, quo Arabes in philosophia et medicina principatum quendam obtinere coeperant.

Namque a saeculo p. Ch. n. sexto in Europa occidentali pauca tantum opera Galeni cum libris paucis Hippocratis, Dioscoridis, Sorani aliorumque in usu fuerunt latine reddita auctore Cassiodoro, qui cum alia antiquitatis monumenta tum Graecos medicos in latinum translatos monachis ordinis s. Benedicti suaserat ut legerent[6]), qui quidem libri in monasteriis eiusdem ordinis per Italiam, Britanniam, Francogalliam, Germaniam divulgati sunt et adhibiti ad artem medicam et discendam et exercendam. Et postquam schola Salernitana florere coepit, neutiquam ibi nova medendi ratio excogitata, sed solis medicis veteribus, inprimis Hippocrati et Galeno, summa tributa auctoritas est, quod etiam postea lege impe-

[6]) Cassiodor. de inst. div. litt. 31: 'Quodsi vobis non fuerit graecarum litterarum nota facundia, inprimis habetis Herbarium Dioscoridis, qui herbas agrorum — depinxit; post haec legite Hippocratem atque Galenum latina lingua conversos, i. e. Therapeutica Galeni ad philosophum Glauconem destinata et anonymum quendam, qui ex diversis auctoribus probatur esse collectus. Deinde Aurelii Caelii de medicina et Hippocratis de herbis et curis (cibis ex emend. V. Rose) diversosque alios de medendi arte compositos, quos vobis in bybliothecae nostrae sinibus reconditos — dereliqui.' Cf. Geschichte der römischen Literatur von Teuffel §§ 456, 1; 457, 489 (ed. sec.).

ratoris Friderici secundi a. p. Ch. 1224 confirmatum est, qua sanxit, ut 'magistri libros authenticos tam Hippocraticos quam Galeni in scholis docerent, tam in theoretica quam in practica medicina'[7]). Inde eorum libri aut denuo in latinum conversi aut commentariis illustrati sunt, et, quos illis temporibus docti de arte medica composuerunt libellos, ii ad eorum potissimum doctrinam accommodati. Eandem rationem secuti sunt, qui medicinam profitebantur in scholis Neapolitana, Bononiensi, Montepessulana, Parisiniensi, aliis. Itaque in his scholis Galenus regnum cum Hippocrate sociavit. Sed non multo post consortio illo sublato Galenus solus regnare coepit idque ab eo inde tempore, quo Arabum litterae ad philosophiam, physicam, medicinam spectantes in latinum translatae per Europae gentes manaverunt. Influxit autem non tenuis quidam ex Arabibus rivulus, sed abundantissimus amnis illarum disciplinarum. Quo factum est, ut, quemadmodum in philosophia Aristoteles, sic Galenus in medicina unus omnium maximam auctoritatem consecutus sit. Arabes enim quamquam in altero principe medicorum Hippocrate non parvam operam collocaverunt, cum libros eius arabice redderent et enarrarent, tamen multo plus laboris et studii Galeno tribuisse constat[8]). Nam praeterquam quod is fuso et abundante super necessitatem genere dicendi utitur, quod Arabum nationi valde arrisit[9]), doctrinae, quam libris suis tradidit, conformatio ipsa vel maxime eorum animos cepit captosque tenuit. Videbantur enim videre, quae Hippocrates quique post eum florerent medici de singulis medicinae partibus docuissent, ea omnia Galenum ita comprehendisse, ut, quae ab illis aut vitiose observata aut imperfecte relicta essent, emen-

---

[7]) Cf. Salvatore de Renzi Coll. Sal. I, 315.

[8]) Cf. Wenrichii Commentat. de Auctorum Graecorum versionibus et commentariis Syriacis Arabicis Armeniacis Persicisque Lips. 1842 p. 241 sqq.

[9]) Recte Darembergus: 'L'ampleur du bagage littéraire et une certaine enflure d'un style diffus, n'ont pas peu contribué à faire le succès de Galien auprès des Arabes.' (Histoire des Sciences Médicales Paris 1870 Tom. I p. 208 adn. 1.)

daret et perficeret, quamobrem non opus esse existimabant in iis, quae a superioribus tractata essent, ut minus excultis diligentius versari. Accedit quod universae medicinae rationem artemque sic a Galeno inveniebant discriptam et compositam, ut apte comparari posse videretur cum philosophorum compositione disciplinae eleganter instituta, ubi aliud ex alio necteretur, posterius priori conveniret, omnia denique apta inter se et quasi coagmentata essent. Et id ipsum, quod medicinam ad philosophiae et principia et perpetuitatem constantiamque revocatam videbant, mirum quantum studia eorum allexit, quippe quorum mentes ita comparatae essent, ut rerum veritatem minus ex ipsa natura per experientiam quam ex doctrina perpetuis ordinata praeceptis per ratiocinationem explicare studerent. His de causis dici vix potest, quantam curam industriamque Arabes, postquam per Syros Galeni doctrinam cognoverunt, in eo posuerint, ut eius libri, quotquot iniuriam temporum evasissent, conquirerentur, arabice redderentur, explanarentur, pervulgarentur, tum qui de medicina, tum qui de philosophia, inprimis de disserendi ratione ab eo conscripti erant. Optime hac de re meriti sunt, qui saeculis octavo, nono, decimo floruerunt medici e familia Bachtischua oriundi, deinde Alkindus et Johannitius, cui apud Arabes Honein nomen est, qui nono saeculo floruit medicus nobilissimus, eiusque filii, nepotes, discipuli, qui cum multa alia opera Graecorum, velut Hippocratis, Dioscoridis, Pauli, Aristotelis, Ptolemaei, Archimedis, Euclidis, tum Galeni aut syriace aut arabice reddiderunt aut quotquot exstabant arabice reddita, emendaverunt vitiisque perpurgaverunt[10]. Post eos permulti exstiterunt, qui eorum vestigiis insistentes ut in philosophia Aristotelem, ita in medicina excolenda Galenum summum auctorem secuti sunt, inter quos Rhazes s. IX eminuit, Avicenna s. XI et insequente Averroes, uterque in utraque disciplina clarissimum nomen adeptus, ille tamen magis in medicina, hic in philosophia[11]).

---

[10]) Daremb. l. l. p. 267.

[11]) Arabes quam sedulo in colligendis libris Galeni laboraverint,

Ab his igitur tanta auctoritate viris exculta medicina cum philosophia ad Europaeos transvecta est. Qua recepta fundamentum, quo ad id tempus medendi ratio ab iis erat posita, immutatum est. Iam non simplici Graecorum, sed perplexa Arabum, non illorum sincera et vera, sed horum fucata et artificiosa uti coeperunt ratione; itaque non iam animum intendebant ad id, quod Graeci monuerant, naturam ut medici sequerentur optimam magistram, sed e solis libris, non e contemplatione et observatione naturae hausta praecepta ad artem exercendam adhibere volebant. Commentarii vasti et ingentes Arabum, plerumque pessime latine redditi ideoque ad obscurandas magis quam illustrandas res accommodati in locum succedebant eorum librorum, quibus antea usi erant e schola Salernitana profectis. Galenus igitur in regnum a medicis sublatus est, sed ita, ut non tam ipse quam satrapae peregrini regnarent eruditosque iuberent mentem

documento est, quod Ibn Abi Oseibia, auctor historiae medicorum apud Arabes s. XIII clarissimus, in 'Fontibus relationum de classibus medicorum' Iohannitium de XV libris Galeni περὶ ἀποδείξεως, quos praeter unum fragmentum nunc intercidisse constat, narrantem facit hunc fere in modum: 'Aequalium nostrorum nemini contigit, ut Graecum exemplar integrum operis, quod est de demonstratione, reperiret, quamquam et Dschibril (Ben Bokht Jeschu) ad investigandum magno opere homines adhortatus erat et ego ipse in ea re summam adhibui diligentiam, totam Mesopotamiam et Syriam, Palaestinam et Aegyptum usque ad Alexandriam, si forte invenirem, perlustrans. At nihil repperi praeter trunca quaedam in urbe Damasco. Dschibril ipse quoque invenit fragmenta quaedam singula et alia quidem atque ego. Quae exstabant, Eiub vertit; equidem nisi post absoluta integri operis (?) studia nolui quidquam vertere, cum tantulae superessent reliquiae et me desiderium cepisset operis integri. Postea tamen reddidi syriace, quae exstabant; erant autem particulae primi (?) et secundi libri, maior pars tertii, alterum paene dimidium quarti et liber nonus, cuius initium deerat. Reliquos libros posteriores inveni integros, nisi quod in libri XV parte extrema non nihil desiderabatur. Isa Ben Iahja ea, quae e libro VIII exstabant, et sequentes libros usque ad undecimum in arabicum vertit' (Ishak Ben Honein ceteros inde a libro XI vertit). Haec latine reddita depromsi e Mauritii Steinschneideri de Alfarabii Philosophi Arabici vita scriptisque libro, qui insertus est Annalibus Academiae Petropolitanae 1869. (Mémoires de l'Académie impériale des Sciences de Saint-Petersbourg VII Série Tom. XIII p. 27 adn. 25).

avocare ab usu et experimentis, dirigere autem ad rationalem quam ipsi profiterentur disciplinam spinasque disserendi discendas[12]). Per duo fere saecula, decimum quartum et quintum, Arabes Aristotelis et Galeni nomine summam potestatem exercebant[13]); sed eorum aetas simul inciderat in ea tempora, quibus summa rerum conversio fieri coepit. Renascentia antiquarum litterarum studia praeter alia, de quibus h. l. disputare alienum est, hanc quoque vim salutarem habuerunt, ut, qui iis imbuti erant, non iam rivulos limo obrutos consectari, sed ab ipsis fontibus puris limpidisque liberalem doctrinam et eruditionem haurire vellent. Atque primo ad poetas, historicos, oratores, philosophos veteres aditus patefactus est, postea ad medicos Graecos. Tum vero ut ceterorum scriptorum, ita Hippocratis et Galeni admirabile quoddam studium exarsit. Codices eorum Graeci e tenebris in lucem protrahuntur, e Byzantinis transvehuntur in Italiam, coemuntur, describuntur a librariis, a viris utriusque linguae peritissimis in latinum convertuntur, graece denique eduntur. Et postquam aliquot libri Galeni singillatim editi sunt, prodiit in lucem *editio princeps quinque partes continens Venetiis in aedibus Aldi et Andreae Asulani Soceri* Mense Aprili a. 1525[14]), cui mox successit *editio Basileensis* a. 1538. Quae editiones quantam vim ad eruditos, qui iidem in medicina versabantur, habuerint, dici vix potest. Ac primum quidem exstiterunt multi, qui Galeni libros aut multo ele-

[12]) Haeser l. l. § 298, 3 illud Petrarcae affert: 'Olim quidem non syllogismis curabantur et prope, ut tu nunc falso gloriaris, suscitabantur infirmi. Nunc quanta mutatio: Syllogizantibus vobis pereunt, qui sine vobis vivere potuissent.'

[13]) Daremberg l. l. p. 313: 'Galien travesti et Aristote défiguré se partagent le monde.'

[14]) In 'Historia litteraria Claudii Galeni conscripta ab Ackermanno', quae praemissa est volumini primo editionis Kuehnianae, legimus p. CCXVI, illam Aldinam prodiisse 'sine anni mentione, qui tamen esset ad finem privilegii Clementis VII, quod datum esset Romae d. 27. Jan. a. 1525.' At enim in eo folio, quod privilegium sequitur, planissime denotatum et annum et mensem, quo pars prima typis exscripta est, inveni.

gantius quam olim factum erat, aut, si qui erant nondum versi, tum primum in latinum verterent, Thomas Linacer Cantabrigiensis, Erasmus Roterodamus, Guilelmus Copus Basileensis, Guintherus Andernacus, Ianus Cornarius Zuiccaviensis, Ioannes Caius Britannus aliique[15]), quorum opera insigni etiam iis, qui graecae linguae ignari erant, imago saltem vero Galeno quam proxima proposita est. Deinde Galenum quasi renatum commentariis variis illustraverunt, scholas de libris eius habuerunt, prorsus nihil praetermiserunt, quin eius, qui cum Hippocrate in medicinae arte perfectissimus iudicaretur, scripta collustrarent et pervulgarent[16]). Ex eo autem, quod medici et docti Galenum et Hippocratem tanto studio amplecti coeperant, duplex in artem medicam commodum redundavit, unum, quod iugum Arabum excussum est, alterum, quod a Graecis didicerunt non ex alienis pendentes sententiis, sed suo iudicio stantes ad investigandam rerum naturam accedere. Et contra Arabes quidem eosque, qui iis adstipulabantur, bellum acerrimum ortum est; nam resistebant fortissime nec facile erat gradu eos depellere, id quod vel diuturnitas belli docet, quod ne sexto quidem decimo saeculo prorsus confectum est. Qui autem statim ab illo tempore, quo veterum studia revirescebant, cum Graecis contra Arabes faciebant medici et physici, ii non minus sub Graecorum dominationem sese subicere quam adversarii sub Arabum dominationem se subiecerant videbantur. Nam disciplinas plurimas, ut anatomiam et physiologiam, ad Graecorum, inprimis Galeni doctrinam prorsus accommodabant et si quando

---

15) Haeser l. l. §§ 303—307. Claud. Galeni Opera omnia in lat. serm. conversa ex III Offic. Frobenianae editione Basil. MDLXII Praef. Conr. Gesneri.

16) Daremberg in Praef. Operum Oribasii p. VIII, ubi de nostrae aetatis contemtione medicorum Graecorum conqueritur, haec dicit: 'Mais que nous sommes loin de cette époque, où les oeuvres complètes de Galien comptaient, en grec, deux éditions à quelques années de distance, et en latin, dix editions chez les Junte, trois chez Froben, et plusieurs encore chez d'autres imprimeurs; où les éditions d'Hippocrate étaient multipliées à l'infini; où les anciens étaient lus et étudiés par les médecins comme les classiques par les érudits!'

cadaver hominis aperuerant, omnia, quae Galenus de corporis humani fabrica tradiderat, usu probata et confirmata cernere sibi videbantur, quamquam is permulta falsa et plena erroris docuerat, quippe qui nunquam hominis corpus incidisset: tanta caligine et oculos et mentes occaecatas etiam tunc tenuit auctoritas Galeni! Quid? quod, cum Vesalius, celeberrimus XVI saeculi anatomicus, ex incisis corporibus humanis demonstrasset sternum e tribus partibus constare, non septem, uti Galenus docuisset[17]), Jacobus Sylvius, praeceptor eius, ut Galeni doctrinam tueretur, censuit hominum genus, quale nunc esset, minutum et pusillum pro antiquo genere, quale olim Galenus vidisset, esse ideoque habere sternum iusto brevius. Is igitur rerum veritati auctoritate Galeni anteposita talia tamque absurda commentus est. Sic Graecorum imperium non minus grave quam Arabum videbatur. Sed videbatur tantum; nam iidem Graeci, inprimis Hippocrates, ut ipsi artis magistram naturam sequi studebant, ita praeceperant discipulis, ne in verba magistri temere iurarent, sed veritatem solam investigaturi eam tenerent rationem, qua vera a falsis suo iudicio dignoscerent[18]), quod quo magis a medicis physicisque saeculi XVI intellectum est, eo minus verebantur doctrinae antiquitus traditae vinculis se exsolvere,

---

[17]) Cf. Galen. de ossibus Vol. II, 763 ed. K.: *τὰ δὲ τοῦ στέρνου (ὀστᾶ) συνήρθρωται μὲν ἀλλήλοις, ἑπτὰ δ' ἐστὶ τὸν ἀριθμόν, ὅσαι περ καὶ αἱ πρὸς αὐτὸ διαρθρούμεναι πλευραί.* De usu partium Vol. III, 599: *διὰ τί δ' ἐξ ἑπτά, τὸ πλῆθος τῶν συναρθρουμένων πλευρῶν αἴτιον· ἓν γὰρ ὀστοῦν τοῦ στέρνου καθ' ἑκάστην αὐτῶν.* (de anatomicis administr. Vol. II, 653 sqq.).

[18]) Cf. Hippocr. Epid. 1, 5: *νούσων φύσιες ἰητροί.* Galen. Quod animi mores corp. temp. sequuntur Vol. IV, 805: *Ἱπποκράτης — ἀξιοπιστότατός ἐστι μάρτυς, εἴ γέ τις ἐπὶ μάρτυρι ποιοῖτο, καθάπερ ἐνίοις ἔθος ἐστὶ, τὴν τῶν δογμάτων ἀλήθειαν. ἐγὼ δ' οὐχ ὡς μάρτυρι τἀνδρὶ πιστεύω τοῖς πολλοῖς ὡσαύτως, ἀλλ' ὅτι τὰς ἀποδείξεις αὐτοῦ βεβαίας ὁρῶ, διὰ τοῦτο γοῦν καὶ αὐτὸν* (lege *αὐτὸς*) *ἐπαινῶ τὸν Ἱπποκράτην.* Idem Comment. II in Hippocr. lib. VI Epid. Vol. XVII, 1, 951: *οὐχ ἁπλῶς, οἷς ἂν εἴποι τις αὐτῶν* (sc. *τῶν παλαιῶν*), *πιστεύω, βασανίζω δὲ καὶ αὐτὸς τῇ τε πείρᾳ καὶ τῷ λόγῳ, πότερον ἀληθές ἐστιν ἢ ψεῦδος, ὃ γεγράφασιν.* Cf. etiam de Constitutione art. med. Vol. I, 244.

sed suis ipsi oculis, non alienis, et mentis et corporis, quid in quaque re verissimum esset, cernere volebant. Itaque factum est, ut aetate illa, inveteratorum errorum emendatrice liberique iudicii in scientiae pervestigatione sectatrice, ipsi quoque, quamquam sero, in libertatem sese vindicarent atque sui iuris arbitriique esse vellent. Atque initium eius rei factum est cum ab aliis, tum a Vesalio, qui Paduae anatomiam docuit, in libris, quos de corporis humani fabrica conscriptos edidit Basileae 1543. Hoc opere recte dicas imperium Galeni labefactatum esse; nam ab illo tempore, si non illico, at paulatim certe omnes, qui anatomiam tractabant, Vesalii vestigia ita secuti sunt, ut nihil pro praeiudicato putarent, sed, quidquid Galenus de corpore humano docuerat, exactissimo iudicio examinarent, in quo cum invenissent permulta opinionum commenta, imperium detrectare coeperunt. Idem factum est in physiologia, quamquam post centum demum fere annos, cum Harveus Britannus a. 1628 libello, qui inscribitur 'Exercitatio anatomica de motu cordis et sanguinis in animalibus', edito tralaticias de usu cordis opiniones refellit et vera de sanguinis circulatione primus post hominum memoriam docuit, 'non ex libris, sed ex dissectionibus, non ex placitis philosophorum, sed ex fabrica naturae discens et docens anatomiam'. Cuius doctrina nova et inaudita tametsi a multis impugnata est[19]), tamen vi veritatis et argumentorum pondere, quo valebat, adversariorum argutias brevi refutavit, sed eadem Galeni, quo adversarii nitebantur, auctoritatem ac fidem prorsus subvertit.

Ita iure dixeris Galenum anno 1628 regno pulsum esse, quod per tot saecula apud gentes regione, moribus, cultu diversissimas varia fortuna obtinuerat; nam ab illo potissimum tempore negligi et contemni coeptus est. Accedit, quod omnino illa aetas in aliis quoque disciplinis, non in medicina solum, inprimis in iis, quae ad naturae investigationem spectant, veteres et Graecos et Romanos, qui olim soli duces et auctores fuerant, deseruit, cum plura in dies et inventa et

[19]) Cf. Ioann. Freind. l. l. p. 66; Haeser. l. l. § 422.

excogitata essent, quae multo veriora et meliora viderentur iis, quae e veterum disciplina tradita essent. Quocirca veterum, qui quaestiones naturales tractaverant, studia defloruerunt atque ipsi oblivione quadam obruti sunt, quoniam pauci in iis versari, habitare vero nemo volebat. Eandem sortem Galenus nactus est. Nam saeculo XVII, ut mittam singulos libellos separatim aut graece aut latine editos, una tantum in lucem missa est *editio omnia quae innotuerunt opera Galeni complectens Renati Charterii Vindocinensis Parisiis* 1683 *Graece et Latine*, quae quam nihil satisfecerit exspectationi doctorum, postea intellectum est[20]). Per sequens autem saeculum prorsus iacuerunt Galeni studia; nihil enim editum est praeter paucos libros[21]). Nostro denique saeculo prodiit *editio Kuehnii* intervallo centum fere quinquaginta annorum a Charteriana disiuncta[22]), cui quamquam non omnes virtutes abiudicandas censeo, tamen quantis vitiis laboret, cum hodie conqueruntur omnes, qui Galeni libris intenti hac editione utuntur[23]), tum a me et duobus programmatis academicis[24]) passim demonstratum est et postea accuratius demonstrabitur. Quemadmodum autem non solum ante Charterii editionem

---

[20]) D. Ruhnkenius in Timaei Lex. Voc. Plat. p. 96 (ed. alt. Lugduni Bat. 1789) locum quendam Platonicum in editione Charterii misere corruptum esse questus errores prope infinitos eum emendandi specie in Galenum invexisse arguit. Koehlerus in Praef. editionis *Προτρεπτικοῦ* p. 9 haec iudicat: 'editio pretiosa et satis splendida, de qua tamen parum honorifice sentio. — Invita Minerva plurimis in locis lectionem emendavit aut potius subvertit.'

[21]) *Περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν ἑκάστου ψυχῇ ἰδίων παθῶν* edid. J. H. Acker Rudolst. et Jenae 1715; *Προτρεπτικὸς ἐπὶ τέχνας* separatim edidit J. G. G. Koehler. Lipsiae 1778; *Ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος* ed. Curt. Sprengel. Halae 1788. Ceterum *Προτρεπτικόν* Britanni saeculo XVIII plus semel ediderunt.

[22]) Claudii Galeni Opera omnia. Editionem cur. C. G. Kuehn. Voll. XXII. Lips. 1821—1833.

[23]) Cf., ut unum afferam, J. Marquardt. in Observationibus Crit. in Cl. Galeni librum *Περὶ ψυχῆς παθῶν καὶ ἁμαρτημάτων* Lips. 1870. p. 9.

[24]) Quaestiones criticae de Galeni libris *περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην καὶ Πλάτωνα δογμάτων*. Erlangae 1871. Specimen alterum Quaestionum Erl. 1872.

fuerunt, qui novam editionem pararent, ut Theod. Goulstonus, medicus Londinensis, et Casp. Hoffmannus, medicinae professor Altorfinus, de quibus vide Ackerm. in Praef. litt. apud Kuehn. Vol. I, 260 sqq., sed etiam post Charterianam typis expressam non defuerunt, qui consilium caperent Galeni opera aut omnia aut singula melius et emendatius edendi, sed non exsequerentur, ut Abrahamus Willet, qui post editum *Προτρεπτικόν* Lugd. Bat. 1812 in animum induxerat, ut 'ea Galeni opera, quae et a philosophis et a medicis praecipue laude digna censerentur', recenseret (Praef. p. XIV), ita post curas Kuehnii exstiterunt, qui idem consilium inirent, ut ad codicum fidem novam Galeni operum recensionem adornarent, ad quam rem Kuehnii editio tam manca tamque debilis quasi ipsa adhortaretur. Erant autem ii, qui magna molientes Corpus medicorum graecorum et latinorum, quo Galeni opera continerentur, edere in animo habebant, ut Fickelius et Darembergus. Et Fickelius quidem cum cognovisset librorum graece scriptorum editiones 'tot vitiis mendisque contaminatas vel ita misere interpolatas esse, ut eorum intelligentia saepe magnas haberet difficultates, vera sententia interdum erui non posset, ad codicum fidem sordibus purgare omnia opera, quae graece sunt de medicina' eaque coniunctim edere voluit; at praeter prodromum quendam[25]) nihil postea in lucem misit, quod equidem sciam. Darembergus autem non inanes ut ille voces fudit, sed, ut erat singulari antiquarum litterarum amore, rem fortiter aggressus est. Consilii enim ratione prudenter instituta et discripta[26]) ipse, ut apparatum criticum colligeret, multa fecit itinera in Britanniam, Belgiam, Hollandiam, Germaniam, Italiam et multos viros doc-

---

[25]) Bibliotheca graeca medica sive opera quae exstant omnia medicorum graecorum ad fidem codicum et editionum veterum maxime correcta variisque lectionibus aucta. Instituit atque composuit C. G. Fickel. Vol. I. Zwiccaviae et Lipsiae MDCCCXXXIII (pp. 61).

[26]) Daremberg Plan de la Collection des médecins grecs et latins. Paris 1851. — Notices et extraits des manuscrits médicaux grecs, latins et français, des principales bibliothèques d'Europe. 1re partie, Bibliothèque d'Angleterre. Paris 1853.

tos in laboris societatem convocavit, non ignorans tanti tamque immensi operis onus non unius hominis sustinere posse humeros. Et tulit inceptum fructus uberrimos; nam Darembergus et Bussemakerus ediderunt opera Oribasii maxima parte hucusque inedita[27]), quae quantum valeant ad textum Galeni multis locis emendandum, in dies magis intelligetur; Darembergus ipse praeter Celsum medicum (Lips. 1859) edidit Fragmenta Commentarii Galeni in Timaeum Platonis[28]) et eiusdem medici opera plura in linguam francogallicam vertit[29]). Sed quod animo proposuerat, ut Galeni opera ad codicum recognitorum fidem ederet, non perfecit. Nec Greenhillus Britannus eruditissimus, qui cum non paucos locos e variis libris Galeni emendatos in Henschelii Iano publicasset, consilium ceperat, confecta editione Anatomicarum Demonstrationum ceterorum librorum Galeni editionem parare, quidquam eorum, quae voluerat, quod sciam, consecutus est[30]).

Equidem nec spem infinitam persequi volui nec opus aggredi immensum. Itaque e Galeni operibus unum dumtaxat tractandum suscepi atque id quidem, quod non solum ad medicos, sed etiam ad philosophos et philologos pertinere atque non minus iucunditatis quam utilitatis habere arbitrarer. Navavi operam qualemcunque libris, qui latine inscribi solent de Placitis Hippocratis et Platonis, quibus Galenus ipse dicit disputari *περὶ τῶν μεγίστην δύναμιν ἐχόντων εἰς ἰατρικήν τε καὶ φιλοσοφίαν* (p. 720 K). Et sane non minus ad historiam philosophiae veterum, inprimis Stoicorum, quam ad medicinam et physicam eos spectare nostra aetate satis in-

[27]) Oeuvres d'Oribase, texte grec et traduction française, avec une Introduction et des notes par Bussemaker et Daremberg. Paris 1851—1862, tome I à IV.

[28]) Fragments du commentaire de Galien sur le Timée de Platon, publiés pour la première fois en grec et en français, avec une Introduction et des notes. Paris 1848.

[29]) Oeuvres anatomiques, physiologiques et médicales de Galien, traduites en français, avec notes. Paris 1854—1856. 2 Voll. Dolendum est, quod Darembergus duo cetera volumina, quorum altero de vita scriptisque Galeni disputaturus erat, in lucem non misit.

[30]) Cf. in Henschelii Jano Vol. I (1846) p. 625 sqq.; ibid. p. 439.

tellectum est[31]). Sed eosdem post editionem Aldinam prorsus neglectos iacere nec unquam iustum vel emendatorem vel enarratorem nactos esse cum cognovissem, operae pretium mihi facturus visus sum, si primum subsidiis criticis, quotquot mihi praesto essent, adhibitis textum infinitis maculis vitiisque inquinatum perpurgarem, deinde commentarios conficerem locis subobscuris, qui non pauci sunt, aliquid lucis allaturos. Quomodo autem factum sit, ut hodie textum habeamus tot sordibus obsitum, exponere nobis liceat, priusquam disputemus de ipsis subsidiis, quibus ille emendari et pristinum nitorem recuperare posse videatur. Neque enim, ut ait Celsus (de med. I Prooem. p. 5, 8 D.), curari id, quod aegrum est, potest ab eo, qui, quid sit, ignorat. Itaque nos usitato ordine disputandi relicto primum de editionibus, deinde de codicibus disserendum esse censuimus, ita tamen, ut horum, ubi opus esset, etiam in prima parte disputationis rationem haberemus.

Editionem Aldinam (A) qui curaverunt, ii in recensendis libris de Placitis Hippocratis et Platonis, qui Vol. I intra foll. 119 et 167 continentur, uno codice usi esse eumque ita secuti videntur, ut, quidquid ibi scriptum invenirent, paucis exceptis magna accuratione typis exprimerent. Id vel ex eo patet, quod eandem scripturam voculationemque retinuerunt, quae in codicibus saeculorum XIV et XV inveniri solet; omittere solent iota subscriptum, encliticarum accentus sic tractant, quemadmodum talia docent exempla: *ἠξίουν τὲ, δοῦναι τὲ, ἐπιθυμεῖν τὶς* (pro *τις*), *ὁποία τὶς ἐστὶν, ἀπόφασις ἐστὶ, ἀναγκαῖον ἐστὶ, πολλοῖς ἐστὶ*, litteras habent mendose commutatas, sive quod ductuum similitudo oculos decepit sive quod vitiosa pronuntiatio in causa fuit, cum scribunt *εὐτροφίαν* pro *ἀτροφίαν*, *ἂν οὕτως τύχει* pro *τύχη*, i. e. *τύχῃ*, *ἀτονίσαντος* pro *ἀτονήσαντος*, *εἵ δὲ* pro *οἵ δέ*[32]); non raro

---

[31]) Darembergus hac de re disputavit in libello, qui inscribitur Essai sur Galien considéré comme philosophe (Cap. VIII) et in Praef. edit. Oribasii pp. XI et XII.

[32]) Quaest. Critic. de Gal. 1. 1. Spec. alt. p. 17.

contracta a librariis vocabula, quae distrahenda erant, aut distracta, quae contrahenda, intacta reliquerunt, cum *δηλονότι* pro *δῆλον ὅτι*, *ἐπιπολύ* pro *ἐπὶ πολύ*, *τινι καῦτα* (763 K) pro *τηνικαῦτα*, *μὴ δέ* pro *μηδέ*, *κατὰ θνητῶν* pro *καταθνητῶν* (596 K), *διοικεῖ τὸ* pro *διοικεῖτο*, i. e. *διοικοῖτο* ediderunt. Accedit quod, ubi librarius codicis spatium vacuum reliquerat, sive quod litterarum ductus in archetypo obscuros non agnoverat sive quod litterae erant evanidae, ibi ipsi quoque lacunam plerumque posuerunt nec explere ausi sunt, id quod locis fere viginti factum est. Ex quo efficitur, eos, cum in his scripturae generibus a codicum more raro discesserint, ne in aliis quidem videri multum discessisse, ut editio Aldina exemplum codicis magna fide typis effinxerit ideoque ipsa codicis instar existimanda sit. Magis autem res esset perspicua, si codex, ad cuius exemplum editores textum librorum de Placitis expresserunt, ad aetatem nostram pervenisset. Nunc deperditum esse vehementer dolendum est[33]). Id tamen pro certo affirmari potest eum ex eadem familia originem duxisse, qua is, qui hodie in bibliotheca Marciana Venetiis asservatur no. 284 signatus (M). Nam Aldina et Marcianus incipiunt a secundo libro; praeterea lacunae, quas in Aldina esse modo diximus, eaedem sunt in Marciano excepta una, quae in fol. 163ª Aldinae invenitur, ubi scriptum

---

[33]) Fortasse idem codex fuit, quem superiore saeculo Venetiis in bibliotheca monasterii S. Michaelis prope Murianum exstitisse legimus in Catalogo Benedicti Mittarelli, qui inscribitur 'Bibliotheca Codicum Manuscriptorum Monasterii S. Michaelis Venetiarum prope Murianum. Opus posthumum Joh. Bened. Mittarelli Veneti Abbatis Ex-Generalis Benedicto-Camaldulensis. Venetiis MDCCLXXIX. Ibi p. 424: 'Galenus de Hippocratis et Platonis dogmatibus libri VII. Codex Graecus in fol. n. 132, sed initio et fine mutilus atque desunt primus et initium secundi libri.' Bibliothecae post diremtum illud collegium maximam partem Valentinelli v. cl. litteris ad M. Thomam bibliothecarium Monacensem datis et mecum humanissime communicatis Romam ablatam ibique a Gregorio XIII in S. Gregorii monasterio collocatam esse scribit. Rogatu meo A. Schoene collega cum hoc anno Romae esset, percontatus de codice prorsus nihil comperit ex hominibus illius monasterii ne aditum quidem bibliothecae suae, si modo nunc exstat, praebentibus.

est ἡ τῆς ῥάχεως ἄκρ γεννᾶται, ita tamen, ut inter ἄκρ et γεννᾶται spatium quatuordecim fere litterarum relictum sit, cum in Marciano exaratum sit ἡ τῆς ῥάχεως ἄκρον καὶ γεννᾶται. Facile autem intellegitur illud καί a librario quodam ad lacunam explendam inepte insertum esse[34]). Denique innumerabilibus locis lectiones Aldinae et Marciani sive probae sive pravae consentiunt. Ex uno igitur eodemque fonte derivantur nec tamen prorsus inter se similes sunt; nam comparatione instituta reperies Aldinam Marciano modo meliores modo deteriores praebere lectiones. Ac duabus potissimum rebus praestantior est, una, quod rariores quam Marcianus lacunas habet; nam in hoc plus sexaginta deprehendimus a librario notatas, in illa, ut modo diximus, fere viginti; altera, quod illius neglegentiae, qua librarius codicis M vel etiam fortasse exemplaris huic propositi vocabulis iisdem vel eiusdem exitus brevi intervallo a scriptore repetitis deceptus ad alium στίχον ita aberravit, ut interiecta verba omitteret, paucis locis exceptis prorsus expers est, quippe quae talem oculorum fraudem his tantum locis admiserit: p. 241 K post init., quo de loco in Quaest. Crit. Spec. prim. p. 16 iam disseruimus, p. 500 post in., ubi legimus: λογισμοῦ δ' ἔνιοι μὲν ἔμοιγε δοκοῦσιν οὐδέποτε. ναὶ μὰ Δί', ἦν δ' ἐγώ, quem locum e Platonis de rep. l. IV p. 441 B exscriptum Charterius demum sic restituit: — οὐδέποτε μεταλαμβάνειν, οἱ δὲ πολλοὶ ὀψέ ποτε. ναὶ κ. τ. λ., p. 570 med., ubi A: ἐρυθρότατον μὲν γάρ ἐστιν (sc. τὸ τοῦ ἥπατος ἴδιον σῶμα) ὥστε τὸ αἷμα καὶ τῷ πεπῆχθαι μόνον ὑπὸ τοῦ περιέχοντος γίγνεται, σβεννύουσα μὲν ἐξ αὐτοῦ τὴν θερμότητα, μελαίνουσα δὲ διὰ τὴν ψύξιν. οὐχ οὕτως καὶ κατὰ τὸ ἧπαρ, ἀλλ' ὑπό γε τῆς ἐμφύτου θερμασίας κοσμούσης αὐτὸ μᾶλλον ἢ φθειρούσης, quo loco acute vidit Charterius inter μόνον et ὑπὸ τοῦ περιέχοντος plura verba intercidisse supplevitque ita: μόνον αὐτοῦ διαφέρον· θρόμβου μὲν γὰρ ἡ πῆξις ὑπὸ τοῦ π. κ. τ. λ., cui ita assentimur, ut pro ὥστε ὥσπερ et pro θρόμβου μὲν

---

[34]) Cf. paulo infra, ubi plura de hoc loco, qui in ed. K. p. 747 post med. reperitur, disputamus.

γὰρ ἡ πῆξις scribamus *τοῦ μὲν γὰρ αἵματος ἡ π.*, denique pro *σβεννύουσα* et *μελαίνουσα* Genetivos *σβεννύοντος* et *μελαίνοντος* ad *περιέχοντος* referendos, ut sententia totius loci haec sit: 'corpus iecoris proprium maxime rubrum est perinde ac sanguis et congelatione solum ab eo differt; sanguinis enim congelatio aëre ambiente efficitur, qui et calorem eius exstinguit et ipsum propter refrigerationem denigrat, quod non ita in iecore fit, sed calore innato, qui ornat magis id quam corrumpit.' Cf. Galeni de usu partium Vol. III 298 K: *ἀπολείπεται τοίνυν ἡ οἷον σὰρξ τοῦ ἥπατος, ἥπερ δὴ καὶ ἴδιός ἐστιν οὐσία τοῦ σπλάγχνου —. καὶ μέντοι καὶ σαφῶς εἴ τις αὐτῆς κατασκέψαιτο τὴν φύσιν, ἐγγυτάτω φανεῖται τοῦ αἵματος· εἰ γὰρ ἐννοήσεις ὑπὸ θερμότητος ἐξατμιζόμενον αἷμα καὶ παχυνόμενον, οὐδὲν ἄλλο εὑρήσεις γιγνόμενον ἢ τὴν τοῦ ἥπατος σάρκα.* Denique p. 801 post med. Aldina locum e Platonis rep. p. 438 A exscriptum misere truncavit, cum scripsit: *μήτοι τις, ἦν δ' ἐγώ, ἀσκέπτους ἡμᾶς ὄντας θορυβήσῃ, ὡς οὐδεὶς ποτοῦ ἐπιθυμεῖ, ἀλλὰ χρηστοῦ ποτοῦ, καὶ οὐ σίτου, ἀλλὰ χρηστοῦ σίτου, τὰ δ' αὐτὰ ἕκαστα αὐτοῦ ἑκάστου μόνον*; nam inter *χρηστοῦ σίτου* et *τὰ δ' αὐτά* orationis Platonicae plus quinque *στίχοι* exciderunt[35]). Paucis igitur locis Aldina orationem continuam Galeni mutilavit, quod quoniam iisdem locis Marcianus fecit, sequitur iam archetypum, e quo originem duxerunt, illas praetermissiones habuisse, quarum postea numerum librarius Marciani vel etiam eius codicis, unde descriptus est, foeda incuria auxit. Id etiam virtutis habet Aldina, quod non tot mendis, quot Marcianus, inquinata est, quae aut e vitiosa vocum scriptura constant

---

[35]) *στίχους* intellego eadem longitudine, qua versus illius codicis Platonici fuisse videntur, quo Galenus ipse usus est. Dicit enim p. 716 post in. inter verba e Timaeo Platonis exscripta *ῥαστώνην ἐν τῷ καύματι παρέχοι* (p. 70 D) et *τὸ δὲ δὴ σίτων τε καὶ ποτῶν* intervallum *quatuor versuum* esse, quod si comparaveris cum editione Hermanniana, huius versus aequiparare fere illos longitudine invenies. Non fuisse autem arbitror, quod differret inter versus Reipublicae et Timaei. Ceterum locus ille addendus est iis, quos Ritschelius congessit in libro, qui est de Bibl. Alexandr. p. 94.

aut ex omissis vel syllabis vel integris voculis aut ex vocibus sive errore quodam sive interpolandi studio insertis et additis. Sed tametsi his vitiis non abundat, tamen nequaquam expers eorum est[36]), immo satis largam praebet copiam atque saepe iis quidem locis, ubi in Marciano eadem devitata sunt. Quae quoniam ex Aldina, tanquam fonte et origine ceterarum editionum, in eas magna ex parte fluxerunt, percenseamus oportet, quo accuratius cognoscatur, qualem textum Aldina posterioribus tradiderit.

Atque ut ab iis, quae in orthographia peccantur, ordiamur, quatuor potissimum mendorum genera notanda sunt, unum, quod in pravo et vocum et aspirationis notarum usu, alterum, quod in commutatione litterarum vel syllabarum, tertium, quod in earum aut detractione aut additione, quartum, quod in verbis perperam dividendis positum est. Atque ex primi generis exemplis perquam multis nonnulla afferamus. P. 223 K legimus: *καί μοι θαυμάζειν ἐπέρχεται τῆς τῶν πολλῶν* (Stoicos significat Galenus) *δοξοσοφίας, εἰ — ἀποδείξει χρῆσθαι τολμῶσιν εὖ εἰδότες, ὡς οὔτε παρ' ἑτέρων ἔμαθον ὅλως οὐδὲν οὔτε αὐτοὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐξεῦρον, οἵ γε μηδὲ ἐξήτησαν, ὅπου γε καὶ ἣν μεμαθήκεσαν ὁδὸν ἀποδεικτικήν, οὐκ ἦν ἱκανὸν, ἀλλ' ἐχρῆν, οἶμαι, πρότερον ἠσκῆσθαι κατ' αὐτήν.* Illud *ἥν* totam sententiam corrumpit nec tamen a Basileensibus vel Charterio vel Kuehnio emendatum est fortasse scribere nolentibus, quod hoc loco unice verum est et ut posterioris Graecitatis, ita Galeni usu comprobatur, *καὶ ἣν μεμαθήκεσαν*[37a]). Idem praebent codd. Marcianus et Cantabrigiensis. Quo restituto totius loci sententia est: 'Demonstrationis usum temere sibi arrogant, quamquam nec ab aliis se quidquam didicisse nec per sese ipsos invenisse (quippe qui ne quaesiverint quidem) certo sciunt, idque faciunt in ea re, qua, *etiamsi* víam aliquam demonstrandi didicissent, satis id non erat futurum, sed adhibenda, opinor, erat prius

---

[36]) Cf. quae supra (p. 15) attigimus.

[37a]) Cf. p. 619 extr.: *μόνιμον γὰρ ἂν ἦν τὸ φῶς ἐν ἑαυτῷ* (lege *ἐν αὐτῷ* sc. *τῷ ἀέρι*) *μέχρι πολλοῦ, κἂν ἥρθη.*

exercitatio.' P. 508 post in. Aldina sic tradidit: *ἡ τῆς καρδίας κίνησις ἡ μὲν κατὰ τοὺς σφυγμοὺς ἐνέργειά ἐστιν, ἡ δὲ κατὰ τοὺς παλμοὺς πάθος. ἐξ αὐτῆς μὲν γάρ ἐστι καὶ ἡ κατὰ τούς παλμούς, ἀλλ' οὐ κατὰ φύσιν. ἐξ ἑαυτῆς δὲ καὶ ἡ τῶν σφυγμῶν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν.* Hanc inconstantiam Basileenses et Charterius retinuerunt, tollendam ratus Kuehnius *ἑαυτῆς* mutavit in *αὐτῆς*, cum illud *αὐτῆς* in *ἑαυτῆς*, quod in M legitur, mutare deberet[37b]). Scribendum est igitur: *ἐξ ἑαυτῆς μὲν — ἐξ ἑαυτῆς δέ.* Aliis locis talia menda Aldinae propria aut Charterius emendavit, velut p. 704 init.: *τῇ πρώτῃ* (lege *ἐν τ. π.*) *τῶν ἡλικιῶν τὸν ἄνθρωπον ἔφη* (sc. *Ἱπποκράτης*) *θερμότατον ὑπάρχειν αὐτοῦ* (M *ἑαυτοῦ*), ubi Ald. et Basil. *αὐτοῦ* ediderunt, aut Kuehnius, velut p. 215: *οὕτω δὲ καὶ τὸ ἐγὼ λέγομεν κατὰ τοῦτο δεικνύντες αὐτοὺς* (M *ἑαυτοὺς*), ubi ab omnibus editum erat *αὐτούς*. P. 594 post in. Aldina auctor fuit orationis inauditae, quae in ceteras editiones transiit: *ἄρα μήτι μακρὸς ὁ λόγος οὐδαμῶς, ὥσπερ οὐδ' ἄλλος οὐδεὶς τῶν ἐπιστημονικῶν.* Galenus antea docuit quaestionem de virtutum numero non longa egere disputatione, si quidem via demonstrativa (*μέθοδος ἀποδεικτική*) iniretur, quae esset simplex atque eadem admodum brevis. Quam posteaquam illi quaestioni adhibuit, eam non potest non sic peragere: *ἆρα μή τι μακρὸς ὁ λόγος; οὐδαμῶς, ὥσπερ οὐδ' ἄλλος οὐδ. τ. ἐ.* 'Numquid igitur haec longa ratio est? minime.' Cod. M *ἆρα* praebet. P. 402 post med. Posidonius philosophus apud Galenum versum poetae nescio cuius laudat, quem nec in Aldina nec in Marciano sanum relictum Kuehnius infeliciter tractavit. In Marc. enim legitur *ἐᾶν ἀπολέσθαι τοῦτό μοι νῦν συμφέρει*: in A *ἐὰν κ. τ. λ.*, idem in edd. Bas. et Chart., unde Kuehn.: *ἐὰν ἀπολέσθαι τοῦτό μοι νῦν συμφέρῃ*, non memor eundem versum a Plutarcho laudari in libello de virtute mor. p. 446 A hunc in modum: *ἔα μ' ἀπολέσθαι· τοῦτο γάρ μοι συμφέρει*, quod iam Wytten-

---

[37b]) Qui quam inconstanter talia tractaverit, documento est, quod paulo infra in eadem pag. recte scripsit *ἐξ ἑαυτῆς μὲν γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις σφυγμοῖς ἡ καρδία κινεῖται, κατὰ φύσιν δ' οὐ κινεῖται.*

bachius observavit in Annot. ad Bakii de Posidonio Rhodio libellum (Lugd. Bat. 1810) p. 284. P. 798 extr. foedum illud Aldinae ἄλλο τι κύκλῳ περιῶν nec Charterius nec Kuehnius funditus sustulerunt scribentes περιόν; Marc.: περιὼν i. e. περιιὸν, quemadmodum in codd. Platonis, e cuius rep. (p. 436 D) verba illa desumta sunt, scriptum est. Atque his quidem exemplis satis demonstratum esse puto, non paucos locos accentu et spiritu perperam in A positis in ceteris edd. depravatos esse.

Sequitur alterum genus mendorum, quod e litteris vel syllabis commutatis constare dixi. Id latissime patet, quia causae huius pravitatis maxime variae sunt, cum aut e vitiosa pronuntiatione aut e ductuum similitudine aut e caecitate aliqua librariorum repetendae sint. Sed ne longus sim in tanta mendorum multitudine enumeranda, ea tantum exempla eligamus, quae ex Aldina in posteriores editiones fluxerunt aut perperam ibi correcta sunt, atque primum, quae sunt e mala pronuntiatione Byzantinorum orta. P. 418 post med. versum Euripideum Aldina sic scriptum habet: μή μοι νεοραῖς προσπεσὸν ψυχὴν δάκοι. Vitium duplex, quod Basileenses receperunt, Charterius et Kuehnius male correxerunt, cum ediderunt νεαραῖς. Melius Marc.: νεωραῖς, quamquam unum restat mendum. Scribendum est νεῶρες[38]). P. 497 in. mendum, cuius M h. l. expers est, inde ab Aldina propagatum est: οὐ λήγει τῶν γενναίων, πρὶν ἂν — ὑπὸ τοῦ λόγου τοῦ παρ' αὐτῷ ἀνακλιθεὶς πραΰνθῇ; Lege ἀνακληθείς, quod in M et melioribus codd. Platonis — nam locus e Plat. de rep. 440 D exscriptus est — exstat. P. 518 alius locus Platonicus, qui ibidem p. 582 A invenitur, sic in edd. Galeni corruptus est: πῶς ἂν ἤδη μέν τις αὐτῶν ἀληθέστατα λέγοι; In M vestigium quoddam verae lectionis deprehenditur; ibi enim εἴδη μὲν scriptum est, i. e. εἰδεῖμεν (an εἰδείημεν?), quo restituto cetera non secus atque in codd. Pla-

---

[38]) Greenhillus in Ian. Henschel. 1, 628 scribi vult νεωρές et sane ὀξυτόνως scripsisse videntur librarii codicum Galeni; at vide Herodiani Rell. ed. Lentz I, 350 et Nauckii Fragm. Eurip. 392.

tonicis legenda sunt: πῶς ἂν εἰδεῖμεν, τίς αὐτῶν ἀληθέστατα λέγει; — P. 437 post med. male editum est e Chrysippi libro de affectibus morali: οὔτε γὰρ περὶ τὸ νοσοῦν σῶμά ἐστί τις τέχνη, ἣν προσαγορεύομεν ἰατρικήν, οὐχὶ δὲ καὶ περὶ τὴν νοσοῦσαν ψυχήν ἐστί τις τέχνη, οὔτ' ἐν τῇ κατὰ μέρος θεωρίᾳ τε καὶ θεραπείᾳ δεῖ λείπεσθαι ταύτην ἐκείνοις. Lege ἐκείνης, quod M suppeditat; nam sententia est: 'Quemadmodum res non ita se habet, ut ad corpus quidem aegrum spectet ars quaedam, quam medicinam nuncupamus, ad animum aegrum nulla spectet, ita ne in singularibus quidem et contemplationis et curationis partibus ars, quae in animo aegro versatur, illa debet esse inferior.' Aliis quoque locis οι, ει, η inter se commutata esse docent haec exempla praeter illud, quod supra memoravi: p. 238 med. Aldina tradidit: εἰ γὰρ δὴ τούτου τύχῃ τις, οὐ μόνον — δυνήσεται κατορθοῦν, ἀλλὰ καὶ βουληθεὶς ἀθρόως ὅλην ἐξελεῖν οὐκ ἀτυχήσει τῆς χειρουργίας, perperam; M recte τύχοι. Simile mendum recurrit p. 559 extr., ubi in A legitur: διὰ τοῦτ' ἔνιοι τῶν ἀνατομικῶν ὡς (lege εἰς) ἐκείνην αὐτὰς ἔφασαν περαίνειν, εἰ μὲν ἀκριβολογεῖτό τις, οὐκ ἀληθεύοντες, εἰ δὲ, ὡς εἴρηται, νῦν ἀκούει τῶν λεγομένων, οὔτ' ἀκριβοῦντες τοῦ φαινομένου τὴν διήγησιν οὔτε μέγα τι σφαλλόμενοι. Charterius foede: ἀκριβολογεῖ τέ τις, unde Kuehn.: ἀκριβολογεῖταί τις. Sed unice verum est, quod M praebet, ἀκριβολογοῖτο et ἀκούοι. Quam negligentes huius mendi editores fuerint, multis aliis exemplis probari potest, velut p. 383 ante fin., ubi, quamquam sequitur εἰ δέ τις — λέγοι, tamen ad unum omnes εἰ μὲν — φάσκει exaraverunt pro φάσκοι, p. 486 post med. εἴ τε — λέγεις pro λέγοις, p. 564 in. εἰ καὶ τελευτὴν ὀνομάζει τις pro ὀνομάζοι, p. 756 sub fin. contra εἰ — λέγοις pro λέγεις; his locis omnibus M veram lectionem praebet. Nec minus frequens est vocalium ο et ω permutatio, cuius non pauca exempla ab Aldina edita in ceteris editionibus aut haeserunt aut non satis recte emendata sunt. Haec afferre satis est: p. 263 in. legimus: τὰ συνάπτοντα [τὴν] καρδίαν ἐγκεφάλῳ διασκέψασθαι χρὴ κατὰ τὰς τῶν ζῴων ἀνατομὰς ὁπόσα τ' ἐστὶ καὶ ὁποῖα, κἄπειτα κατὰ

τον τράχηλον ἕκαστον αὐτὸν ἢ τέμνειν ἢ θλᾶν κ. τ. λ. Kuehn. αὐτόν male mutavit in αὐτό, debuit mutare in αὐτῶν, quod in M est. P. 290 med. Chrysippus non dixit περὶ ὧν ἑξῆς ζητήσομεν, quemadmodum in edd. scriptum est, sed ζητήσωμεν, quod M tradidit. P. 756 extr. Plato (Phaedr. p. 273 E) apud Galenum non οὔπω ἔσται τεχνικός scripsit, quemadmodum Kuehn. vult, nec οὔπωτ' ἔσται, quod ab Ald. Bas. Chart. foede editum est, sed οὔποτε, quae scriptura et in Marciano Galeni et in Clarkiano Platonis (teste M. Schanzio) invenitur. Eundem Platonem p. 799 med. scripsisse οὐδὲν ἄρα ἡμᾶς τῶν τοιούτων λεγόμενον ἐκπλήξει (de rep. 436 E) testatur Marcianus, non λεγομένων, quod edd. exhibent. Etiam ι et υ inter se permutari non mirum est. Unum exemplum afferam: p. 741 post in. edd. scribunt: (γυνὴ) ἀπόλεμος καὶ οὐ φυλογυμναστική, quod mendum facile e Platonis de rep. loco (456 A) emendari potuit (Cod. M praebet καὶ ἀφιλογυμναστική).

Sequuntur eorum mendorum, quae vel ductuum compendiorumque similitudo vel caecitas librariorum — utraque res saepe eodem redit — creavit, exempla, quae quidem non in M, sed in Ald. inveniuntur. Litterae α et αι, α et ω, α et ευ, ει et η inter se permutantur his locis: p. 236 in. τάχ' ἴσως ἐπιθυμεῖ τις ἀκοῦσαι — τοὺς κινοῦντας μῦς οἵτινές τέ εἰσι — καὶ τίνα δέχονται νεῦρα καὶ πόσα καὶ πηλίκα καὶ κατὰ τί μάλιστα μέρος ἐξ ἐγκεφάλου βλαστάνονται, pro βλαστάνονται veram scripturam βλαστάνοντα M praebet; p. 497 sub fin. ὁ δ' ἕτερος, ὅστις ἂν ἀδικεῖσθαι νομίζῃ, θυμοῦται καὶ χαλεπαίνει καὶ συμμαχεῖ τῷ δοκοῦντι δικαία. Idem mendum in Bas. deprehenditur; Charter. et Kuehn. non minus male δίκαια emendaverunt, quod eo magis mirandum est, quod paulo ante iidem locum Platonicum (de rep. 440 C), quem Galenus explanat, emendate scripserunt τῷ δοκοῦντι δικαίῳ! P. 520. 521 ἐν τῷ χρόνῳ βλάπτεται τὸ ζῷον εἰς ἀτροφίαν τε καὶ ἄχροιαν ἥπατος ἀτονήσαντος. Veram scripturam M servavit: εἰς εὐτροφίαν τε καὶ εὔχροιαν. P. 545 ante med. τὴν δ' ἀρχὴν τῆς εὑρέσεως αὐτὸ τοῦτο οἶμαι παρέξειν, ὃ πρὸς ἁπάντων ὁμολόγηται τῶν ἀνατομικῶν. Ch. emen-

davit ὡμολόγηται; scribe cum M ὁ μ ο λ ο γ ε ῖ τ α ι. Alia commutationis litterarum exempla haec sunt: p. 395 post med. τούτων γὰρ ὁποτεροῦν εἰπόντες οὐκ ἂν ἀναγκαζόμεθα τὴν αἰτίαν οὐκ ἀποκρίνεσθαι τῆς παρὰ τὸν λόγον ἀμέτρου κινήσεως. Kuehn. deleto ἄν locum restitutum esse falso putavit; nos sequimur Marcianum scribentem οὐκ ἂν ἠ ν α γ καζόμεθα τὴν αἰτίαν ἀποκρίνεσθαι (sublato οὐκ ante ἀποκρίνεσθαι). P. 711 ante med. Aldina locum e Timaeo Platonis (p. 79 C) exscriptum sic tradidit: τὸ τῶν στηθῶν καὶ τοῦ πνεύμονος ἔξω μ ε θ ι ὸ ν τὸ πνεῦμα; Kuehn. mendum infeliciter correxit μ ε τ ι ό ν scribens pro μ ε θ ι έ ν. P. 751 ante med. τινὲς μὲν γὰρ (sc. τῶν ἰατρῶν) ἕνεκα χρηματισμοῦ τὴν ἰατρικὴν τέχνην ἐργάζονται, τινὲς δὲ διὰ τὴν ἐκ τῶν νόμων αὐτοῖς δ ι δ ο μ έ ν η ν ἀλειτουργησίαν; scribendum est auctore codice M δ ε δ ο μένην. P. 323 in. refutatur a Galeno Chrysippus, qui ex eo, quod homines dicere solerent ʻοὐδὲν τῶν εἰρημένων μοι καταβαίνει’ evincere studuit in corde, non in cerebro esse partem animi rationalem. At refutatio in edd. nostris prorsus obscurata est; quid enim volunt illa verba οἶδα καὶ τὸ μὴ καταβαίνειν ἑαυτοῖς τὰ εἰρημένα λέγοντας τοὺς πολλοὺς οὐκ ἐπειδὰν μὴ παρακολουθῶσι μηδὲ μανθάνωσι τῶν λεγομένων, ἐπειδὰν λέγηται μέν τινα ὡς ὀργὴν ἢ λύπην ἢ θυμὸν ἤ τι τοιοῦτον πάθος ἐ γ κ α λ ε σ ό μ ε ν α, μὴ φροντίζῃ δὲ αὐτῶν ὁ ἀκούων μηδὲ κινῆται κατὰ πάθος? Duobus mendis locus laborat, quibus correctis sanus erit. Scribe cum codice M ἐκκαλεσόμενα pro ἐγκαλεσόμενα et adde ante ἐπειδὰν λέγηται μέν τινα Coniunctionem ἀλλά vel ἀλλ’ in codd., ut videtur, omissam; iam sensus erit: ʻAnimadverti ego solere dicere homines verba sibi non descendere, non cum non percipiunt neque intellegunt ea, quae dicuntur, sed cum, quando quid dictum est vel iram vel tristitiam vel impetum vel eiusmodi affectum *excitaturum*, aut parum curant aut non perturbantur.’ P. 335 med. ὁ Χρύσιππος ἐν τῇ μετὰ τὰς προγεγραμμένας ῥήσεις λέξει προχείρως πάλιν ἐξ ἑνὸς ἄρχεσθαι μ ό ν ο υ τὰς δυνάμεις ἀμφοτέρας λαμβάνει, μόνου mendose editum est pro μ ο ρ ί ο υ, quod in M recte scriptum est. P. 429 post med. Χρύσιππος μὲν οὖν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ παθῶν ἀπο-

δεικνύναι πειρᾶται κρίσεις τινὰς εἶναι τοῦ λογιστικοῦ τὰ πάθη, Ζήνων δ' οὐ τὰς κρίσεις αὐτάς, ἀλλὰ τὰς ἐπιγιγνομένας αὐταῖς συστολὰς καὶ λύσεις ἐπάρσεις τε καὶ [τὰς] πτώσεις τῆς ψυχῆς ἐνόμιζεν εἶναι τὰ πάθη. Miror neminem eorum, qui hunc locum laudant, ut Zellerus et Kuehnerus aliique[39]), offendisse in vocabulo *λύσεις* a Stoicorum ratione abhorrente. Marcianus praebet *χύσεις*; in codice igitur Aldinae *λ* pro *χ* scriptum erat, qua de commutatione vide Vollgraffii Stud. Palaeogr. p. 65. Sed ne in scriptura *χύσεις* quidem prorsus acquiescendum puto; nam Stoicos in tali re *διαχύσεις* usos esse non solum Plutarchus[40]) testatur, sed Galenus ipse, apud quem legimus p. 377 med. *Ζήνωνι — καὶ πολλοῖς ἄλλοις τῶν Στωικῶν, οἳ οὐ τὰς κρίσεις αὐτὰς τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ [καὶ] τὰς ἐπὶ ταύταις ἀλόγους συστολὰς καὶ ταπεινώσεις καὶ δείξεις* (lege *δήξεις*) *ἐπάρσεις τε καὶ διαχύσεις ὑπολαμβάνουσιν εἶναι τὰ τῆς ψυχῆς πάθη* et p. 367 p. med. *καὶ γὰρ αἱ μειώσεις καὶ αἱ ἐπάρσεις καὶ αἱ συστολαὶ καὶ αἱ διαχύσεις κ. τ. λ.* Itaque nostro quoque loco restituendum erit *διαχύσεις*. P. 478 post in. *Ζήνων, εἰ μὲν τὰ αὐτὰ βούλοιτο Χρυσίππῳ, τοῖς αὐτοῖς ἐγκλήμασιν ὑπεύθυνος καθεστήσεται* foede scripserunt AB; Charterius et Kuehnius non *καταστήσεται*, sed *καθεστήξεται*, quemadmodum M scriptum habet, restituere debuerunt. P. 562 extr. *γυμνοῦται δ' ἡ καρδία χωρὶς τοῦ συντμηθῆναι τὸν θώρακα τοῦ ξιφοειδοῦς ἐκκοπέντος, ᾧ ἐγγὺς ἤρτηται τὸ περικάρδιον σκέπασμα.* Vitiosum est *συντμηθῆναι*, rectius M *συντρηθῆναι*[41]). Itaque

[39]) Zeller. Philosophie der Griechen III², 1, 210; Kuehner. ad Cic. Tusc. IV, 7, 15.

[40]) Plutarch. de virt. mor. p. 449 f: *τὰς ἐπιτάσεις τῶν παθῶν καὶ τὰς σφοδρότητας οὔ φασι γίνεσθαι κατὰ τὴν κρίσιν, ἐν ᾗ τὸ ἁμαρτητικόν, ἀλλὰ τὰς δήξεις καὶ τὰς συστολὰς καὶ διαχύσεις εἶναι κ. τ. λ.*

[41]) De anatomic. administr. Vol. II, 635, 2 *τρίτη δ' ἐπ' αὐταῖς ἐγχείρησις, καθ' ἣν ἡ μὲν καρδία γυμνοῦται, σύντρησις δ' οὐ γίνεται τοῦ θώρακος. οὐδὲν δήπου θαυμαστόν ἐστι τρῶσιν μὲν τοῦ θώρακός τινα γενέσθαι, σύντρησιν δὲ μή. τὴν γὰρ εἰς τὰς εὐρυχωρίας αὐτοῦ, καθ' ἃς ὁ πνεύμων τέτακται, διΐσχουσαν τομὴν ὀνομάζουσι σύντρησιν. ἡ δ' ἄλλη πᾶσα διαίρεσις αὐτοῦ τρῶσις μὲν λέγεται, σύντρησις δ' οὐ καλεῖται.*

haec dicit Galenus: 'nudatur cor sine ulla thoracis *perforatione* excisa cartilagine xiphoide, iuxta quam cordis involucrum adnexum est.' (De re cf. de usu part. Vol. III, 598, 10.)

Non praetermittendae autem hoc loco sunt Praepositionum aliarumque Particularum orationis propter compendiorum similitudinem permutationes. P. 346 post in. *ἀλλ' ἡμεῖς γε κατὰ τὸ πρὸ τούτου γράμμα τὸν ὑπὸ τοῦ Ζήνωνος ἐρωτηθέντα λόγον ὑπὲρ τοῦ τὴν φωνὴν ὑπὸ τῆς καρδίας ἐκπέμπεσθαι μοχθηρὸν ἐπεδείξαμεν; ὑπό* permutatum in A esse cum *ἀπό* M docet. P. 776 med. *κἀκεῖνος ὁ λόγος, ἐφ' ᾧ φησιν ὁ Πλάτων; ἐφ' ᾧ* inauditum est; M. recte *ἐν ᾧ*. P. 659 extr. *τῇ μεγάλῃ ἀρτηρίᾳ, ἣν ὁμολογουμένως ἁπασῶν τῶν καθ' ὅλον τὸ ζῷον ἀρτηριῶν ἀρχὴν οὖσαν ἰδεῖν ἔστι κατὰ τὸ πρῶτον ἐκφῦναι τῆς καρδίας δίχα σχιζομένην; κατά* auctore codice M mutandum est in *μετά*; magnam enim arteriam, ubi primum e corde emerserit, in duas scindi partes Galenus censet. Eandem permutationem mendosam deprehendimus in p. 796 ante fin., ubi editum est: *θαυμάζειν οὖν δίκαιόν ἐστι καὶ μετὰ τοῦτο τὸν Πλάτωνα μὴ μόνον τὰς μεθόδους εἰπόντα διὰ συντόμων, ἀλλὰ καὶ γυμνάσαντα καθ' ἑκάστην*. Marc. recte: *κατὰ τοῦτο*. P. 318 in. *τοῦ δὲ λογιστικοῦ τῆς συνέσεως — οὐ σμικρὰ σημεῖα —, ὅσα πρὸς ἑαυτὴν διεξέρχεται* (sc. *ἡ Μήδεια*) *καὶ στέλλουσα καὶ πείθουσα τὸν θυμὸν ἀποχωρεῖν ἔργων ἀνοσίων*. Multo melius in M scribitur *καταστέλλουσα*. Contra *κατά* pro *καί* posuit Aldina p. 523 post in., ubi Galenus de stirpium generatione ac seminis vi disputans postquam semina nihil valere, si ager, in quem iacta fuissent, aridus esset, dixit, sic pergit: *μετρίως δ' ὑπαρχούσης ὑγρᾶς* (sc. *τῆς γῆς*) *μαλακὸν* (*μὲν*) *γίγνεται τὸ σπέρμα, διοιδίσκεται δὲ καὶ τὸ περιέχον αὐτὸ σύμφυτον σκέπασμα* [*τὸ*] *οἷον δέρμα καὶ ῥήγνυται κ. τ. λ.*; sic enim scribendum est, non *κατὰ τὸ*, quemadmodum in A editum est; nam sententia est: 'sin mediocriter humida gleba fuerit, emollitur semen et simul tegumentum, quo quasi cute circumdatur, intumescit, mox rumpitur.' Atque haec quidem de litterarum permutatione.

Nascitur autem ex ea re genus quoddam interpolationis,

cum corrector vel librarius verbum aliquod tali modo corruptum emendare conatus est, plerumque malo successu, praesertim cum nec conformationis verborum nec sententiae loci rationem ullam haberet. Exempla praebet Aldina, e quibus ea, quae in ceteras editiones fluxerunt, elegimus: p. 250 med. *Ζήνων δὲ καὶ Χρύσιππος καὶ Διογένης οἵ τ' ἄλλοι Στωϊκοί, κἂν μυριάκις ἐπὶ τῷ λόγῳ θαρρῶσιν, οὐχ εὕρωσιν ἀπολογήσασθαι περὶ τῶν ἁμαρτημάτων αὐτοῦ*; pro *εὕρωσιν* cod. M praebet *ἕξουσιν*, quo nihil verius esse potest. P. 275 med. Galenus, ut doceat veteres ventriculi orificium (*τὸ τῆς γαστρὸς στόμα*) cor (*καρδίαν*) appellasse, locum ex Hippocratis Epidem. sect. 2 citat, qui ne in novissimis quidem Littrei et Ermerii editionibus persanatus est, nedum in editionibus Galeni. Sed quoniam locum pertractare a disputationis nostrae ratione nunc alienum est, id tantum commemorabo, quod edd. Ald. et Basil. scriptum habent *καὶ ἀνῆλκε οἷα τὰ κηρίωνος*, Charter. et Kuehn. *καὶ ἀνεῖλκεν*, corruptius quam quod in M legitur *ἀνήνηεν* i. e. *ἀνήμεεν*. (Codd. Hippocr.: *οὐκ ἀνήμεε οἷα τὰ Χαρίωνος*.) P. 565 post in.: *εἰ τὴν τῆς πρώτης γενέσεως ἀρχὴν τῶν φλεβῶν ζητεῖς* (lege *ζητοῖς*), *ἧπάρ ἐστιν· εἰ τῆς κατὰ τὴν ὕλην διοικήσεως, ᾗ τρέφεται τὸ σύμπαν σῶμα, καὶ δυνάμεως, οὐδ' οὕτως ἄλλο τι σπλάγχνον εὑρήσεις ἐπιτηδειότατον* (lege *ἐπιτηδειότερον*) *ἀρχὴν νομισθῆναι*; melius M *ὁρισθῆναι*, quo restituto sententia erit: 'Si primae generationis venarum originem requiras, iecur est; si dispensationis materiae, qua totum corpus alitur, principium spectes, ne sic quidem aliud quodpiam viscus invenies, quod principium definiri aptius possit.'

Tertio modo, quem supra in omissis vel litteris vel syllabis constare diximus, contra orthographiam in Aldina ceterisque editionibus his locis peccatum est: p. 341 extr. *τὸ γὰρ ἀποτεμεῖν τὰ ὦτα καὶ τὴν ῥῖνα καὶ διασπάσαι πολλάκις ἄλλους ἀπειλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι.* Cod. M praebet *ἀλλήλους*, melius autem scribitur *ἀλλήλοις*, 'homines irati alter alteri minantur aures et nasum se abscissuros, interdum etiam discerpturos esse.' P. 366 extr. (*Χρύσιππος*) *τοῦ λογιστικοῦ τῆς ψυχῆς μόνου μέμνηται παραλείπων τό τ' ἐπιθυμητικὸν καὶ*

τὸ θυμοειδές· καὶ γὰρ τὴν δόξαν καὶ τὴν προσδοκίαν ἐν τῷ λογικῷ μόνῳ συνίστασθαι νομίζει. Sequenda codicis M *λογιστικῷ* scribentis auctoritas est. P. 433 in. non causa fuit, cur in editionibus *εἰς πάθος ἄγεσθαι* pro *εἰς π. ἐσάγεσθαι*, quod in M est, scriberetur. P. 633 post med. editum est: *εἴ γε δυνατὸν ἦν τοῖς ἰδίοις παθήμασιν αὐτῆς* (lege *τῆς αὐγῆς*) *ἄλλοι τι συναλλοιωθῆναι παρὰ τὸ φωτοειδὲς ὄργανον ἢ τοῖς τῶν ἀτμῶν ἕτερόν τι τοῦ ἀτμοειδοῦς ἢ τοῖς τοῦ ἀέρος ἄλλο τι παρὰ τὸ ἀεροειδὲς ἢ τοῖς τῶν ὑγρῶν ἕτερόν τι παρὰ τὸ γευστόν τε καὶ πλῆρες χυμῶν, οὐκ ἂν ἐγεγόνει τὰ τῶν αἰσθητηρίων ὄργανα.* Non recte *τὸ τῆς γεύσεως ὄργανον* (p. 627) dicitur *γευστόν*, sed *γευστικόν*, quemadmodum *τὸ τῆς ἁφῆς* p. 636 *ἁπτικόν* et *τὸ τῆς ὄψεως ὀπτικόν* appellatur. Itaque cum cod. M restituendum est *παρὰ τὸ γευστικόν*. P. 730 post in. *οὐκ οὖν* (lege *οὐκοῦν*) *τοῖς παρὰ τὰ ὄντα δοξάζουσι καὶ ἀπατωμένοις δῆλον ὡς τὸ πάθος τοῦτο δι' ὁμοιοτήτων τινῶν εἰσερρύη.* Haec Platonis in Phaedro (p. 262 B.) verba sunt, e quibus unum memorabile videtur propter scripturam codicis M. Is enim non *ἀπατωμένοις*, ut A, sed *ἀπατωμένοισῃ* tradit, i. e. *ἀπατωμένοισι*. Servavit igitur formam Dativi Plur., qua Platonem manifestum est multo saepius usum esse, quam codices vel optimi tradunt[42]). Nos quidem *ἀπατωμένοισι* apud Galenum restituere non dubitavimus. P. 799 ante med. alius locus Platonicus (de rep. 436 E) mendose in edd. sic traditur: *ὅταν δὲ τὴν ἰθυωρίαν ἢ εἰς δεξιὰ ἢ εἰς ἀριστερὰ ἢ εἰς τὸ πρόσθεν ἢ εἰς τὸ ὄπισθεν ἐκκλίνει ἅμα περιφερόμενόν τε οὐδαμῇ ἑστάναι.* M iisdem vitiis, quibus Aldina, obnoxius est uno excepto; non enim *φερόμενόν τε*, sed *φερόμενον τότε* praebet. Nec dubium est, quin Galenus sic legerit: *ὅταν δὲ τὴν εὐθυωρίαν ἢ εἰς ἀριστερὰ — ἐγκλίνῃ ἅμα περιφερόμενον, τότε οὐδαμῇ ἔστιν ἑστάναι.*

Etiam in hoc mendorum genere interpolatio quaedam

---

[42]) Nostro loco et Clarkianum et Ven. *Π ἀπατωμένοις*, contra Politic. p. 261 E illum *τὸ ζητούμενον ἐν διπλάσιος ἢ τὰ νῦν* i. e. *διπλασίοισι* praebere Schanzius testatur. De Dativis apud Platonem in *οισι* et *αισι* exeuntibus cf. Schneid. ad Plat. de rep. p. 389 B, Kuehn. Gr. Gr. I², 300. 301.

facta est, cum corrector putavit vocabulum aliquod decurtatum esse ad eiusque integritatem vel litteram vel syllabam deesse ideoque ei aliquid inseruit vel addidit. Huius interpolationis vestigia multa ex Aldina colligi possunt, quae posteri editores non prorsus exstinxerunt. P. 319 ante med. ediderunt Charterius et Kuehn.: *οὐδ᾽ ἂν ὑπὸ φιλονεικίας ἀναίσχυντα σοφίζωνται, καθάπερ οἱ περὶ τὸν Χρύσιππον, ἢ τὴν δόξαν ὑπερβάλλεσθαί ποτε δυνήσονται (τὴν) τοῦ Πλάτωνος ἢ τὸν τῶν ἀποδείξεων μιμήσασθαι κόσμον.* Edd. Ald. et Bas. mendose: *ὑπερβαλλέσθαι*, quod illi non in *ὑπερβάλλεσθαι*, sed in *ὑπερβαλέσθαι* mutare debuerunt. Infinit. Aor. tuetur etiam M. P. 352 ante fin. editores non audiendi sunt, qui *τὰ ὑπὸ τῶν ἐπιστημονικῶν τικτόμενα* scripserunt pro *τὰ ὑπὸ τῶν ἐπιστημονῶν τ.*, quod M. praebet. ·P. 482 in. *Ποσειδώνιος — μᾶλλον ἠκολούθησεν Ἀριστοτέλει καὶ Πλάτωνι. προσέθηκα δὲ τῷ λόγῳ τὸ μᾶλλον, ἐπειδὴ κατὰ μέρος εὑρίσκονταί τινα διαφωνοῦντες οἱ τρεῖς ἄνδρες ὑπὲρ τῆς τῶν ἀρετῶν διαφορᾶς, κατὰ δὲ τὸ συμπέρασμα ὁμολογοῦσιν ἀλλήλοις.* Voci contrariae *κατὰ μέρος* magis respondet *κατὰ τὸ σύμπαν* quam *κ. τ. συμπέρασμα*: illud in M aliisque codd. reperitur. P. 666 ante med. *πρόδηλον δ᾽ ὅτι καὶ ἡ μετάστασις* (sc. *τὴν εὐκρασίαν διαφθείρει*), *ἐὰν ἐννοήσωμεν* [*ὡς*] *τοῖς κατὰ τὸν θώρακα καὶ τὰς τραχείας ἀρτηρίας ὀργάνοις αἵματος ἢ τινος ἄλλου χυμοῦ παρεμπεσόντος συγχωρεῖσθαι τὴν ἄμεμπτον ὑγίειαν αὐτῶν.* Pro *συγχωρεῖσθαι* auctore cod. M restituimus *συγχεῖσθαι*. P. 753 med. brevem et dilucidam orationem, qua res aliqua definiretur, a Platonicis non *λόγον ὡρισμένον τε καὶ ὅρον* appellatam esse dicere potuit Galenus, sed *ὁρισμόν τε καὶ ὅρον*; itaque pro *ὡρισμένον* scripsimus id, quod in M invenitur, *ὁρισμόν*. P. 758 ante med. in verbis Platonis, quae e Philebo (p. 17 D) desumta sunt, *ἃ δὴ δι᾽ ἀριθμῶν μετρηθέντα δεῖν αὐτά φασι ῥυθμοὺς καὶ μέτρα ἐπονομάζειν*, vitiose ab editoribus Galeni scribitur *αὐτά*; codex Marc. convenienter orationi Platonicae *αὖ* praebet. Ac de litteris vel syllabis omissis aut additis satis dictum est.

Quarto autem modo, ut supra diximus, scriptura vitiata

est perversa verborum aut continuatione aut separatione. In Aldina quidem quinquaginta fere huius vitii exempla deprehenduntur, quorum triginta fere ei cum codice M communia sunt, cetera propria. Et quoniam in hac disputationis nostrae parte de iis potissimum vitiis agitur, quorum M expers est, etiam hoc loco sic faciendum esse statuimus, ut, quae Aldinae propria sunt, atque ea quidem eligamus, quae in ceteris edd. aut male aut omnino non correcta sunt. P. 731 med. *δηλονότι* pro *δῆλον ὅτι*, p. 739 sub fin. *ἐπιπολύ* pro *ἐπὶ πολύ*, p. 740 med. *πολυκρατεῖται* pro *πολὺ κρατεῖται*, p. 730 post in. et 736 extr. *οὐκ οὖν* pro *οὐκοῦν*, p. 401 ante med. *Δαναῶν περιδείδια* pro *Δ. πέρι δείδια*, p. 363 post in. *πώποτ᾽ ἔμ᾽ ὧδε* pro *πώποτέ μ᾽ ὧδε* scriptum est; p. 452 post med. locum e Platonis Sophist. p. 228 B exscriptum Ald. sic edidit: *τόδε ἐν ψυχῇ δόξας ἐπιθυμίαις καὶ θυμὸν ἡδοναῖς κ. τ. λ.*; Basileenses correxerunt: *τὸ δὲ ἐν ψ.*, Chart. et Kuehn. *τί δαί; ἐν ψυχῇ κ. τ. λ.*; at scribendum fuit *τί δέ* (M). P. 402 ante fin. *ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω πρὸς ταῦτα οὐ δὴ ἀποκρίνασθαι τῷ Ποσειδωνίῳ.* Sic edd., at M bene *οὐδὲν* pro *οὐ δή* praebet. P. 645 ante med. tota vis argumentationis, qua Galenus ad confirmandam sententiam de cerebro tanquam sensuum motusque voluntarii principio utitur, ab editoribus exstincta est, quia mendi genus, de quo quaerimus, in vocabulo quodam latere ignorabant. Ediderunt enim locum hunc in modum: — *μαρτυρεῖται προσηκόντως εἰρῆσθαι τὸν ἐγκέφαλον ἀρχὴν εἶναι τοῦτο μὲν αἰσθήσεως ἁπάσης τοῖς ζῴοις, τοῦτο δὲ τῆς καθ᾽ ὁρμὴν κινήσεως. εἰ δέ γε μὴ διὰ ταῦτα, τίνος ἕνεκα ἄλλου γέγονεν; ἢ διότι τὰς μήνιγγας ἔξωθεν αὐτῷ περιέτεινεν ἡ φύσις, εἴπερ ἐν ἐκείναις μέν ἐστιν ἡ τῆς ψυχῆς ἀρχή, μάτην ἐγκέφαλος ἐγένετο;* insuper post *μάτην* Particula *δέ* a Charterio et Kuehnio eiecta pravissime de loci sententia sentientibus. Lege *διὰ τί* (M *διὰ τὸ* usitata commutatione) et post *μάτην* adde *δέ*: iam omnia bene se habebunt. 'Cur membranis cerebrum extrinsecus natura operuit, si quidem in illis (quemadmodum quibusdam placet) est animae principium, nequidquam autem factum cerebrum est?' P. 631 extr. mireris, quod Aldina locum Platonicum (Theaet.

p. 184 E) sic effinxit: *θερμὰ καὶ σκληρὰ καὶ κοῦφα καὶ γλυκέα, δι' ὧν αἰσθάνῃ, ἆρ' αὐτοῦ σώματος ἕκαστα τίθῃς ἢ ἄλλου τινός*; Kuehnius vero *ἆρ' αὐτοῦ τοῦ σώματος* edidit mendum Aldinae tanquam confirmans. At illud *αὐτοῦ* conflatum est ex *οὐ* et *τοῦ*, quae voculae in M recte separantur. Restituimus igitur *ἆρ' οὐ τοῦ σ. κ. τ. λ.* Ut autem hoc exemplum docuit mendum parere mendum, sic etiam illud docet, quod legitur p. 674 extr., ubi A: *διὰ τοῦθ' Ἱπποκράτης ἐν τῷ περὶ φύσιος ἀνθρώπου τὴν ἐκ τῶν στοιχείων ἕνωσιν ἁπάντων τῶν φυσικῶν σωμάτων κοινὴν εἰπὼν ὑπάρχειν ἐξ ἧς ἐπὶ τὴν τῶν ζῴων μετέβη κ. τ. λ.*; Kuehnius locum ita restituendum esse putavit, ut *εἰπὼν* in *εἶπε* mutaretur. Lege pro *ἐξ ἧς* cum cod. M *ἑξῆς*: iam nihil ad sententiae integritatem desiderabis. Multis igitur modis contra orthographiam in Aldina peccatum esse variis exemplis comprobatum est.

Nunc venio ad alterum genus mendorum, quod e *compendiis terminationum perperam intellectis natum est*, quo Aldina quamquam minus saepe quam M, tamen non parum saepe commaculata est. Ne hic quidem alia colligere libet quam ea, quorum vestigia in ceteris editionibus apparent. Atque, ut a Nominibus iisque vocabulis, quae casibus immutantur, ordiar, his sunt exitus pravi: p. 287 post med. *οἱ μνημονεύοντες τῶν εἰρημένων ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ γιγνώσκουσιν ἡμᾶς τὸ ἰσχυρόν τε καὶ γενναῖον ὧν ὁ Χρύσιππος εἶπεν ἀνατρέποντας ἐάσαντάς τε τὰ ἀσθενέστατα ἐπιδεικνύειν αὐτοῦ τὰ σφάλματα.* Non *τὰ ἀσθενέστατα* h. l. scribi debuit, sed *τὸ ἀσθενέστατον*, quod et codicis M auctoritate et contrarie relatorum verborum *τὸ ἰσχυρόν τε καὶ γενναῖον* ratione commendatur. P. 316 ante med. falso scriptum esse *τὸ μὲν ἀκάρδιον ἐν ἴσῳ τῷ δειλὸν — ὀνομάζων* pro *τὸν μὲν ἀκάρδιον* vel e contextu orationis patet, etiamsi vera lectio testimonio codicis M non comprobaretur. P. 412 extr. quis credat recte se habere *οὐ γὰρ δι' αὐτὸ λέγομεν αὐτοὺς ἑαυτοῖς ἔξω καθεστηκέναι καὶ μὴ ἐν ἑαυτοῖς εἶναι, διότι τὸ βιαζόμενον αὐτοὺς ὁρμᾶν κατὰ τὸ πάθος ἔξωθέν ἐστιν, ἀλλ' ὅτι παρὰ φύσιν ἔχουσιν*? M vestigium verae lectionis habet

ἑαυτῶ scribens, i. e. *ἑαυτῶν*, quod unice verum est. P. 293 versum Homericum *ἀνδρῶν ἐν στήθεσσιν ἀέξεται ἠΰτε καπνός* Galenum non ita laudasse, ut scriberet *ἀνδρὸς ἐνί*, testatur M, qui *ἀνδρῶν* saltem tradidit, quamquam et ipse *ἐνί* habet, et Aldina ipsa, in qua paulo infra (p. 298), ubi idem versus repetitur, una cum codice M *ἀνδρῶν ἐν* scribitur! P. 537 Galenus demonstrare vult iecur nullum humorem cordi praeparare ad alenda membra animalis, sed ipsum totam humoris speciem absolvere et perficere, maximo autem argumento esse *τὸ μίαν εἶναι φλέβα τὴν ἐξ ἥπατος εἰς καρδίαν ἐκφυομένην, ἑτέραν δὲ μηκέτι ἀντεκφύεσθαι κατ' ἄλλο μέρος αὐτῶν εἰς ὅλον ἅπαξ φέρουσαν τὸ σῶμα τὸν κατεργασθέντα χυμόν.* Genetivus Plur. *αὐτῶν* locum habere non potest, pro quo non dubium est quin Galenus scripserit *αὐτῆς*, quem quidem casum M praebet. Quo restituto sententia est: 'maximo argumento illud est, quod una tantum vena ex iecore ad cor pertingit, neque alia quaepiam *ex alia parte cordis* existit, quae humorem iam concoctum in universum corpus traducat'. P. 563 post med. nihil causae est, cur lectio Aldinae *ἱκανὸν γὰρ εἰς τὰ προκείμενα τὸ μηδ' ὅλως σφύζειν αὐτήν* probetur; M Singularem *εἰς τὸ προκείμενον* suppeditat. P. 683 sub fin. Galenus e codice suo, qui Platonis Timaeum comprehendebat, non *ἀντὶ τῆς πικρότητος ὀξύτατον ἔσχε τὸ μέλαν χρῶμα*, quod in edd. legitur, enotavit, sed *ὀξύτητα*, quod e Marciani scriptura *ὀξύτητος* facile evincitur. — Dativo declinationum primae et secundae quoniam iota in vetustissimis exemplaribus Galeni adscriptum, non subscriptum fuit, multa postea in codices irrepserunt vitia; nam *ι*, nisi prorsus omittebatur, vel cum *σ* vel cum *ν* permutari solebat, unde p. 563 med. pro *τῆς ἐπὶ τἀναντία φορᾶς* restituimus *τῇ — φορᾷ*, et duobus locis Platonicis (Phaedr. 271 E et Phileb. p. 17 B) *μηδὲν εἶναί πω πλέον αὐτῷ* pro *αὐτῶν* p. 755 post med. et *καὶ οὐδὲν ἑτέρῳ γε τούτων ἐσμέν* pro *ἑτέρων* p. 757 ante med. Ex eodem rursus vitio natum est illud *καὶ ὃ ἂν ἄλλου ἐκείνου, τούτῳ τὰς κινήσεις διαδιδόν* p. 630 sub fin. pro *τούτων*, quod in M et codd. Platonis — nam locus est e Timaeo p. 45 D exscriptus — invenitur.

In eiusmodi autem terminationibus non solum error librariorum formas compendiorum non recte dignoscentium cernitur, sed correctorum etiam vel interpolatorum licentia, cum vocem voci vicinae vel genere vel numero vel casu similem reddiderunt contra orationis et sententiae conformationem. Velut p. 230 ante med. *καίτοι γε οὐδὲ αὐτὸ τοῦτο ἀληθές ἐστι τὸ μέσον ἐν τοῖς ζῴοις εἶναι τὴν καρδίαν*. Vera manus scriptoris est *μέσην*, quam M h. l. servavit; p. 291 post med. *κατασκευάζειν εὐθὺς ἄρχεται τὰ δοκοῦντα αὐτῷ* (sc. ὁ *Χρύσιππος*) *πρώτου πάντων τῶν ἐπιχειρημάτων μνημονεύων, δι' ὧν δείκνυται τὸ θυμοειδὲς ἐν τοῖς κατὰ τὸν θώρακα τόποις ὑπάρχον*. Genetivus *ὧν* propter *ἐπιχειρημάτων* natus est, pro quo ex fide codicis M reposuimus Genetivum *οὗ* ad *πρώτου* referendum. P. 330 post in. *καὶ μετὰ ταῦτα τὴν ἀκάρδιον ἐξηγεῖται προσηγορίαν*; M recte Nominativum *ἀκάρδιος* servavit[43]). P. 580 in. *Ἱπποκράτης ἔγραψε τὴν ἀνατομὴν τῶν ἐξ ἥπατος ἐκφυομένων φλεβῶν ἐνδεικνύμενος ἐντεῦθεν εἶναι τὴν ἀρχὴν αὐτήν*; Accusativum *αὐτήν* accommodatum esse Accusativo *τὴν ἀρχήν* quivis intelliget; in M vera lectio est *αὐτῶν*. P. 586 in. et p. 587 in. pro *ὑπὲρ ἡγεμονικῆς ψυχῆς* scribendum esse *ὑπὲρ ἡγεμονικοῦ ψυχῆς*, et usus Galeni et codicis M auctoritas suadet. P. 644 med. *ἀλλοιοῦται μὲν οὖν τὸ τῆς αἰσθήσεως ὄργανον, ἡ διάγνωσις δ' αὐτοῦ τῆς ἀλλοιώσεως γίγνεται ἐκ μιᾶς δυνάμεως κοινῆς πάντων τῶν αἰσθητηρίων ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐπιρρεούσης. τὴν δ' ἀρχὴν αὐτῶν εἴτε κοινὴν αἴσθησιν εἴτε πρῶτον αἰσθητικὸν ἐθέλοις ὀνομάζειν, οὐ διοίσει*. Casus Pronominis *αὐτός* perperam Genetivo *τῶν αἰσθητηρίων* accommodatus est; pristina lectio *αὐτήν*, cuius testis M est, tentari non debuit. P. 653

43) Cf. p. 370 post med. *δύο σημαινόμενα πρὸς τῆς ἄλογος φωνῆς*, p. 384 med. *καθάπερ ἐπὶ τῆς ἄφωνος προσηγορίας*; ib. extr. *ἐκ τῆς ἄλογος φωνῆς*; p. 508 ante med. *δεῖ δὲ τοῦ σφυγμός ὀνόματος ἀκούειν*; ib. post med. *κατά γε τὸ δεύτερον τῆς πάθος φωνῆς σημαινόμενον*; p. 663 post in. *περὶ μὲν οὖν τοῦ στοιχεῖον ὀνόματος*. Quibus exemplis fretus non dubitavi contra codd. et edd. scribere p. 384 sub fin. *τὸ ἄλογος ὄνομα* et p. 385 sub fin. *τὰ δύο σημαινόμενα τῆς ἄλογος φωνῆς*.

post med. θεοὺς δ' ἅπαντας ἐπικαλοῦμαι μάρτυρας, ὡς τοὺς ἀναισχύντους τῶν λόγων ἐλέγχους αὐτὸς αἰδοῦμαι. At Galenus non impudentes, sed impudentium rationum refutationes veretur adscribere; itaque ἐλέγχων (refutans) scripsisse eum patet idque M testatur. P. 710 post in. locus qui ex Hippocratis libro de natura hominis (apud Littr. VI' 42, Erm. II, 85) desumtus est, male sic editur: καὶ ταῦτα ποιήσει σοι πάντα πᾶσην ἡμέρην καὶ νύκτα καὶ χειμῶνα καὶ θέρος pro χειμῶνος καὶ θέρεος, praesertim cum supra (p. 687), ubi idem locus exscriptus invenitur, editores Genetivum receperint, nisi quod pro θέρεος scriptura Aldinae ἤρεος freti ἦρεος ediderunt.

Sequitur de Verbis in edd. prave terminatis brevis disputatio. P. 799 in. δρᾶν scriptum est pro δρᾷ; p. 701 med νοσήματα ἀποτίκτει pro ἀποτίκτον; in utroque loco Platonico M veram scripturam praebet; sed duobus aliis locis, qui ex Phaedro Platonis (p. 263 A et p. 273 D) electi sunt, Marciani quoque lectio vitiata est, quippe qui tradat p. 731 post in. οὐκ ἄλλος ἄλλῃ φέρεται καὶ ἀμφισβητεῖται ἀλλήλοις τε καὶ ἡμῖν αὐτοῖς; editiones ἀμφισβητοῦσιν non minus perperam; lege ἀμφισβητοῦμεν; et p. 756 extr. ὡς ἐὰν μή τις τῶν τ' ἀκουσομένων τὰς φύσεις διαριθμήσηται, καὶ κατ' εἴδη τε διαιρεῖ. Edd. Ald. et Bas. διαιρεῖται, Chart. et Kuehn. διαιρῆται; legendum est διαιρεῖσθαι. P. 778 post med. editum est: εἰ δ' ἐπιμελέστερόν τις σκοποῖτο, τὴν αὐτὴν ἔχουσι δύναμιν, ὥσπερ γε κἄπειδάν φησί τις ἀπὸ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν ἄρχεσθαι; sed hunc soloecismum ne Galeno tribuas, M docet, qui φῆ i. e. φῇ scriptum habet mendum h. l. non minus vitans quam p. 756 ante med., ubi edd. verba Platonis e Phaedro (p. 272 B) exscripta φῇ δὲ τέχνῃ λέγειν perperam sic tradiderunt φησὶ δὲ τέχνην λέγειν. P. 645 in A legimus: ὁποίαν δέ τινα τὴν δύναμιν ἔχει, μαθῆς ῥᾳδίως, εἰ πρότερον μὲν ἐπὶ τὴν ἀνατομὴν ἀφικόμενος ἴδοις. Charterius non minus male μάθῃς ῥᾳδίως, melius Kuehn. μάθοις ἄν; sed M praebet μαθήσῃ ῥᾳδίως, quod restituendum est.

Tertium genus mendorum, quo A laborat, e *vocibus omissis* constat. Quo tametsi minus quam M deformata est,

tamen parum ab eo cavit; nam plus triginta locis, quibus M nihil omisit, omisisse aliquid eam iure insimulabis. Posteri autem editores eiusmodi vitia in orationem Galeni irrepsisse parum saepe senserunt. Omissae autem sunt voculae, ut *καί*, *τε*, *γε*, *δέ*, *μέν*, *οὖν*, *ἄν*, *ἐπί*, *εἰς*, *ἔτι*, sed aliae quoque voces. P. 518 sub fin. *εἰκότως οὖν εἴδη ψυχῆς αὐτὰ προσαγορεύει κατά τε τὰς προγεγραμμένας ῥήσεις καὶ προσέτι πολλὰς ἑτέρας, ὧν οὐκ ἀνάγκη μνημονεύειν ἐναργῶς ἤδη διὰ τούτων τῆς γνώμης τἀνδρὸς ἐγνωσμένης*; omissum est *καί* ante *διὰ τούτων*. P. 652 post med. non legendum est *ἀπέδειξεν ὁ ἀνὴρ ἐν τῷ λογιστικῷ τῆς ψυχῆς εἶναι τὰ πάθη τοὺς θυμοὺς καὶ τοὺς φόβους καὶ τὰς λύπας*, sed *τὰ πάθη καὶ τοὺς θυμοὺς κ. τ. λ.*, quod M testatur. P. 699 med. *τοῦτο* (lege *ταῦτα*) *οὖν ὁ Πλάτων οὐκ ἀκριβῶς ἔγνω τῆς Ἱπποκράτους τέχνης καίτοι πειρώμενος ἕπεσθαι τἀνδρὶ καὶ προσέτι γε περὶ τοῦ λευκοῦ φλέγματος*; adde cum M *καί* ante *περί*. P. 766 in. *δηλῶν οὐ μόνον εἰς ἰατρικήν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἄλλας τέχνας ἐκτετάσθαι τὸ σκέμμα τὴν λύσιν αὐτοῦ*; lege *τὸ σκέμμα καὶ τὴν λύσιν αὐτοῦ*. — P. 384 sub fin. *οὕτως εὑρίσκω καὶ τὸ ἄλογος* (cf. adn. 43) *ὄνομα παρά τε τοῖς παλαιοῖς ἅπασιν εἰρημένον ὑπό τε τῶν νῦν ἀνθρώπων λεγόμενον* nos auctore M restituimus et *τε* post *παρά* inserentes et *ἄλογος* pro *ἄλογον* scribentes. Etiam p. 528 post in. cum M scripsimus: *ὡμολόγηταί τε τοῖς ἀνατομικοῖς ἀνδράσι καὶ δείκνυται καὶ πρὸς ἡμῶν*, et p. 693 ante med. *πλεονεκτοῦσα δ' ὅμως ψυχρότητί τε καὶ ξηρότητι*. Nec dubitavimus p. 676 med. codicem M secuti post *ἐκεῖνα* Particulam *γε* inserere atque scribere: *οὐ μὴν κατ' ἐκεῖνά γε τὸν περὶ τῶν νοσημάτων λόγον ἐποιήσατο*, et Particulam *δέ* p. 269 med. in oratione Chrysippi *καὶ τὰ τῶν ὀργιζομένων δὲ πάθη-φαίνεται περὶ τὸν θώρακα γιγνόμενα*, et p. 388 in. *ἵνα γὰρ ὁ λόγος ἡγεμὼν ἐστιν, ἢ ἀρετὴ ἕπεται ἢ ἁμάρτημα, πάθος δ' οὐδέποτε*. P. 477 post med. *μέν* post *ἀποχωρήσειν* in A omissum esse docet M; scribe igitur: *ἕνεκα γὰρ τοῦ μὴ μακρολογεῖν ἀποχωρήσειν μὲν ἔφην τῶν ἄλλων Στωϊκῶν, ἐξετάσειν* (*ἐξετάζειν* MA) *δὲ μόνα τὰ Χρυσίππου*. P. 545 in. locus et interpunctione prava et aliis mendis foedatus sic a nobis restitutus est:

'ἐπιτήδειόν ἐστιν εἰς διδασκαλίαν φλεβῶν ἀνατομῆς ἀρχὴν τῷ λόγῳ γενέσθαι τὸ ἧπαρ.' ἀναιτίως, ὦ σοφώτατοι, ἢ, ὅτι πάντως τῇ φύσει πλεονεκτεῖ, καὶ πρὸς τὴν τῆς διδασκαλίας ἀρχὴν ἐπιτηδειότερόν ἐστι; τίς οὖν ἡ πλεονεξία, ζητῆσαι δίκαιον κ. τ. λ. Particulae οὖν M τίς ἦν scribens praebuit vestigium, ἀρχήν pro ἀρχή nos scribendum esse censuimus. P. 497 ante med. in A legitur: εἶτά φησιν, ὡς ὁ μὲν ἕτερος, ὅστις οἴηται δικαίως πάσχειν-φέρει πρᾴως αὐτά, in M contra ὅστις ἂν οἴηται, quod vera manus scriptoris esse videtur. P. 618 ante med. in A editum est: τὸ βλεπόμενον σῶμα δυοῖν θάτερον ἢ πέμπον τι πρὸς ἡμᾶς ἀφ' ἑαυτοῦ σὺν ἐκείνῳ καὶ τὴν ἰδίαν ἐνδείκνυται διάγνωσιν ἢ, εἴπερ αὐτὸ μηδὲν πέμπει, περιμένει τινὰ παρ' ἡμῶν ἀφικέσθαι δύναμιν αἰσθητικὴν ἑαυτό. Charterius correxit ἑαυτῷ, quod Kuehn. recepit; at scribendum potius fuit ἐφ' ἑαυτό, quemadmodum M tradidit. Eandem Praepositionem in A omissam, in codice M servatam esse alius locus docet, quem p. 745 extr. sic scriptum in A legimus: τοῦτο νῦν ἑνὸς εἴδους ἐποίησεν, sed rectius in M: τοῦτο νῦν ἐφ' ἑνὸς εἴδους ἐ. P. 733 med. e Marciano restituimus: γυμνάζεσθαι γοῦν χρὴ γυμνασίαν καθ' ἑκάστην ἄσκησιν τέχνης ἐν ὕλαις, ὧν εἰς τὰς χρησίμους τῷ βίῳ πράξεις δεόμεθα, ubi εἰς ab editoribus omissum erat. P. 565 med. ediderunt εἰ γὰρ ὄντως τε καὶ φύσει τῶν φλεβῶν ἐστιν ἀρχὴ (sc. τὸ ἧπαρ), θαυμαστὸν τοῦτο κατὰ πάντα τρόπον ἀρχὴν αὐτῶν εὑρίσκεσθαι, sensu plane contrario ei, quem scriptorem subicere voluisse M confirmat θαυμαστὸν οὐδὲν τοῦτο praebens. Eiusdem fidem secuti scripsimus p. 301 post in. δι' ὧν δὲ νοῦν καὶ φρένας καὶ διάνοιαν καὶ λογισμὸν εἶπέ τις ποιητὴς ἐν καρδίᾳ περιέχεσθαι, συνάγειν ἔδει (sc. τὸν Χρύσιππον); ποιητής abest in edd. Denique pluribus locis Articulum ab editoribus omissum restituimus, velut p. 337 med. πάντων γὰρ ἀρχὴν εἶναι βούλεται τὴν καρδίαν, p. 783 med. ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν παραδειγμάτων ἐγύμνασαν ἡμᾶς ἐν πολλοῖς τῶν κατὰ μέρος, p. 792 ante med. εἶτα καὶ μεταξὺ κατὰ τὴν διέξοδον τοῦ λόγου παρεντιθεὶς τὴν ἀπόφασιν, p. 794 post med. κατὰ τὸν Τίμαιον (Cf. Programm. nostr. II, 5).

Vitiorum genus *quartum* tertio contrarium est; cernitur enim in *vocum adiectione*. Quae facta est aut inscitia et errore librariorum, velut cum bis scripserunt, quod semel scribendum erat, vel aliquid e margine in textum receperunt, aut data opera cum aliis de causis tum maxime, si orationis conformationem non intellexerant. Interpolationis autem quacunque de causa ortae exempla non pauca Aldina suppeditat, quae codicis M ope emendari facile possunt. P. 329: ἐπεὶ δ' ἀποδεῖξαι μὲν οὐκ ἐπεχείρησεν (sc. ὁ Χρύσιππος), ἀπεφήνατο δὲ μόνον, ἡμεῖς δὲ πρόσθεν μὲν ἤδη περὶ τῶν αὐτῶν ἀπεδείξαμεν — καὶ διὰ τῶν ἐφεξῆς δὲ οὐδὲν ἧττον ἀποδείξομεν, οὐκέτ' ἂν οἶμαι δίκαιον εἶναι τοῖς Χρυσίππου πιστεύειν δόγμασιν. Particula μέν post πρόσθεν in M abest facileque ea caremus fortasse inserta propter sequens καὶ διὰ τῶν ἐφεξῆς δέ. Etiam alii loci eandem Particulam a librariis invectam esse docent, velut p. 575 post med., ubi locum e Platonis Timaeo (p. 70 B) laudatum sic Aldina et Basil. reddiderunt: τὴν δὲ καρδίαν ἅμα μὲν τῶν φλεβῶν καὶ πηγὴν τοῦ περιφερομένου κατὰ πάντα τὰ μέλη σφοδρῶς αἵματος, quamquam pp. 292 et 581, ubi idem locus citatur, illud μέν recte omiserunt, et p. 728 in. ἐπειδὴ μὲν οὖν ἡμεῖς οὐ δεινοί, ubi nec M nec codd. Platonici — nam locus e Rep. (p. 368 D) sumtus est — μέν scriptum habent. P. 331 med. καὶ διὰ τῶν ἑξῆς δὲ κατὰ τὸν παραπλήσιον τρόπον οὐκ αἰσθάνεται κατασκευάζων, ὡς ἐν τῇ καρδίᾳ τὸ θυμοειδὲς ἵδρυται τῆς ψυχῆς, at M habet διὰ τῶν ἑξῆς δὲ παραπλήσιον τρόπον, quam lectionem sequendam esse suadet p. 510 med., ubi etiam in A scriptum est: πολλάκις μὲν γὰρ ἕπεται τῷ θυμοειδεῖ τὰ λοιπὰ δύο, πολλάκις δὲ τῷ ἐπιθυμητικῷ καθάπερ ἑλκόμενά τε καὶ συρόμενα παραπλήσιον τρόπον, ὡσεὶ (lege ὡς εἰ) ξυνωρίδες (l. ξυνωρίδος) ἵππων ὁ μὲν ἕτερος ἰσχυρότερον ἄξας κ. τ. λ. Ut autem hoc loco Praepositio κατά, ita alio ἐν inserta est; p. 616 extr. legitur δεήσει γὰρ ἡμᾶς ἐπινοῆσαι τῷ πόρῳ περικείμενον ἐν κύκλῳ τι τοῦ νεύρου σῶμα λεπτότερον καὶ τῶν ἀραχνίων; at enim ἐν nemo desiderabit; itaque auctore codice M expunximus. P. 433 post med. συμφέρεται μέντοι τῷ Χρυσίππῳ καὶ αὐτὸς

(sc. ὁ Ποσειδώνιος), ὡς νοσεῖν τε καὶ λέγειν τὴν ψυχὴν ἅπαντας τοὺς φαύλους ἐοικέναι τε τὴν νόσον αὐτῶν ταῖς εἰρημέναις τοῦ σώματος καταστάσεσι; inepte καὶ post νοσεῖν τε additum est nec invenitur in M; sententia enim haec est: 'Consentit nihilo minus ipse quoque cum Chrysippo, ut et aegrotare omnium stultorum animos dicat et morbum eorum similem esse corporis constitutionibus, de quibus supra dictum est.' Nec minus inepte interpolatoris manus versata est p. 684 extr., ubi Platonis in Tim. p. 83 C manus hunc in modum obliterata est: ἰχὼρ δ' ὁ μὲν αἵματος ὀῤῥὸς (l. ὀρὸς) πρᾶος, ὁ δὲ μελαίνης χολῆς ὀξὺς καὶ ἄγριος; M χολῆς ὀξείας τε ἄγριος, quam scripturam Platonicae convenientem restituimus. Etiam verbis Platonis ex alio loco Timaei (p. 82 A) sumtis illud καί insertum est p. 678 post in., ubi scriptum est ἀλλ' οὗτος μὲν, ὡς ἔφην, ἁμαρτάνει προσθεὶς 'πυρός τε καὶ τῶν ἑτέρων, ἐπειδὴ καὶ γένη πλέονα ἑνὸς ὄντα τυγχάνει'; M ἐπειδὴ γένη. Ceterum mirum est, quod idem locus in cod. Marc. et in Aldina ceterisque editionibus p. 665 post med. sic traditus est: ἐπειδή γε πλέω ἑνὸς ὄντα τυγχάνει. Sed talis inconstantia editores non tetigit. P. 790 med. periodus satis ampla non solum addito καί ante τὴν μὲν σπανιάκις, sed omisso etiam μή ante φυλάττοντα et perversa interpunctione prorsus pessumdata est, quam sic restituimus: γελοῖον δὲ καὶ (κἂν M A) ἄριστα κατεσκευασμένης τῆς νεὼς ἢ τῆς οἰκίας ἢ τῆς κλίνης, ἀγνώστου δ' ὄντος τοῦ κατασκευάσαντος νομίζειν ἄνευ τῆς τέχνης γεγονέναι τὰ τοιαῦτα ἢ κατὰ τύχην, διακρινόντων ἁπάντων (τὸ τὴν M καὶ τὴν A) τὴν μὲν σπανιάκις ἁμαρτάνειν τοῦ σκοποῦ, τὴν δ' ἐπιτυγχάνειν ὀλιγάκις, ἀχρείαν δὲ καὶ μὴ τεχνικὴν ἡγεῖσθαι τὴν τῆς τοῦ σώματος ἡμῶν κατασκευῆς αἰτίαν εἶναι μὴ (om. M A edd.) φυλάττοντα τὴν ὁμοιότητα τῆς κρίσεως ἐπὶ τῶν ὁρατῶν τεχνιτῶν πρὸς τοὺς μὴ ὁρωμένους. P. 526 auctoritatem codicis M secuti ἄλλων ante τριῶν ὀργάνων delevimus, quo facto sic legimus: μαχεῖται πρὸς ἑαυτὸν ὁ λόγος ἐν ἅπαντι μορίῳ τοῦ σώματος ἀναγκαζόμενος ὁμολογεῖν ἀρχὴν εἶναι τῶν τριῶν ὀργάνων, ἀρτηρίας καὶ νεύρου καὶ φλεβός. P. 728 post med. Platonis in Rep. p. 368 E verba male ab

editoribus reddita sunt: *ἴσως τοίνυν πλείων ἂν δικαιοσύνη ἐν τῷ μείζονι ἂν εἴη* (lege *ἐνείη*) *καὶ ἔστι καταμαθεῖν*. M *καὶ καταμαθεῖν*; Plato scripsit: *καὶ ῥᾴων καταμαθεῖν*; illud *ἔστι* inculcatum est loco Adiectivi *ῥᾴων*, quod in archetypo familiae, unde M et A originem ducunt, excidisse videtur. P. 756 ante fin. Galenum in codice suo Platonico non legisse *ὥστ', εἰ μὲν ἄλλο τι περὶ τέχνης λόγων λέγοις* (M *λέγεις*, cf. supra p. 21), *ἀκούοιμεν ἄν, εἰ δὲ μή, οἷς νῦν δὴ διήλθομεν πεισόμεθα*, sed *οἷς νῦν διήλθομεν* (Plat. Phaedr. p. 273 D) testatur M, in quo illud *δή* non invenitur, quod pro dittographia sequentis syllabae *δι* haberi potest. Dittographiae autem vestigia plura in A deprehenduntur, velut p. 779 med., ubi in Ald. et Bas. scriptum est *φιλοσόφοις δ' οὔτε δ' ἄντ' εἰς τὴν εὕρεσιν*, quod Charterius deleto *δ' ἄντ'* correxit, p. 792 post med., ubi verba *μὴ δυνατοὶ γενώμεθα πάντῃ πάντως ἂν τους αὐτοῦς αὐτῆς ὁμολογουμένους λόγους καὶ ἀπηκριβωμένους ἀποδοῦναι* e Marciano et e Platonicis codicibus (Tim. p. 29 C) ita restituenda sunt, ut illud *ἂν τοὺς* eiciatur et *αὐτῆς* in *αὐτοῖς* vel *ἑαυτοῖς* mutetur; p. 794 post med., ubi e verbis sic editis: *πότερον δὲ καὶ τὸ θυμοειδὲς καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν ἀθάνατα τετύχηκεν ὄντα, καθάπερ ἡγοῦνται πολλοὶ τῶν Πλατωνικῶν, ἢ θνητὰ κυρίως εἴρηται κατὰ Τίμαιόν τι μᾶλλον, οὐ πάνυ τι χρήσιμον κ. τ. λ.* eicienda sunt *τι μᾶλλον*, quippe quae vocem *Τίμαιον* depravata forma repetant neque in M reperiantur. (Ceterum *κατὰ τὸν Τίμαιον* M praebet; cf. supra p. 35).

Ex omnibus igitur his exemplis patet Aldinam multa vitia singularia habere, quae a codice M absunt, ad quae cum accedant permulta alia cum eodem communia, utpote quae ex eodem fonte impuro hausta sint, facile conicies, quanta labe conspersum textum illa editoribus posterioribus tradiderit. Qui si codicibus usi essent, qui olim et integriores certe et plures erant quam hodie, et scripturas eorum plene ac fideliter enotassent, Galeni libri, de quibus quaerimus, ad nos multo pervenissent emendatiores. Sed nihil horum factum est. Nam editionem *Basileensem* (B) ita fluxisse ex Aldina constat, ut eius editores ex ingenio nullo

adhibito codice pro operis ambitu pauca mutarent. Quae autem mutaverunt, ea partim deteriora, partim meliora quam quae in Aldina leguntur scripta, inveniuntur. Ac de vitiose correctis, quae deinceps in edd. Charterianam et Kuehnianam manaverunt, quoniam Programmat. nostr. II satis disputavimus, nunc ea nobis laudanda sunt, quae a Basileensibus recte emendata videntur. Ac primum ex iis, quae in A contra recte scribendi rationem peccata sunt, nonnulla sustulerunt, velut accentus vel spiritus vitiose positos et litteras vel syllabas perperam aut commutatas aut geminatas omissasve aut prave divisas. Sic p. 471 sub fin. pro ὁρεκτοῖς scripserunt ὀρεκτοῖς, ego autem fretus p. 472 ante med., ubi de eadem re dicitur τῆς ἐν τοῖς αἱρετοῖς τε καὶ φευκτοῖς διαστροφῆς malim αἱρετοῖς (καὶ φευκτοῖς), praesertim cum M et codex Laurentianus ὁρατοῖς praebeant, quamquam non nego ὁρατός et ὀρεκτός nonnunquam a librariis commutari, velut p. 639 sub fin., ubi A praebet αἰσθέσθαι τοῦ μεγέθους τῶν ὁρεκτῶν ἄνευ τοῦ θεωρεῖσθαι τὸ βλεπόμενον pro τῶν ὁρατῶν, quod B in margine saltem restituit. P. 540 ante med. pro πρόσεστι δὲ ἐν αὐτοῖς ἐξαίρετον recte ediderunt π. δ. ἔν α. ἐ., p. 574 med. pro ἡ κίνησις ἐκ γεννετῆς recte ἡ κίνησις ἐκ γενετῆς. Sed tamen in hoc genere mendorum multo plura reliquerunt emendanda. Paulo plus studii in corrigendis iis mendis, quae in litteris a librariis vel propter ductuum similitudinem vel propter vitiosam pronuntiationem vel ob aliam causam commutatis posita in A emendata non fuerunt, collocasse videntur. P. 380 post in. εἰ μικροτέρας ἐπιλαβοίμην σχολῆς in MA scribitur, B recte μακροτέρας, quod codice Cantabrigiensi confirmatur; p. 535 post in. ὅλης mutaverunt in ὕλης; p. 471 ante med. ὁμολογημένως in ὁμολογουμένως, p. 259 post in. κινήσεται in γενήσεται (idem in Laurentiano est); p. 527 MA ἅπαντα τῶν φλεβῶν τὰ πέρατα λέγειν αὐτὰς ἀτοπώτατον scripserunt, B. bene pro αὐτὰς ἀρχάς restituerunt; formas, quales in A saepe inveniuntur, κεκινεῖσθαι (p. 399 post in.), πεποιεῖσθαι (p. 796 post med.), alias nonnunquam correxerunt. Ex illa commutatione litterarum η et ει frequentissima in MA natum etiam

illud mendum est p. 537 post med. ἐξ ἥπατος ἢ καρδίας, quod Basileenses bene correxerunt ἐξ ἥπατος εἰς καρδίαν scribentes; p. 536 post med. similitudo litterarum κ et μ in causa fuit, quod in M A scriberetur τουτὶ γὰρ δέδεικται ἐκεῖ pro δέδεικταί μοι, quod Basileenses agnoverunt. Menda, quae e pronuntiandi pravitate orta sunt, multa in A residua fuerunt, e quibus haec pauca emendaverunt: p. 229 ante med. τοῖς δ' ἐσχάτοις αὐτῆς πέρασι (αὐτοῖς M A), p. 363 med. καταλειβομένοιο (καταλιβομένοιο MA), p. 567 med. διώσηται (δηώσηται MA), p. 597 post med. ἀμαθής ἐστιν οὐσίας ἀγαθοῦ (ἀμαθίας MA fortasse ex ἀμαθίς natum), p. 793 post in. διακινδυνευτέον (διακινδυνευταῖον MA), p. 522 post in. ὁρμώμεθα (ὡρμώμεθα A), p. 516 extr. ὡς ἄρα αὐτὸ (αὐτῷ MA). Deinde verba geminatis vel simplicibus litteris vitiose scripta correxerunt; p. 640 post in. ὅπως ἄλλως ἤτοι περὶ τὸν ἥλιον ἢ τὴν σελήνην (MA) feliciter mutaverunt in ὅπως ἄλως κ. τ. λ., p. 447 post in. δι' ὅλων ἀλλήλοις κεκραμμένα in κεκραμένα; rursus διαλάττειν in διαλλάττειν, γεγενῆσθαι in γεγεννῆσθαι et alia huiuscemodi. Iidem litteras syllabasve ut perperam omissas expleverunt, ita additas deleverunt, quamquam perraro id factum est. Insignia sunt exempla duo: p. 537 ante med. MA τουτὶ μὲν οὖν (sc. τὸ αἷμα) ὡς τὰ πολλὰ χαλεπότερόν τ' ἐστί, B in margine λεπτότερον recte; p. 540 med. MA ἄχρι τοῦ δευτέρου, B in margine ἄχρι τοῦ δεῦρο bene, nam est 'hucusque, usque ad id tempus'. Denique animum adverterunt ad ea verba, quae in A male contracta aut distracta sunt. Itaque pro διαπαντός scripserunt διὰ παντός (sed non omnibus locis), pro διαπείρας (MA) p. 768 ante med. διὰ πείρας, aliis locis pro ἂν ἐφάνη (MA) ἀνεφάνη, pro ἀποβλάστημά τ' ἀποβλαστήματ', pro μὴ δὲ μία μηδεμία, quamquam non ubique, pro μετὰ μῶμον p. 595 post med. in margine μεταβῶμεν (μετὰ βῶμον M), pro πάντ' οὖν ὅσα περὶ τὰ τῶν ἐπιχειρημάτων p. 218 sub fin. optime π. ο. ὅ. περιττὰ τῶν ἐ.; p. 517 in MA ἄλλ' ὅτι εἶδος, B ἄλλο τι εἶδος, sed scribendum est ἄλλο τε hoc loco Platonico. Sed in hoc quo-

que genere mendorum, ut in aliis, multa posterioribus emendanda reliquerunt.

Praeter horum, de quibus disputavimus, mendorum correctionem in eo elaboraverunt, ut ea, quae e vocibus vitiose terminatis constant, tollerent. Itaque p. 217 post med. *προιοῦσα* (MA) mutaverunt in *προιοῦσαν*, p. 301 extr. *θάτερον ὀλίγων* (*ὀλίγον* M Laur.) in *θατέρου ὀλίγα*, p. 213 post in. *ἅπασιν* in *ἅπασαν* (id. M Cantabrig.), p. 346 extr. *μόνων* (MA) in *μόνον*, p. 638 extr. *τῶν τόπων* (MA) in *τὸν τόπον*, p. 643 post in. *κρείττων* (MA) in *κρεῖττον* (cf. Programm. nostr. II, 10 et 19). P. 337 post. med. *λογίσθαι* (A, *λυπεῖσθαι* M et Parisinus prior) in *λογίζεσθαι*, p. 741 extr. (*ὁμολογοῦμεν μὴ παρὰ φύσιν*) *ἢ* (A) in *εἶναι*, 754 ante med. *δύνατο* (A *δύναται* M) in *δύναιτο* recte mutaverunt. P. 303 post med. pro *ὥσπερ γὰρ Σκύθαις* restituerunt *ὥσπερ ἐν Σκύθαις*, p. 525 sub fin. pro *ἀνδρί τε παρὰ φύσιν δεινῷ* (A) in margine *περὶ φ.*, quod etiam M praebet, p. 534 med. pro *ἄλλη τις ὁδὸς ἑτέρως* (MA) *τέτμηται* recte *ἑτέρωσε*.

Nonnunquam etiam factum est, ut voces in A omissas supplerent aut per dittographiam repetitas delerent. P. 218 extr. *οὐ χρὴ μηκύνειν περὶ αὐτῶν ὥςπερ δ' ἐπὶ τῶν ἐκ τῆς ἐτυμολογίας ὁρμωμένων* MA, *ὥσπερ οὐδ' ἐπὶ* B (id. Cantabr.; *οὐδὲ περὶ* Kuehn.); p. 293 med. *ψυχῆς καρδία* MA, *ψυχῆς ἐν καρδίᾳ* recte B (id. Laur.); p. 522 post in. *ἐπὶ μὲν ἐγκεφάλου καρδίας* MA, *ἐπὶ μὲν ἐγκεφάλου καὶ καρδίας* B; p. 501 post in. post *καὶ γὰρ δύναμις ἡ* spatium vacuum duodecim fere litterarum in MA est, sequitur deinceps *καὶ ὁ τρόπος τῆς τοῦ πάθους γενέσεως ὅμοιος*; lacunam expleverunt Basileenses ita, ut scriberent *δύναμις ἡ αὐτὴ καί*, consentientes cum Laurentiano (Cornarius: *ἡ δύναμις ἡ αὐτὴ ἐστὶ* (sic) *καὶ ὁ τρόπος*). — P. 519 post med. Participium *ὄν*, quod post *ἰδίας ἀποδείξεως δεόμενον* in MA legitur, et p. 642 post in. *τὸ μέρος*, quod post *τότε μέρος, εἰς ὃ* repetitum est, exstirpaverunt.

Denique non praetermittendum est, quod *καὶ γάρ* bis in MA male collocatum, p. 643 post med. *φωτοειδὲς καὶ γάρ*, p. 673 extr. *συντίθεται καὶ γάρ*, suo loco ponerent.

Omnes hae correctiones quamquam plerumque probandae sunt et a posterioribus editoribus merito receptae, tamen numero pauciores sunt quam ut perpolitum et perpurgatum a Basileensibus textum esse dicas eoque minus, quod iidem novis mendis eum deturpaverunt. Itaque perpensis utriusque editionis vitiis virtutibusque non multum differre Basileensem ab Aldina iudicabis et alteram quasi editionem eius paululo emendatiorem iure appellabis. Permulta igitur reficienda reliquerunt Charterio, qui quomodo rei satisfecerit, nunc videamus.

Charterius in edendis libris de Placitis non magis quam Basileenses codicibus usus est; solum fundamentum recensionis editionem Basileensem habuit, nisi quod libri primi fragmenta, quae Caius e codice, qui nunc Cantabrigiae est, ediderat, editioni suae adiecit. Itaque priusquam Charterii editionem examinemus, nonnulla de Caii libro dicenda sunt.

Caius, medicus Britannus[44]), rediens ex Italia anno p. Ch. n. 1544 Basileae libellum edidit, qui inscribitur '*Cl. Galeni nobilissimi medici libri aliquot graeci partim hactenus non visi, partim a mendis quibus scatebant innumeris ad vetustissimos codices repurgati et integritati suae restituti annotationibusque illustrati per Ioannem Caium Britannum, Medicum.*' In libris 'hactenus non visis' est '*Galeni liber primus περὶ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων Graecus iam primum inventus et per Ioannem Caium in latinum sermonem versus*, cuius libri exemplum fuisse codicem, qui nunc Cantabrigiae est sign. No. 47 (C), Progr. nostr. I, 11 demonstravimus. Congruere enim diximus initium fragmenti, nisi quod codex a verbis *τὸ πάμπαν ἀλλὰ κἀκείνου*, Caii liber a verbis *ἀλλὰ κἀκείνου* inciperet, nulla scilicet alia de causa, nisi ut initium ex iusto enuntiato constaret; deinde post librum primum sequi apud Caium (p. 17) argumentum graecum libri secundi iisdem prorsus verbis, quibus in codice Cantabrigiensi; huc accedere lectiones ipsas, quae paucis

[44]) De vita eius cf. Programm. nostr. I, 11 adn. 8; Haeser, Geschichte der Medicin §§ 315. 316; Conrad. Gesn. in Praef. editionis Galeni Frobenianae tertiae Basil. MDLXII.

exceptis cum eo consentirent. Caius enim operam dedisse videtur, ut codicem quam accuratissime excuteret, ibi tantum discrepans, ubi opus esse existimabat. Accentus vocum fere eosdem retinuit, velut *ὥσπέρ που*, *ἀπολωλέναι τέ*, *εὑρίσκεταί ποτέ*, *φᾶναι*, *κατεσκευᾶσθαι*, *μῦες*; passim tamen perperam positos emendavit, velut p. 209 post in. *εἴτ' ἐξ ἀμφοῖν* mutavit in *εἶτ'*, p. 181 in. *κἂν ταῖς τῶν ζῴων ἀνατομαῖς* in *κἀν κ. τ. λ.*; sed idem nonnunquam recte positos in deterius mutavit, ut *διαπαντὸς* vel potius *διὰ παντὸς* in *διάπαντος*, *πλησίον* in *πλήσιον*, *κρανίον* in *κράνιον*, *ἀνασχοῦσα* in *ἀνάσχουσα*; iota Dativis aliisque formis in codice neque adscriptum neque subscriptum plerumque, sed non ubique, posuit; ceteras scripturas codicis ita secutus est, ut, ubi altera manus (C^2) — nam duae manus discernendae sunt, una librarii, altera correctoris recentioris — aliquid correxerat, ibi hanc sequendam esse censeret. Prout igitur emendator felicem aut infelicem operam in corrigendo textu posuit, bonas lectiones, velut p. 196 post med. *τὴν ἐκ τῆς ἀνατομῆς γιγνωσκομένην ἰδέαν* pro *γιγνομένην* (C^1), p. 200 sub fin. *ὥσπερ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐπεδείξαμεν* pro *ὕστερον* (C^1), p. 202 post med. *χιτώνων τε καὶ ὑμένων καὶ μυῶν ὡδὶ πως συγκειμένων* pro *ὑμένων συγκειμένων* omissis verbis interiectis (C^1), aut pravas recepit, velut p. 199 sub fin., ubi manus prima recte: *τὴν μεγάλην δὲ τὴν εἰς ὅλον τὸ σῶμα νενεμημένην οἱόν περ κλάδους ἀπομερίζειν ἑαυτῆς ἁπάσας τὰς κατὰ τὸ ζῷον ἀρτηρίας ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον*, manus autem altera margini adscripserat *τὰς ἀρτηρίας ἃς ὀλίγον*, quo recepto Caius, Charterius, Kuehnius totius sententiae conformationem corruperunt. P. 204 post med. C^1 recte: *ὑμὴν μὲν ἅπας ἀκριβῶς ἐστι λεπτος καὶ μαλακός, σύνδεσμος δὲ σκληρὸς καὶ παχὺς τοὐπίπαν*, C^2 ante *σκληρός* inseruit *καί* sine iusta causa, quod cur Caius receperit, nescio. Multas autem alias scripturas codicis suopte ingenio emendavit, non solum, quae ad orthographiam spectant, velut *μελλήσει* (p. 189) pro *μελήσει*, *γεννηθεῖσαι* (p. 196) pro *γενηθεῖσαι*, *δόξειεν ἂν οἷον μοχλοῦ* pro *δείξειεν* (p. 208), *ἐπειδὰν — ὁ λόγος περαίνηται* pro *περαίνεται* (p. 200), *οὐκ ἂν λάθοιεν αὐτοῦ τὴν*

ἀφὴν pro λάθειεν (p. 192), ἀκριβῶς διδάσκον pro διδάσκων (p. 198), sed alias etiam: p. 204 ante med. τένων πέρας ἐστὶ νευρώδους μυός in νευρῶδες μυός, p. 198 sub fin. τοῖς ἐντὸς τοῦ μηροῦ παρατάττεται in παρατέταται, p. 202 post in. διαστάσεις in διαφύσεις (in erratorum indice p. 354), p. 200 sub fin. ὡς τὸ ἁπλῶς γε τοῦτο εἰπεῖν in οὐ τὸ κ. τ. λ. mutavit. Idem passim voces addidit, quas librarius omisisse videbatur: p. 199 post in. C scriptum habet οἷον ἐκ γῆς τινος (lege τι) πρέμνον λεγόμενον ἔστι δέ, Caius restituit ἐλέγομεν φύεσθαι. ἔστι δέ; p. 201 med. inter οὕτω γε et τὰς χεῖρας inseruit καί, p. 200 sub fin. inter ὅθεν et ἐν τῷ τρίτῳ Pronomen ὅ, p. 197 extr. inter ἤδη et μεγάλα μέρη Praepositionem εἰς. Uno loco aliter collocavit verba: p. 188 post in. in C scriptum est τὰ μὲν ἐξ ἐγκεφάλου τῶν νεύρων ἄντικρυς ἐκπεφυκότα, Caius inverso ordine edidit τὰ μὲν τῶν νεύρων ἐξ ἐγκεφάλου κ. τ. λ. Quodsi in his emendationibus acquievisset, laude dignus esset, quod paucis illis, quae supra commemoravimus, mendis exceptis textum compluribus locis a vitiosa codicis scriptura purgasset; nunc autem ei idem accidit, quod ceteris editoribus, ut multa tentaret, quae aut non tentanda aut aliter certe tractanda erant. P. 200 extr. C sic scriptum habet: ἐν τῷ τρίτῳ περὶ τῶν ἐν τοῖς ζώοις ἔγραψεν (sc. Ἀριστοτέλης), Caius: ἐν τῷ τρίτῳ περὶ τῶν ἐν τοῖς ζώοις μορίων ἐ., non satis attendens ad ea, quae in in margine a librario codicis adiecta sunt: οὐ περὶ ζώων ἱστορίας οὐδὲ περὶ γεννήσεως (lege γενέσεως), ἀλλὰ περὶ ζώων μορίων, quod si fecisset, scripturus erat περὶ ζῴων μορίων; nam ipse Galenus hac utitur inscriptione: *Quod an. mor. corp. t. s.* Vol. IV, 791, 9: οὗτος (ὁ Ἀριστοτέλης) κατὰ μέν γε τὸ δεύτερον [τὸ] περὶ ζῴων μορίων ἔγραψεν, de Meth. Ther. Vol. X, 26, 8: τὸ πρῶτον περὶ μορίων ζῴων Ἀριστοτέλους ἀναγνόντι. Itaque non dubium est, quin et nostro loco et p. 673 med. illud ἐν τοῖς ζῴοις a correctore quodam profectum sit, quod eo magis probabile videtur, cum et ex eo loco, de quo quaerimus, et e p. 203 post in. ἀναμνῆσαι χρὴ μόνον ὧν αὐτὸς ἔν τε τῷ δευτέρῳ περὶ ψυχῆς κἀν τῷ περὶ μορίων ἀπεφήνατο pateat inscriptionem horum

librorum Aristotelis male a librariis olim habitam ideoque correctoris manum expertam esse. P. 203 Caius edidit: *εἰ μὲν γὰρ ὀπτικὸν εἴη τὸ ὄργανον, ὀφθαλμός ἐστι, κἂν ἑτέρως ἔχῃ κατεσκευασμένον ἄνθρωπός τε καὶ καρκῖνος* contra codicis C *ἀνθρώποις τε καὶ καρκίνοις* praebentis fidem. P. 185 sub fin. scripsit *εἰ γὰρ καὶ πρὶν τρῶσαι θλίψης* (*θλίψῃς* K) pro *θλίψεις* (C), p. 190 ante med. *πρώτας οὖν ἐπίσκεψαί μοι τὰς εἰς τὸν θώρακα φερομένας* pro *πρῶτον κ. τ. λ.* (C), p. 195 ante med. *διὰ τὴν πολλὴν ἄνοιαν ἁπάντων μεθ' Ἱπποκράτην φιλοσόφων τε καὶ ἰατρῶν* pro *ἄγνοιαν* et *ἁπάντων τῶν μεθ' Ἰ. φ.* (C), ibid. sub fin. *τῆς εἰς τὰ τῶν κλειδῶν ἄνω μόρια νομῆς* pro *διανομῆς* C (cf. p. 198 *τὸν τρόπον τῆς διανομῆς*); p. 203 ante med. *τὸ ἕτερον ὄργανον ἐκ τῶν ἐνεργειῶν, οὐκ ἐκ τῆς τοῦ σώματος ἰδέας κρίνεσθαι βουλόμενος* omissis post *ἐνεργειῶν* verbis *καὶ χρειῶν*, quae in C exstant. P. 202 sub fin. *νυνὶ δ' οἶμαι δεῖσθαι εἴς γε τὰ παρόντα τῆς παρ' ἡμῶν ἀποδείξεως* omisso *οὐκ* vel *οὐδὲ* (C) ante *οἶμαι*. Alio loco *οὐ* infeliciter inseruit; scripsit enim p. 187 extr. *ὅ τι μὲν γὰρ ἄλλα πολλὰ τῶν κατὰ τὰς ἀνατομὰς ἀκριβῶς οὐχ ἑωράκασιν, ἐξ ὧν ὑπελείποντο συνταγμάτων ἔνεστι καταμαθεῖν* eversa totius sententiae ratione, quae ita se habet: 'Aristoteli et Praxagorae merito aliquis id vitio verterit, quod cor esse principium nervorum pronuntiant. Nam cum alia multa, quae ad anatomiam spectant, *accurate viderint*, quod ex libris eorum cognoscere licet, aut ipsi caecutientes aut ad caecos verba facientes de nervorum principio scripserunt.' (Cf. p. 206 ante med. de Aristotele: *οὔτε γὰρ φιλοψευδὴς ὁ ἀνὴρ οὔτε παντάπασιν ἄπειρος τῆς ἀνατομῆς*). Quae vitia omnia in editiones posteriores fluxerunt atque Caius totidem fere pravarum quot probarum emendationum auctor habendus est. Id tamen laudis ei debetur, quod codicis fragmenta, quibus libri primi reliquiae continentur, ab interitu vindicavit et primus vulgavit.

Caii igitur libro et editione Basileensi usus est *Charterius* (Ch). Sed is non parca manu, ut Basileenses, textum traditum tractavit, sed permulta novavit, ita tamen, ut non plus boni quam mali in textum inferret. Ac primum lau-

dandus est, quod, quae vitioso spiritu vel accentu notata erant, longe plura quam Basileenses correxit. Quamquam non omnia emendavit et aliquoties ea, quae bene se habebant, in deterius mutavit, velut p. 220 post med., ubi Charterius, quem Kuehn. secutus est, edidit *καὶ οὕτως ἐστὶ* (*ἐστὶν* K) *ἤδη τινῶν ἐν τοῖς ζῴοις δυνάμεων ἡ καρδία πηγή*, qua scriptura argumentatio illius loci prorsus elevata est. Galenus enim monuerat probationum esse genera duo, unum earum, quae ex ipsius rei, de qua quaeritur, substantia peterentur, alterum earum, quae extrinsecus essent sumendae; in illo, non in hoc genere positam esse *μέθοδον ἀποδεικτικήν*; ergo si quis demonstrare vellet in corde esse animi principatum, primum oportere quaerere, quid esset principatus. Quoniam autem esset principatus, unde et sensus et motus, qui per appetitionem fieret, principium esset, illam de corde sententiam non aliunde posse probari nisi ex eo, quod omnem et sensum et motum voluntarium e corde per reliqua animantium corpora manare demonstraretur. Id autem nulla alia re fieri posse nisi incidendo aperiendoque corpora animalium; '*καὶ οὕτως ἐστὶν ἤδη τινῶν ἐν τοῖς ζῴοις δυνάμεων ἡ καρδίᾳ πηγή*' Galenus concluderet? Immo sic debuit concludere: 'atque ita demum *perspicuum erit, quarumnam* in animalibus cor facultatum fons exsistat. Et talia Galenum scripsisse ex MAB scripturam *τίνων* praebentibus videre licet. Quae antecedunt verba, non integra sunt; MAC scriptum habent *καὶ οὕτως ἔχειν ἤδη*; Basileenses coniecerunt *καὶ οὕτως ἐστὶ ἤδη*. Mihi quidem usum Galeni respicienti non dubium est quin vera eius manus sit: *καὶ οὕτως ἔστιν ἰδεῖν ἤδη, τίνων κ. τ. λ.*

Etiam alio loco apice falso apposito Ch. sententiam corrupit. P. 354 post in. et ille et Kuehn. scripserunt: *τὰς τέχνας ἁπάσας ἐν τῇ καρδίᾳ συνισταμένας διὰ τὸν λόγον εἰς τὸ φανερὸν ἐκφερόμενοί τινες λόγοι διὰ τῆς κεφαλῆς ἐξίασιν.* MAB recte: *ἐξιᾶσιν* i. e. emittunt. Levius est, quod p. 728 *ὅτι τὰ αὐτὰ γράμματά ἐστί που καὶ ἄλλοθι μείζω* pro *γράμματα ἔστι που κ. τ. λ.* edidit. In ceteris partibus orthographiae non pauca vitiose in A scripta, quae B intacta reli-

querat, emendavit, in quibus id potissimum secutus esse videtur, ut menda, quae ex oris Byzantinorum pravitate in codicibus orta in AB resederant, tolleret; nam sexaginta fere numero correxit. Sed quae huc pertinent menda neque omnia a Charterio cognita nec, si quae emendata, satis recte emendata sunt. P. 365 in MAB legitur *καίτοι τοῦτο πρῶτον εὐθὺς ἐγκαλέσειεν ἄν τις αὐτῷ παρὰ τῷ τῆς διαιρέσεως ἐλλιπὲς ἐσφαλμένῳ*; Ch. correxit, quod in promtu erat, *παρὰ τὸ τ. δ.*; sed ne haec quidem curatio satis valet ad locum restituendum. Chrysippum Galenus vituperat, quod in libris *περὶ παθῶν* quaestionem de affectibus imperfecte divisisset, non, quemadmodum Charterius existimasse videtur, quod praeter mancam dividendi rationem aliquid deliquisset. Itaque pro Praepositione *παρά* scribere debuit *κατά*. Sic enim Galenus dicere solet: *ἐσφάλθαι ἔν τινι* et *κατά τι*; cf. p. 386 ante med. *οὐκ ἀπέστραπται τὸν λόγον, ἀλλ' ἔσφαλται κατ' αὐτόν*, p. 540 extr. *ὅπου γὰρ κἂν τοῖς μεγάλοις ζῴοις εὑρίσκω πολλὰ σφαλλομένους τοὺς ἀνατέμνοντας, εὔλογον δήπου κατὰ τὰ σμικρότερα μᾶλλον σφαλῆναι*. Nec magis duobus aliis locis quidquam profecit mendorum correctione; p. 705 extr., ubi MAB: *πλέγμα ἐξ ἀέρος καὶ πυρὸς ὢν οἷον οἱ κύρτοι ξυνυφηνάμενοι*, illud *ὢν* non in *ὅν* mutandum erat, sed prorsus exstirpandum, et p. 573 p. med., ubi MAB: *καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ θυμοειδὲς ἐνδείκνυται τῆς ψυχῆς ἐν αὐτῇ κατωκεῖσθαι*, Infinitivum Ch. non ita corrigere debuit, ut *κατῳκῆσθαι* scriberet, sed *κατῳκίσθαι* (sedem in corde collocatam esse). P. 620 in., quod in AB recte scriptum est, depravavit *οὕτω δὲ καὶ νεύρου τμηθέντος ὅσον ἂν ἡ τομὴ χωρήσῃ τῆς πρὸς τὸν ἐγκέφαλον συνεχείας, ἀναίσθητον εὐθέως γίγνεται* scribens pro eo, quod in AB est, *χωρίσῃ*, quod restituimus; nam verborum sententia haec est: 'eodem modo, si nervum praecideris, tota ea pars, *quam sectio a cerebri continuatione separaverit*, illico torpida fit.'

Ut autem in vitiis, quae e verbis corrupte pronuntiatis orta erant, ita in illo genere mendorum, quod e falsis litteris ob ductuum similitudinem vel aliam ob causam sive in initio vocabuli sive in medio positis constat, corrigendo nonnihil

operae posuit. Sic p. 314 *ἀπορίαν φλυαρίας* mutavit in *εὐπορίαν φ.*, p. 535 *παρασκευασμένης* in *παρεσκευασμένης*, p. 353 *διεστρέφοντες* in *διαστρέφοντες*, p. 589 *ἐπιστασάμεθα* in *ἐπιστωσάμεθα*, p. 682 *μελάνας* in *μελαίνας*; p. 476 *ἐγὼ λογισμὲ πᾶν ὃ βούλομαι ποιεῖν* in *ἔχω κ. τ. λ.*; p. 549 *τούτῳ τῷ σώματι* in *στόματι*, ibid. *σωμάτων* in *στομάτων*, p. 718 *διὰ τοῦ στόματος* in *διὰ τοῦ σώματος*, p. 706 *τὴν τοῦ πυρὸς μίξιν ἐν τοῖς ἄλλοις στοιχείοις* in *σὺν τ. ἀ. στ.* et quae sunt reliqua. Praeterea distorta verba restituit p. 352 pro *βοφέστρατον* scribendo *φοβέστρατον*, p. 290 pro *οἱ λοιποί οἱ πολλοί*, p. 342 pro *κρύβδην κυδρήν*. Sed multa menda e litterarum commutatione orta Charterium intacta reliquisse et ex iis, quae supra de edd. AB disputavimus, patet et paulo infra, ubi Kuehnii editionem examinabimus, patebit. Idem iudicandum est de emendatione eorum mendorum, quae in omissis litteris singulis vel syllabis constant.

Ad orthographiam quoniam ea pertinent menda, quae e verbis male contractis vel distractis constant, de his quoque h. l. disserendum videtur. Charterius correxit nonnulla, velut p. 350 *ὅτε δ' ἦρα* in *ὅτε δή ῥ'* mutans, p. 581 *ἐγκατεψυγμέναις* in *ἐν κατεψ.*, p. 454 *παραλείψωμεν* in *παραλείψω μέν*, p. 478 *βούλοι τῷ* in *βούλοιτο*, p. 596 *διοικεῖ τό* in *διοικοῖτο*, p. 791 *ὑμνεῖται* in *ὑμνεῖ τε* et id genus alia. P. 287 extr. depravata lectio, quam in MAB invenimus, *ἔστ' ἂν ἡ τῆς ζωῆς εἰς τρία παρῇ ἐν τῷ σώματι*, e mala disiunctione syllabarum, ut videtur, orta bene correcta in editione Chart. est, ubi pro *εἰς τρία* legimus *συμμετρία*; p. 751 sub fin. *ἀλλὰ μὴν οὐδ' οὕτω* M, *ἀλλὰ μὴν εἰδότω* AB, *ἀλλὰ Μηνοδότῳ* bene Chart.; sed utraque emendatio non tam Charterio quam aliis debetur, illa Alexandro Iustiniano Chio, haec Cornario. Male autem divisit p. 564 in. *καθότι* in *καθό, τι* (rectius Kuehn. *καθ' ὅτι*) et p. 757 *ἄλλότι* (sic MAB) in *ἄλλο τι*; scribendum fuit *ἀλλ' ὅτι*.

Praeter illa, quae contra orthographiam admissa sunt, vix aliud genus mendorum frequentius est quam eorum, quae in terminationibus vel Nominum vel Verborum vel Adverbiorum peccata sunt. Ex ingenti numero eiusmodi mendorum Basi-

leenses non pauca sustulisse supra demonstravimus, multo plura autem Charterius sustulit. Ac Nominum quidem exitus perversos cum alios tum hos correxit: p. 282 *ψυχικῆς τίς ἐστιν ἀναθυμίασις* (MAB) in *ψυχική κ. τ. λ.* mutavit, p. 352 *δώματ' ἔχουσι* (MAB) in *δ. ἐχόντων*, p. 380 *χωρὶς βίβλων* (MAB) in *χωρίοις β.*, fortasse auctore Alexandro Iustiniano, p. 491 *εἴδη ἐν ψυχῇ ἐνόντος* (MAB) in *ἐνόντα*, p. 647 *ὄγδοον ὑπόμνημα τῆς ἡμετέρας πραγματείας ἀναγνόντα* (MAB) in *ἀναγνόντι*. Sed multa alia eius generis vitia non observavit; quid? quod nova commisit, quibus edd. AB carent? p. 347 extr. versum Homericum sic scripsit: *Ἥρης δ' οὐκ ἔχαδε στῆθος χόλον*, AB contra *ἥρη* i. e. *Ἥρῃ*; p. 479 ante med. *τὴν περὶ τῶν παθῶν αὐτῷ γνώμην ἐξητάκαμεν*, idem Kuehn., AB non *αὐτῷ*, sed recte *αὐτοῦ* (sc. *τοῦ Χρυσίππου*); p. 711 med. verba e Timaeo Platonis decerpta sic edidit: *τὸ πνεῦμα- ὑπὸ τοῦ-ἀέρος εἴσω διὰ μανῶν τῶν σαρκῶν δυόμενον καὶ περιελαυνόμενον γίγνεται πλῆρες.* MAB praebent *δυόμενον καὶ περιελαυνομένου*, Charterius cum *δυόμενον* facili negotio in *δυομένου* mutare posset, mendo uni alterum adiecit eumque Kuehn. secutus est. Lege igitur *δυομένου καὶ περιελαυνομένου.* P. 586 in. scripsit: *οὐκ ἐγὼ τοῦ μήκους τῆς πραγματείας αἴτιος —, ἀλλ' οἱ ψευδῶν λόγων — οὐκ ὀλίγας πληρώσαντες βίβλους, ἃς εἰ μὲν ἀνελέγκτους τις εἴασεν —, οὐκ ἂν ἐδόκει βεβαίως ἀποδεδεῖχθαι τἀληθές.* Cum recte *ὀλίγους* (MAB) in *ὀλίγας* mutasset, modum transiit etiam *οὕς*, quod MAB praebent, in *ἅς* corrigens; nam non de libris refutandis quaeritur, sed de rationibus falsis (*ψευδῶν λόγων*), quod etiam sequentia verba contrarie posita *εἰ δ' ἐξήλεγχε πάντας ἑξῆς ἐπιών* docent. Nihilo secius Kuehn. ei assensus est. Nec minus male res ei successit p. 467 sub fin., ubi Galenus de Posidonii Stoici *περὶ παθῶν* libro primo iudicium facit sic scribens: *ἕπεται δ' αὖθις* (l. *εὐθὺς*) *τοῖςδε καὶ ὁ περὶ τῶν ἀρετῶν λόγος αὐτὸς ἔχων τὸ σφάλμα διττόν, εἴτ' ἐπιστήμας τις ἁπάσας αὐτὰς εἴτε δυνάμεις ὑπολάβοι* (Item Kuehn.). MAB *αὐτὰς ἔχων* scriptum habent, Ch. scribendum esse censuit *αὐτός*; nihil autem ad loci integritatem lucri fecit; non enim Posidonii de virtuti-

bus disputatio ipsa duplicem habet errorem, sed Chrysippi, cuius ille errores redarguere conatur; qua de causa restituendum existimavimus: *ὁ περὶ τῶν ἀρετῶν λόγος αὐτοῦ ἐλέγχων τὸ σφάλμα διττόν.* Verbis vitiose in AB terminatis quamquam correctionem adhibuit, velut *ὑπάρχῃ* pro *ὑπάρχει* scribendo p. 497 et saepius, *ἔγνωκα* pro *ἔγνωκεν* (p. 583), *ἐντρέφηται* pro *ἐντρέφεται* (p. 461), tamen non omnibus locis rectam emendandi viam iniit, praeterquam quod non ubique sedem mendorum perspexit. P. 719 ante fin. Ch. et Kuehn. ediderunt: *ἀλλ' εἰ καὶ ζῷον, ὅ τι ἂν ἐθελήσαις, διψῆσαι ποιήσεις, ὡς κεχρωσμένον ὕδωρ ὑπομεῖναι ποιεῖν, εἰ δοίης εἴτε κυανῷ χρώματι χρώσας εἴτε μίλτῳ, εἶτ' εὐθέως σφάξας ἀνατέμοις, εὑρήσεις κεχρωσμένον τὸν πνεύμονα.* Modorum ratio in Protasi priore non solum a librariis perturbata est, sed etiam a Charterio, qui, quod in MAB invenitur perverse scriptum *ἐθελήσας*, in *ἐθελήσαις* mutavit, cum deberet mutare in *ἐθελήσῃς*; pro *ποιήσεις* autem scribendum erat *ποιήσαις*. Ceterum mirum est, quod editores ad unum omnes illud *ποιεῖν* intactum reliquerunt, quod utique in *πιεῖν* mutandum erat. Nam haec dicit Galenus: 'Si, quodcunque tibi libuerit animal, ad tantam sitim compuleris, ut vel coloratam aquam bibere sustineat, ubi vel caeruleo colore vel minio infectam potionem dederis ac mox iugulatum dissecueris, colore eodem pulmonem eius infectum deprehendes.' P. 776 post in. edidit: *εἰ γὰρ διῃροῦντο τὰ τῆς ψυχῆς εἴδη καὶ σαφῶς ἐγνώκεσαν ἕτερον μὲν εἶναι τὸ λογιστικόν, ἕτερον δὲ τὸ ἄλογον κ. τ. λ.*; *διῃροῦντο* scripsit pro *διῄροντο* (MAB), at melius scripsisset *διῄρηντο*, quod magis quadrat ad *ἐγνώκεσαν*. — Adverbiorum, Praepositionum aliarumque orationis Particularum terminationes mendosas correxit paucas nec ubique recte; p. 500 pro *τῷ ἀλογίστω* (MAB) *θυμουμένω* ille quidem *τῷ ἀλογίστως θ.* convenienter orationi Platonicae scripsit, at idem ipse paulo infra p. 502 in. memoria hebetissima *τῷ ἀλογίστῳ θυμουμένῳ*! Eadem inconstantia ac temeritas in Kuehnii editione deprehenditur. P. 411 post in. versum Euripideum nescio unde sic edidit: *Κύπρις γὰρ οὐδὲν νουθετουμένη χαλᾷ*; nec M nec AB *οὐδέν* praebent,

sed οὐδέ; erravit igitur Nauckius in Eur. Fragm. 341 Galeni codices οὐδέν praebere existimans, quod Charterii commentum est.

Locos, in quibus unum vocabulum vel plura a librariis et editoribus *omissa* sunt, sic tractavit, ut magis vituperandus quam laudandus videatur. Nam primum lacunas, quas edd. AB aut per notam asterisci aut per spatii vacuitatem significaverant, aut prorsus neglexit aut prava sedulitate explevit. P. 241 post verba τὸ πᾶσι τοῖς ἐνεργοῦσιν ἐκ τῶν πλησίον εἶναι τὴν ἀρχήν AB signum lacunae posuerunt (M in margine adnotat λείπει); quo neglecto, quasi nihil desideraretur, Ch. et post eum Kuehn. ediderunt οὔθ' ὅτι πλησίον κ. τ. λ. Qui locus mutilus quomodo restitui posset, in Programm. nostr. I, p. 16 satis demonstravimus. Eadem fere neglegentia Ch. p. 609 post med. vacuitatem spatii trium fere litterarum inter εἰς et γὴς (sic MA; εἰς .... γῆς B) in MAB notatam praeteriens haec scripsit: καί τις ἄλλος εἰς γῆς ἐμβάλλει τῇ πρώτῃ γενέσει τοῦ νωτιαίου κ. τ. λ.! Eandem temeritatem Kuehnius admisit pro eo, quod locum corruptum notare debuit. P. 551 post med. MAB post πέμπτον δ' ἄλλο στόμα οὐκ ἔχει (ἐχ M) spatium vacuum novem fere litterarum reliquerunt; ne id quidem curantes Ch. et Kuehn. ediderunt: πέμπτον δ' ἄλλο στόμα οὐκ ἔχει κατὰ τὸ στόμα! Nos quidem scribendum esse existimavimus οὐκ ἔχομεν εὑρεῖν κατὰ τὸ στόμα. Cornarius in margine exempli editionis Aldinae, quod nunc in bibliotheca Jenensi asservatur, coniecit: οὐκ ἔστιν εὑρεῖν. P. 747 med. in AB post ἐνίοτε δὲ περιθραυσθεισῶν τῶν κατὰ τοὺς σπονδύλους ὀπισθίων ἀποφύσεων, ἐξ ὧν ἡ τῆς ῥάχεως ἄκρ (sic) spatium ad explendas quatuordecim fere litteras relictum est (cf. supra p. 16), sequuntur verba γεννᾶται, κοῖλος καὶ ταπεινὸς ὁ τόπος φαίνεται. Sed illa vacuitas minime sollicitavit Charterium, qui edidit ἡ τῆς ῥάχεως ἄκρα γεννᾶται. Idem Kuehnius, quod minime mirum est, quippe qui in his libris edendis nec Basileensem unquam nec Aldinam inspexerit. Cornarius ita scribendum existimat: ἡ τῆς ῥάχεως ἄκρη (leg. ἄκρα) ἔκφυσις γεννᾶται, hoc sensu: 'interdum etiam posterioribus

vertebrarum processibus fractis, e quibus *spinae summa extuberatio existit*, cavus ac depressus locus cernitur.' Aliis locis Charterius lacunas vidit ille quidem, sed male vel non satis probabiliter supplevit. Ut enim nihil iam dicam de locis detruncatis, qui in ed. Kuehn. pp. 495 et 520 inveniuntur, de quibus satis disputavimus in Programm. nostr. I, 17. 18 (coll. II, 22 adn.), ille p. 524 post in., ubi Galenus stirpium generationem exponens illum locum, unde sursum trunci, deorsum radicis origo fiat, principium et ortus et incrementi omnibus stirpis partibus esse atque inde eam, quae arborem regat, virtutem facultatemque proficisci demonstrat, verba scriptoris in hunc modum edidit: *κινεῖται μὲν οὖν τὰς ἐναντίας κινήσεις* (sc. *ἡ διοικοῦσα τὸ δένδρον δύναμις*), *εἰς μὲν τὸ κάτω καὶ το βάθος τῆς γῆς ἔν τε τῷ κατασχίζειν τὸν βλαστὸν πολυμερῶς εἰς πολλὰς τὰς πρώτας ῥίζας αὐξάνειν ἀρχομένας, εἰς δὲ τὸ ἄνω κλάδους μέν τινας ἀποφύουσιν τοῦ στελέχους, ἐκείνους δ' αὖθις εἰς ἑτέρους σχίζουσιν μέχρι τῶν ἐσχάτων καὶ λεπτοτάτων βλαστῶν*. Qua in oratione nihil fere sani esse perspicuum est nec tamen Kuehn. dubitavit eam recipere. Quid MAB? scriptum habent *ἔν τε τῷ κατασχίζειν εἰς πολλὰ τὰς πρώτας ῥίζας αὐξάνειν*, deinceps spatio in M duodecim fere litterarum, in AB viginti sex vacuo relicto *εἰς δὲ τὸ ἄνω κλάδους μέν τινας* (*τισί* M) *ἀποφύσουσιν καὶ στελέχους* (AB; post *τισί* M spat. vacuum novem fere litterarum habet, deinde *στελέχους*). Inde vides Charterium, praeterquam quod alia menda huic loco inesse non perspexit, verba *τὸν βλαστὸν πολυμερῶς* suo Marte inculcasse et ad explendam lacunam post *αὐξάνειν* ortam illud *ἀρχομένας* inseruisse, prorsus perperam, ut nemo non intellegit. Aliter Cornarius locum restituit nec frustra. Intactum enim reliquit *ἔν τε τῷ κατασχίζειν εἰς πολλὰ τὰς πρώτας ῥίζας* et continuavit *καὶ ἐν τῷ αὐξάνειν τὰς αὐτὰς, εἰς δὲ τὸ ἄνω κλάδους μέν τινας ἀποφύσουσα* (l. *ἀποφύουσα*) *καὶ στελέχους* (*τοῦ στ.* melius Chart.) *κ. τ. λ.*; in sequentibus scripsit *σχίζουσα* pro *σχίζουσιν* hoc sensu: 'Contrario agitatur motu deorsum in terram primas radices tum multifariam scindens tum easdem augens, sursum ramos e stirpe

progerminans atque subinde in alios in summa usque ac minutissima virgulta diffindens.' Cornarii restitutio quamquam non omnibus numeris absoluta videtur, tamen multis nominibus Charterianae praeferendam esse non est quod doceam. P. 739 haec est in MAB scriptura: *ὥσπερ οὖν ταῦτα περὶ ψυχῆς εἶπεν* (sc. *ὁ Πλάτων*) *ἄχρι τοῦ πιθανοῦ καὶ εἰκότως ἡμῖν γιγνώσκεσθαι προ* (spat. vac. 7 litter.) *μένα*. Charterius supplevit *προειρημένα* pessime ac temere ei assensus est Kuehn., nisi quod *εἰκότως* recte in *εἰκότος* mutavit; nos restituimus *προερχόμενα* ita, ut *ἡμῖν γιγνώσκεσθαι* pro glossemate habendum esse existimaremus. Cf. p. 795: *οὐ μὴν περί γε τῶν ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς* (cf. Progr. nostr. II, 10, adn. 7) *Πολιτείας ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένων ἔστιν εἰπεῖν ὡς ἄχρι τοῦ πιθανοῦ προερχομένων μόνον*; Galen. de Subst. Fac. natur. Vol. IV p. 761, 14: *ἄχρι τοῦ πιθανοῦ προσέρχομαι* (leg. *προέρχομαι*); ibid. p. 765, 17 *ἀρκοῦμαι διὰ τὴν ἀκολουθίαν μόνην ἄχρι τοῦ πιθανοῦ προερχόμενος ἐπαινεῖν τον Πλάτωνα*. — Aliis locis Ch. successu magis prospero usus est, velut praeter eos locos, de quibus supra et in Progr. nostr. I, 15 disputatum est, p. 530 med., ubi MAB post verba *ἵνα δὲ μὴ τρίβω τὸν χρόνον, ὁ νωτιαῖος* spatium vacuum habent duodecim fere litteras expleturum, quod sic explevit: *ἐξ ἐγκεφάλου ἐκφυόμενος*. Bene quidem *ἐξ ἐγκεφάλου*, at *ἐκφυόμενος* prorsus supervacaneum est, quia sequuntur verba *βλαστάνειν αὐτῷ δοκεῖ*. P. 532 post med. locus est 'crudeliter lacer', quem AB sic tradiderunt: *εὐρύτατον μὲν οὖν αὐτῆς* (sc. *τῆς κοίλης φλεβός*) *ἐστι τὸ κάτω τοῦ ἥπατος, ἧττον δ' εὐρὺ τὸ διὰ τῶν φλε* sp. vac. decem fere litt. *ἀνατετάμι. ἔλαττον δὲ ἀμ* sp. vac. duodeviginti litt. *καίτοι εἰ* sp. vac. novem fere litt. *καρδία τῆς κοίλης φλεβὸς, ὡς καὶ τῆς μεγάλης ἀρτηρίας, ἀρχὴ, μέγιστον ἂν ἦν, οἶμαι, τὸ συνεχὲς αὐτῆς* (lege *αὐτῇ*) *μέρος*. M post illud *τὸ διὰ τῶν φλε* hiatum maiore ambitu habet; nam librarius spatium reliquit ad explendas triginta litteras, deinceps scripsit *καίτοι γέ περ ἦν ἡ καρδία τῆς κ. τ. λ.*, in ceteris cum A consentiens, nisi quod *ἦν* inter *ἂν* et *οἶμαι* omisit. Charterius locum sic reficere studuit, ut scriberet: — *ἧττον δ' εὐρὺ τὸ δια τῶν φρενῶν ἀνατε-*

ταμένον, ἔλαττον δὲ ἀμφοτέρων τὸ τῇ καρδίᾳ ἐμφυόμενον. καίτοι εἴπερ εἴη ἡ καρδία κ. τ. λ., quod probabile videtur praeter hoc unum quod καίτοι εἴπερ εἴη edidit, pro quo duce codice M scribendum est καίτοι γ' εἴπερ ἦν. P. 534 sub fin. in AB post verba οὕτω δὲ καὶ οἱ τὸ χολῶδες ὑγρὸν ἀθροίζοντες πόροι πάντες εἰς ἓν ἀγγεῖον ἀποφέρονται vacuitas spatii duodecim fere litterarum est, sequuntur verba ἥπατι κύστιν ἐντεῦθεν et postea rursus vacuum spatium et quidem quadraginta fere litterarum; denique verba καθάπερ οἱ νεφροὶ τὸ οὖρον. M eadem spatia vacua habet, nisi quod ἥπατι ante κύστιν omisit. Ch. ita orationem truncatam restituit: ἀποφέρονται, τὴν συνημμένην δηλονότι ἥπατι κύστιν, ἐντεῦθέν τε εἰς τὴν νῆστιν ἐκπέμπουσιν, καθάπερ κ. τ. λ. Bene successuram fuisse rem statuas, si τὴν συνημμένην ἥπατι κύστιν sine δηλονότι scripsisset. P. 549 med. Galenus de membranis, quas quatuor orificiis cordis insertas Erasistratus accuratius descripserat, earumque forma et usu disputat. Sequitur autem illius medici Alexandrini doctrinam ita, ut primum membranas orificiorum cavae venae et arteriae venosae describat, deinde de membranis orificiisque ceteris (venae arteriosae et aortae) disserat (τῶν δ' ἄλλων στομάτων ἑκατέρῳ τρεῖς ὑμένες εἰσὶν ἅπαντες σιγμοειδεῖς). Quae sequuntur verba, manca in codd. et edd. tradita sunt inde a verbis αἷμα μὲν εἰς τὸν πνεύμονα; nam in M sequitur spatium vacuum septem litterarum in versu extremo, deinde versus insequens totus est vacuus relictus, in tertio demum versu pergitur verbis σήκει πρὸς ἐναντίας ὑπερεσίας τῇ καρδίᾳ et spatio sex litteras explendi causa vacuo relicto ἀμοιβαῖς ἐγκαίροις κ. τ. λ.; in A(B) non tanta vacuitas est, sed post αἷμα μὲν εἰς τὸν πνεύμονα spatio quatuor fere litterarum vacuo relicto leguntur verba ἕτερον αὐτῶν, πνεῦμα δ' εἰς ὅλον τὸ ζῷον, deinceps post inanitatem duodecim ferme litterarum τὸν τῶν ὑμένων ὡς ἐκείνῳ δοκεῖ πρὸς ἐναντίας ὑπηρεσίας τῇ καρδίᾳ χρόνον ἀμοιβαῖς κ. τ. λ. Charterius neglecta illa parvula lacuna post εἰς τὸν πνεύμονα in A notata satis habuit inter verba εἰς ὅλον τὸ ζῷον et τὸν τῶν ὑμένων Adiectivum ἕτερον inserere et plene interpungere eumque secu-

tus est Kuehnius. At incohatam reliquerunt loci restitutionem, praesertim cum eum non solum lacunis, sed etiam variis mendis laborare ignorarent. Mihi quidem Galeni et doctrinam de orificiis membranisque et usum loquendi respicienti locus in hunc modum restituendus videtur: ἐξάγει δ', ὡς Ἐρασίστρατός φησιν ἐξηγούμενος τὸ φαινόμενον, ἑκάτερον (deleto μέν) τῶν στομάτων, αἷμα μὲν εἰς τὸν πνεύμονα τὸ ἕτερον αὐτῶν, πνεῦμα δ' εἰς ὅλον τὸ ζῷον τὸ ἕτερον. ὥστε τούτων τῶν ὑμένων, ὡς ἐκείνῳ δοκεῖ, πρὸς ἐναντίας ὑπηρεσίας τῇ καρδίᾳ γεγονότων ἀμοιβαῖς ἐγκαίροις ὑπαλλαττομένας τοὺς μὲν ἐπὶ τοῖς εἰσάγουσι τὰς ὕλας ἀγγείοις ἐπιπεφυκότας ἔξωθεν ἔσω φερομένους ἀνατρέπεσθαι μὲν ὑπὸ τῆς εἰσόδου τῶν ὑλῶν, ἀναπίπτοντας δ' εἰς τὰς κοιλότητας τῆς καρδίας ἀνοιγνύντας τὰ στόματα παρέχειν ἀκώλυτον τὴν φορὰν τοῖς εἰς αὐτὴν (del. τὴν ante αὐτήν) ἑλκομένοις. *Utrumque orificium* (venae arteriosae et aortae) dicit Erasistratus *educere aliquid materiae et alterum quidem* (venae arteriosae) *sanguinem in pulmonem, alterum* (aortae) *spiritum in totum corpus.* Iam singillatim membranarum forma descripta et vasorum, quorum unum par ad inducendam, alterum ad educendam materiam valeat, mentione iniecta haec Galenus concludit: '*Quo fit, ut, cum illae membranae, ut illi placet, ad contraria cordi alternis vicibus opportunisque ministeria praestanda natae sint, eae, quae intromittentibus materiam vasis inhaerent extrinsecus introrsum vergentes, materiae introeuntis impetu impulsae reclinentur atque resupinatae in cordis sinus ora ipsa aperiant expeditumque aditum materiae, quae attrahitur, patefaciant.*' Formam enuntiationis consecutivae eandem invenies de Usu Part. Vol. III, 479. 480. De eadem re Galenus paulo infra disserit p. 551 ante med., ubi locum in MA(B) non integrum relictum Charterius non ita restituit, ut in eo acquiescas. Haec enim ediderat A: τὰ σύμπαντα τέτταρά ἐστι στόματα, δύο καθ' ἑκατέραν κοιλίαν, ἓν μὲν ἐκ τοῦ πνεύμονος εἰσάγον τὸ πνεῦμα, τὸ δ' ἕτερον ἐξάγον μὲν ἄμφω ταῦτα κατὰ τὴν ἀριστερὰν κοιλίαν, ὑπόλοιπα δὲ δύο κατὰ τὴν δεξιάν, εἰς μὲν τὸν πνεύμονα τὸ ἕτερον αἷμα, post quae verba spatium viginti fere quatuor litterarum (triginta f. l. M) vacuum

relictum est; subsequuntur verba τὸ ἕτερον ὑπὲρ οὗ (pro ὑπὲρ οὗ in M spatium quatuor litterarum vacuum est) σύμπας ὁ λόγος ἐστίν. Lacunam Charterius sic explevit: το ἕτερον αἷμα φερόμενόν τε καὶ διανεμόμενον, εἰς δὲ τὴν δεξιὰν κοιλίαν ἐκ τοῦ ἥπατος εἰσάγον τὸ ἕτερον, iusto plura supervacanea addens. Nam nihil amplius mihi supplendum videtur, quam αἷμα ἐξάγον, ἐκ δὲ τοῦ ἥπατος εἰσάγον τὸ ἕτερον. Praeterea in verbis antecedentibus pro τὸ δ' ἕτερον ἐξάγον μὲν ἄμφω ταῦτα sic scribendum fuit τὸ δ' ἕτερον ἐξάγον· ἄμφω μὲν ταῦτα κ. τ. λ. Verbis iam restitutis haec subiecta sententia est: '*Orificia in corde sunt quatuor numero, duo in utroque ventriculo, unum, quod spiritum e pulmone immittit, alterum, quod educit. Atque haec quidem in sinistro ventriculo sunt; reliqua duo in dextro, alterum, quod in pulmonem sanguinem* (e corde) *emittit, alterum, quod ex iecore* (in cor) *immittit.*' — Re igitur in universum considerata Charterius in iis, quae manca in MAB tradita sunt, restituendis non admodum feliciter versatus est.

Sed omissiones verborum in MA non ubique signo quodam indicantur. Itaque editoris est sagaciter odorari, quid praeterea omissum sit. At quemadmodum editores superiores, ita ne Charterius quidem eiusmodi menda satis diligenter perscrutatus est; quid? quod verba, quae in MAB tradita non omittenda fuerunt, omisit sive incuria quadam sive consulto? P. 260 sub fin. scripsit: εἰ μὲν κατὰ τὴν ἐξ πρόθεσιν ἅπαντα ἐρωτηθείη τὰ λήμματα, ψεῦδος ἔσται τὸ τὸν λόγον ἐκ τῆς διανοίας ἐκπέμπεσθαι· εἰ δὲ κατὰ τὴν ὑπό, τό τε καθόλου τὸ νυνὶ λεγόμενον, τὸ πᾶν διά τινος ἐκπεμπόμενον ὑπὸ τῶν συνεχῶν ἐκπέμπεσθαι, καὶ τὸ κατὰ μέρος, τὸ τὸν λόγον ὑπὸ τῶν ἐν τῇ λάρυγγι μορίων ἐκπέμπεσθαι. In hac oratione non semel tantum peccatum est. Nam nec Aldinae auctores nec Basileenses nec Charterius mancam esse orationem viderunt; at non dubium est, quin post μορίων ἐκπέμπεσθαι ad sententiae integritatem restituendam opus sit addere ἄμφω ψευδῆ (sc. ἔσται): '*si per Praepositionem* ὑπό *sumptiones interrogentur, ambae, et universalis, quam modo commemoravi, et singularis mentientur;* cf. supra p. 259 post in. το καθόλου

δὲ το παραλελειμμένον ὑπ' αὐτῶν, ὡσαύτως δὲ καὶ το κατα μέρος, ἄμφω ψευδῆ. Deinde post *λεγόμενον* omiserunt *μοι*, quod in codd. M et Laurentiano exstat, *λεγόμενον* autem ipsum e fide Laurentiani in *λελεγμένον* mutandum est. Charterius denique malum malo addidit, cum pro *τὸ πᾶν τὸ διά τινος* (MAB) *τὸ πᾶν διά τινος* et pro *ἐν τῇ φάρυγγι ἐν τῇ λάρυγγι* soloece scripsit[45]). Nec ullam video causam, cur p. 261 sub fin., ubi in MAB leguntur *ἐγχωρεῖν φάσκων ἐκ τῶν κατὰ τὰ στήθη μερῶν ἐκπέμπεσθαι τὸν λόγον*, illud *τά* eiecerit vel p. 297 post in. in versu Homerico *καί* ante *χόλος ὅστ' ἐφέηκε κ. τ. λ.*, omiserit aut ibidem in alio versu, in quo quamquam MAB unum verbum misere corruptum tradiderunt *γύοισι* pro *μυίης* scribentes, tamen *καί* in initio recte positum habent, ut legendum sit *καί οἱ μυίης θάρσος ἐνὶ στήθεσσιν ἔθηκε.* Etiam p. 301 ante med. *καί* ante *τότε δὴ στηθέων* male omisit. Nec vero difficile fuit p. 298 post med. versum Homericum in MAB depravatum *σεῖός τε ἐπὶ δ' αὐτὸς ἄϋσε μάλα μέγα, τοῖσι δὲ θυμόν* emendare comparato Il. XIII, 321: *σεῖσ' ἐπὶ δ' αὐτὸς κ. τ. λ.*; at pessime Charterius: *'Επὶ δ' αὐτός*! P. 517 in. MAB: *ἄλλο τι εἶδος ἐν αὐτῷ ψυχῆς προσῳκοδόμουν τὸ θνητὸν τὸ δεινὰ καὶ ἀναγκαῖα ἐν ἑαυτῷ παθήματα ἔχον*, consentientes cum codd. Platonicis; sed Charterius *θνητὸν τό* omisit. P. 524 ante med. in MAB *καὶ ἔοικέ τε τὸ μὲν ἄνω μέρος ἅπαν* legitur, vitiose quidem, at *τε* Charterius non eicere, sed in *γε* mutare debuit. P. 555 extr. edidit *καὶ τοῦτο ὁριζόμενον ἑνὶ μὲν — ἑτέρῳ δέ* post *ὁριζόμενον* Dativo *ὅροις*, quem MAB praebent, temere exterminato. P. 587 post med. inter *οὔτε* et *Στωϊκὸς ἔτι φιλόσοφος* Particulam *γάρ* (MAB) sine ulla causa praetermisit. P. 588 mendose in MAB scriptum est: *ἐδείχθη δὲ καὶ ὡς αὐτὸς ὁ λόγος ἀρχαῖς μέν ἐστιν ἀρκεῖ μόνος οὐκ ἐνδόξοις, οὐ μὴν ἀλλ' ἐπιστημονικοῖς τοῖς λήμμασι κεχρημένος, ὅπερ ἴδιόν ἐστιν ἀποδεικτικῆς μεθόδου.* Charte-

---

[45]) Omnino in libro primo et secundo pro *φάρυγξ* vocem *λάρυγξ* substituit, velut p. 228 *τὴν φάρυγγα δι' ἧς* (Cant. MAB) mutavit in *τὸν λάρυγγα δι' οὗ* idque genus alia.

rius pravitatem scripturae auxit edendo ἀρχαῖς μέν ἐστιν μόνον οὐκ ἐνδόξοις. Nos ita correximus: ἀρχαῖς μὲν οὐκ ἔστιν ἀρκούμενος ἐνδόξοις, '*Ostendimus etiam ipsam hanc rationem non acquiescere in probabilibus principiis.*' P. 626 med. Charterius neque structuram orationis perspexit et inconcinnam reddidit, cum scripsit: ὅσοι δ' ἐπιχειροῦσι καὶ ὀσφρήσει καὶ ἀκοῇ τὴν θέσιν τὸν ἀτμὸν ἀποπέμποντος σώματος ἢ τοῦ πλήξαντος τὸν ἀέρα μεταδιδόναι τῆς διαγνώσεως, ὅπως ἁμαρτάνουσιν, οὐ νῦν καιρὸς ἐρεῖν. MAB ante τὸν ἀτμὸν ἀποπέμποντος σώματος Articulum τοῦ collocatum habent; is intactus relinquendus fuit et simul Accusativus τὴν θέσιν mutandus in Genetivum τῆς θέσεως, qui penderet e τῆς διαγνώσεως: '*Qui conantur olfactui* et *auditui facultatem ascribere discernendi posituram corporis vel vaporem emittentis vel aërem percutientis, hi quanto in errore versentur, hoc loco non attinet dicere.*' P. 737 sub fin. in loco Platonico Ch. ὅτε inter τότε et τὰ ἐπιτηδεύματα ἄλλῃ φύσει ἄλλα in MAB positum perperam eiecit; p. 774 post med. γε inter ὥσπερ et καὶ αἱ κατὰ τὰς καλὰς πράξεις; p. 781 in. ἔστι inter ὅτι γάρ et τι κρεῖττον ἀνθρώπου δυνάμει. De duobus aliis locis, qui pp. 717 et 726 inveniuntur misere a Charterio truncati, cf. Programm. nostr. II, 8, 14 et I, 16 extr. Quae vitia recepit omnia Kuehnius, quippe qui totus e Charterio aptus non vidisset ea huius, non priorum editorum culpa commissa esse.

Charterius autem ut eiectis omissisve, ita additis contra fidem editionum verbis textum multis locis in peius finxit. Cur enim p. 307 post in. inter μανθάνει μὲν δήπου et τὸ μέγεθος ὧν μέλλει δράσειν κακῶν Pronomen τι inseruerit, equidem assequi nequeo, nec cur p. 316 in. scripserit καὶ γὰρ οἱ ποιηταὶ καὶ κατ' αὐτοῦ λέγουσιν ἅπαντες; illud enim καί recte abest in MAB; nec minus perverse καί addidit p. 372 post τῆς ζωῆς scribens ὁ μὲν γὰρ ὑπὲρ τοῦ σῶσαι τὴν πατρίδα τῆς ζωῆς καὶ τῶν τέκνων καταφρονήσας pro τῆς ζωῆς τῶν τέκνων (MAB), et p. 440 in. θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ pro θ. κ. ψυχροῦ, ξηροῦ καὶ ὑγροῦ. Etiam p. 445 post in. vitiosa scriptura codicum et editionum ἐπει-

δὰν ὑπὲρ ὑγιείας τε καὶ νόσων ὁ λόγος ἡμῖν περαίνηται δεικνύουσιν ὡσαύτως Ἱπποκράτην τὸν Πλάτωνα γιγνώσκειν ὑπὲρ αὐτῶν non adiecta, quemadmodum Ch. vult, inter *Ἱπποκράτην* et *τὸν Πλάτωνα* Particula *καί*, sed leviore mutatione Accusativi *Ἱπποκράτην* in Dativum *Ἱπποκράτει* emendanda fuit; p. 496 extr. a lectione editionum *καὶ διὰ τὸ πεινῆν καὶ διὰ τὸ ῥιγοῦν καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα πάσχειν ὑπομένων καὶ νικᾷ καὶ οὐ λήγει* inculcato *καί* post *πάσχειν* et eiecto post *ὑπομένων* sitne discedendum, quemadmodum Ch. fecit, magna quaestio est; nam hoc loco, qui est e rep. Platonis (p. 440 C), codd. Galeni M et Laurentianus et edd. AB cum praestantissimo illo codice Platonico, Par. A, in collocatione verborum consentiunt[46]). Alio loco ex eadem Rep. sumto, quem legimus apud Galenum p. 489 ante med., Charterius inter *ἄλλ' ὅτι* et *ἄλλη μὲν ἡ ἀπωθοῦσα χείρ* Particulam *μέν* temere inculcavit, et p. 492 post in. mirum dictu edidit ὁ *λόγος σημαίνει τὴν ὀργὴν χαλεπαίνει* (*χαλεπαίνειν* K) *καὶ πολεμεῖν ἐνίοτε ταῖς ἐπιθυμίαις*, non intellegens in scriptura, quam MAB habent, ὁ *λόγος χαλεπαίνειν τὴν ὀργὴν πολεμεῖν*, nihil aliud subesse nisi illud ipsum *σημαίνει*, quocirca corrigendum fuit ὁ *λόγος σημαίνει τὴν ὀργὴν πολεμεῖν*. P. 494 ante med. alius locus Platonicus (de rep. p. 440 B) mendose quidem in AB sic traditus est: *ταῖς δ' ἐπιθυμίαις αὐτὸν κοινωνήσαντα αἱροῦντα* (*αἱροῦντα* B) *λόγου μὴ δεῖν τι πράττειν οἶμαί σε οὐκ ἂν φάναι κ. τ. λ.*; sed Ch. non debuit vulgatam editionum Platonicarum lectionem secutus in textum recipere *μηδὲν ἀντιπράττειν. οἶμαι δέ σε*, sed correctis mendis *αἱροῦντα* et *τι πράττειν* sic emendare: *αἱροῦντος λό-*

---

46) Hic consensus, ut alia taceam, non mediocrem nobis scrupulum iniecit, essetne verum, quod coniecit Madvigius in Advers. Crit. I, p. 420: *καὶ δι' αὐτὸ πεινῆν καὶ δι' αὐτὸ ῥιγοῦν καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα πάσχειν ὑπομένων κἂν νικᾶται οὐ λήγει*. Galenus quidem *διὰ τὸ πεινῆν καὶ διὰ τὸ ῥιγοῦν* legisse et ad antecedentia *ζεῖ τε καὶ χαλεπαίνει* retulisse videtur, quod conicimus ex proximis eius verbis p. 497 in.: *Πλάτων ἐμνημόνευσε δυοῖν ἀνθρώπων, ἀμφοῖν μὲν ταὐτὰ πασχόντων ὑπό τινος ἄρχοντός τε καὶ κρατοῦντος, ὡς καὶ πεινῆν καὶ διψῆν καὶ ῥιγοῦν*.

γου μὴ δεῖν, ἀντιπράττειν οἶμαί σε οὐκ ἂν φ. (M non *αἱροῦντα*, sed *αἱροῦντος*, idem *μὴ δεῖν, τι πράττειν οἶμαί σε* habet). Hoc igitur modo textum Ch. passim corrupit et eum secutus Kuehnius est.

Denique id quoque notandum est, quod nonnullis locis verba male collocavit. Velut p. 355 med. edidit *ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν* (sc. *τὸν Χρύσιππον*) *ἢ μηδ' ὅλως ἧφθαι τοῦ μύθου μηδέν γ' ἀναγκαῖον ἔχοντος ἀνδρὶ φιλοσόφῳ πρὸς ἀπόδειξιν δόγματος ἢ ἁπτόμενον, ὅπερ ἦν μάλιστα τὴν ἀντιλογίαν συνέχον, ἀκριβῶς ἅπασαν ἐξελθεῖν, καὶ εἰ* (*εἰ καὶ* MAB) *πλειόνων ἔχρῃζε λόγων, οὐκ ὀκνήσαντα τοὺς πολλοὺς συγγράψαι.* Itaque malum malo auxit, non enim *εἰ καὶ* tentandum, sed *ἅπασαν ἐξελθεῖν* corrigendum fuit scribendumque: *ἅπαν διεξελθεῖν* hoc sensu: '*decebat Chrysippum vel neutiquam omnino fabulam attingere ad decretum aliquod probandum philosopho non necessariam vel, si attingeret, quidquid maxime repugnantiam habere videretur, accuratius persequi, etiamsi multis verbis opus esset, multa adscribere non dubitantem.*' P. 448 sub fin. *ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ σώματος ἀκριβῶς αὐτὰ διωρίσατο τὴν μὲν ὑγίειαν τῶν στοιχείων ἐν συμμετρίᾳ θέμενος, τὸ δὲ κάλλος ἐν τῇ τῶν μορίων.* Nihil causae fuit, cur a scriptura tradita recederet *ἐν τῇ τῶν στοιχείων συμμετρίᾳ.*

Possum multa alia exempla afferre, e quibus, qua ratione in recensendis libris, de quibus quaerimus, versatus sit Charterius, intellegatur; sed, quae attulimus, satis superque declarant eum emendasse quidem multa, sed eundem multa depravasse. Depravationis autem causa primaria haec esse videtur, quod omnium operum Galeni, quae exstant, editionem paraturus in singulis non multum operae laborisque consumsit, sed iis artem criticam festinatione quadam praepropera adhibuit.

In eandem reprehensionem incurrit is, qui post Charterium libros de Placitis edidit, G. C. Kuehnius. Is quoque immensi laboris opus aggressurus illos tam festinanter tractavit, ut non percensuisse, sed pervolasse videatur. Nam nullius codicis fundamento usus, totus ex editione Charterii pendens ne inspecta quidem Basileensi aut Aldina passim

coniecturas facit modo bonas modo malas, prout sese obtulerunt. Itaque permultas sordes a prioribus traditas non vidit, multas ipse insuper adiecit. Ac ne nimis acerbe iudicasse videar, rem exemplis comprobabo, ita tamen, ut, quoniam disputatione de ceteris editionibus supra instituta iam patet, quam multa vitia intacta reliquerit, ea tantum colligam, ex quibus ipsum pravam emendandi viam secutum esse satis intellegatur.

P. 244 post med. haec edidit: *ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν αὐτῶν ἤδη τρέψομαι τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ Ζήνωνος ποιησάμενος, ὅσπερ δὴ καὶ πατήρ ἐστι τοῦ περὶ τῆς φωνῆς λόγου τοῦδε καὶ ἁπάσης τῆς τῶν Στωϊκῶν αἱρέσεως.* Sic recte vitium editionis Ch., quae non *τοῦ*, sed *τούτῳ* habet, correxisse videtur. At *τούτῳ* prave positum est pro *τοῦτο*, quod in B est, et id ipsum pro *τοῦ τε*, quod in MA invenitur. Restituimus igitur *τοῦ τε περὶ τ. φ. λόγου κ. τ. λ.* Cf. p. 481 *περὶ δικαιοσύνης τε καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν*, p. 499 *περὶ κάλλους τε καὶ ὑγιείας αὐτῆς ἁπασῶν τε τῶν ἀρετῶν*, p. 733 *τῇ τε τῶν σκελῶν κατασκευῇ καὶ τῇ τοῦ παντὸς σώματος ῥώμῃ*, p. 196 *εἰς γλῶττάν τε καὶ σύμπαν τὸ πρόσωπον.* — P. 255 in. Chrysippi verba Ch. sic edita habet: *σχεδὸν γάρ, οἷα ἄν τινα λέγοι περὶ τοῦ τὴν φωνὴν ἐκ τοῦ στήθους φέρεσθαι διὰ τῆς φάρυγγος ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ποιᾶς τινος καταρχῆς γιγνομένης, τοιαῦτ' ἔξεστι λέγειν ἐν τῇ καρδίᾳ μὲν τοῦ ἡγεμονικοῦ ὄντος, τῆς δὲ τῶν κινήσεων ἀρχῆς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς οὔσης.* Pro *λέγοι* K scripsit *λέγῃ* pessime; non enim vidit Galenum ipsum statim haec verba sic explanare: *ἃ γὰρ ἐκεῖνοι δύνανται λέγειν ὑπὲρ τοῦ κ. τ. λ.*, unde patet eum legisse *λέγοιεν*, quod cod. Laurentianus praebet (*λέγοιε* MA, *λέγοι* B, quod Ch. recepit). Ex eiusdem autem explanatione efficitur in oratione Chrysippi post *τοιαῦτ' ἔξεστι λέγειν* aliquid a librariis omissum esse; nam Galenus pergit *ὑπὲρ τῶν νεύρων ἡμῖν ὡς ἐκ μὲν τῆς κεφαλῆς ἀρχομένων, ἀπὸ δὲ τῆς καρδίας τὴν ἐνέργειαν ἐχόντων.* Itaque nos post *τοιαῦτ' ἔξεστι λέγειν* adiecimus, quod sensus ipse et Galeni interpretatio postulant, *περὶ τῶν νεύρων*, simul corruptum illud *τῆς δὲ τῶν κινήσεων ἀρχῆς*, quod sententiae vim

prorsus subvertit, in *τῆς δὲ τῶν νεύρων ἀρχῆς* mutantes. Id evincitur non solum ex Galeni verbis iis, quae attulimus, sed etiam ex iis, quibus idem paulo infra sententiam Chrysippi repetens utitur, p. 261 extr. *ἐγχωρεῖν φάσκων ἐκ τῶν κατὰ τὰ στήθη μερῶν ἐκπέμπεσθαι τὸν λόγον τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως ἐπιπεμπούσης τῆς κεφαλῆς, ὥσπερ γε καὶ τὰ νεῦρα πάντα τὴν ἔκφυσιν ἐκ τῆς κεφαλῆς ἔχοντα τὴν ἀρχὴν τῆς δυνάμεως ἀπὸ τῆς καρδίας λαμβάνειν*, et p. 262 post med. *κἂν ὅτι μάλιστα πάντων τῶν νεύρων ἐγκέφαλος ἀρχὴ φαίνηται.* De repetito *τῶν νεύρων* cf. ex alio loco Chrysippi p. 404 post med. *ἃ διὰ τῶν νεύρων ἐνεργεῖται —, τῶν νεύρων — ἀνειμένων.* Iam restitutis Chrysippi verbis haec inest sententia: 'Fere enim, quae quispiam dixerit de eo, quod e pectore per guttur vox feratur, cum origo motus qualiscunque a capite oriatur, eadem quoque dicere licet de nervis, quorum quamquam initium a capite proficiscitur, tamen principatus in corde esse sumi possit.' P. 274 post in. K.: *ἐναργῶς μὲν γὰρ ἡ δῆξίς ἐστιν ἐν τῷ στόματι τῆς γαστρὸς, οἱ δ' ἐς τὴν καρδίαν ἀναφέρουσιν αὐτήν. οἳ μὲν οὖν, ὅτι πλησίον ἡ καρδία τέτακται τῷ στόματι τῆς γαστρὸς, διὰ τοῦτ' ἀπ' ἐκείνης ἄρχεσθαι νομίζουσι τὸ πάθος, ἀπὸ τῆς θέσεως ἐπιχειροῦσιν. οἳ δ' αὐτὴν ὄντως οἴονται τὴν καρδίαν δάκνεσθαι, πάμπολυ σφάλλονται.* Perperam quidem editum erat in ABCh *οἱ μὲν — οἳ δ'*, at K nihil profecit scribendo *οἳ μὲν — οἳ δ'*; nam Galenus sententiam Stoicorum morsum illum, qui in angoribus accidere solet, ad cor ipsum referentium refutans non duo genera ponit, unum eorum, qui, quia iuxta ventriculi orificium cor situm sit, ideo oriri ex eo opinantur, alterum, qui cor ipsum re vera morsu affici putant, sed dilemmate quodam utitur: qui morsum illum ad cor referunt, aut ex corde oriri aut cor ipsum affici putant; si illud, ex vicinitate, quae est cordi et ventriculi orificio, argumentantur, quo nihil est exilius, si hoc, vehementer errare convincuntur. Itaque non scribendum fuit *οἳ μὲν — οἳ δ'*, sed *εἰ μὲν — εἰ δ'*, quod in Laur. invenitur (*εἰ μέν — οἱ δ'* M frequenti vitio cf. Progr. nostr. II, 17, 3). P. 297 post in. K male edidit *χόλος, ὅστ'*

ἐφέηκε πολύφρονά περ χαλεπῆναι. καί· Ὅστε πολὺ γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο κ. τ. λ.; nam illud καί ante χόλος ponendum erat, quemadmodum in codd. et edd. AB positum est. Charterius plane omiserat, Kuehnius non suo loco restituit. P. 305 K: εἰ μὴ σαφῶς ἐν τούτοις Ὅμηρος ἐκδιηγεῖται μάχην θυμοῦ πρὸς λογισμόν —, οὐδ' ἄλλ' οὐδὲν ἄν τις ἡμῖν συγχωρήσειεν ἐκμανθάνειν τοῦ ποιητοῦ. Cur ἐκμανθάνειν Galenus dixerit? MABCh suppeditant συγχωρήσει ἐκμανθάνειν, Laur. συγχωρήσειε μανθάνειν, quod restituimus illam lectionem ex prava vocum separatione proficisci iudicantes. — P. 329 in. K: οὐ γὰρ ἄρχειν αὐτὸ καὶ δεσπόζειν τῶν ἄλλων ἡ φύσις ἔνειμεν, ὅταν γε προσηκόντως διοικήσαι τὰ κατὰ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἐγκεφάλῳ μὲν ἄρχειν, ὑπακούειν δὲ τῇ καρδίᾳ. At enim ὅταν cum Optativo non struitur apud Galenum. MABCh praebent ὅταν γε — διοικῆσαι, qui Infinitivus indicare mihi videtur verbum, e quo pendeat, excidisse, quod, si sententiae rationem spectes, nihil aliud nisi μέλλῃ erit. Quamobrem edidimus ὅταν γε προσηκόντως μέλλῃ διοικῆσαι, 'neque enim id natura cordi tribuit, ut dominetur aliisque partibus imperet, si quidem res hominum convenienter *administratura est*. P. 353 extr. K cur Articulum τοῦ ante Διός eiecerit, equidem nullam video causam. MABCh ἐκ τῆς τοῦ Διὸς κεφαλῆς γεγεννῆσθαι τὴν Ἀθηνᾶν rectissime, cf. p. 348 extr. ἀπο τῆς τοῦ Διὸς κεφαλῆς, et in loco Chrysippi p. 349 ἐκ τῆς κεφαλῆς γενέσθαι τοῦ Διός et ἐκ τῆς τοῦ Διὸς κεφαλῆς. P. 400 post med. Posidonii Stoici locum K sic effinxit: λωφήσαντος δὲ τοῦ πάθους, καίπερ τῆς τῶν συμβεβηκότων ὑπολήψεως ἅμα καὶ τῆς τῶν λογισμῶν ἀσθενείας διαμενούσης οὐδαμῶς ἡσυχάζειν ἐδοκίμαζεν (sc. ὁ Ἀγαμέμνων). MABCh: ἅμα τῆς — ἀσθενείας, unde restituendum erat ἅμα τῇ — ἀσθενείᾳ (cf. supra p. 31), non καί inserendum. P. 416 ante med. in MABCh scriptum est ὁ γοῦν ὅρος οὗτος, φησίν (sc. ὁ Ποσειδώνιος), ὁ τῆς ἄτης, ὥσπερ οὖν καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν παθῶν — ἐξελέγχουσι τὴν γνώμην αὐτοῦ. K pro ἄτης existimavit ponendum esse ἄσης, qua voce nihil alienius ab hoc loco est. Nam, ut Bakius (de Posidon. Rhod. Rell. p. 202, 52)

animadvertit, sequentia vel sola postulant, ut reponatur λύπης (δόξαν γὰρ εἶναι — φησὶ τὴν λύπην). P. 425 in. K.: ὅθεν κἀπειδὰν λέγῃ (sc. Χρύσιππος) 'οὕτω γὰρ καὶ κλαίοντες παύονται καὶ μὴ βουλόμενοι κλαίειν κλαίουσιν, ὅταν ὁμοίας τὰ ὑποκείμενα φαντασίας ποιῇ', τὴν αἰτίαν ἐρωτᾷ κἀνταῦθα ὁ Ποσειδώνιος, δι' ἣν [καὶ οἱ] πολλοὶ μὴ βουλόμενοι πολλάκις κλαίουσιν ἐπισχεῖν μὴ δυνάμενοι τὰ δάκρυα καὶ ἄλλοι κλαίειν ἔτι βουλόμενοι φθάνουσι[ν ἔτι][47]) παυόμενοι ἤτοι διὰ τὰς παθητικὰς κινήσεις σφόδρα ἐγκειμένας, ὡς μὴ κρατεῖσθαι πρὸς τῆς βουλήσεως, ἢ παντελῶς πεπαυμένας, ὡς μηκέτ' ἐπεγείρεσθαι δύνασθαι πρὸς αὐτῶν. Perperam post παυόμενοι inseruit ἤτοι, quod in MABCh non est, nec sensit verbis insequentibus διὰ τὰς παθητικὰς κινήσεις κ. τ. λ. quaestionis a Posidonio institutae solutionem contineri. Melius Bakius (l. l. p. 212, 70), quem K, quamquam incommode, secutus esse videtur, inter παυόμενοι et ἤτοι, quod ipse quoque inserendum censet, signum interrogationis posuit, sed ne sic quidem loco depravato prorsus satisfecit, quia ea, in quibus responsum Posidonii esse vult, orationem habitura essent nimis abruptam et amputatam. Itaque nos locum sic refingendum esse existimavimus, ut signo interrogationis post παυόμενοι posito scriberemus γίγνεσθαι δέ φησι διὰ τὰς παθητικὰς κινήσεις ἢ σφόδρα ἐγκειμένας κ. τ. λ. Cornarius coniecit παυόμενοι καὶ τοῦτο γίνεσθαι φησὶ (sic) διὰ τ. π. κ. P. 444 extr. K.: ἀλλ' οὔτ' ἐνταῦθα προσέγραψας οὔτ' ἐν ἄλλῳ τινὶ τῶν σεαυτοῦ βιβλίων, ἀλλ' ὥσπερ οὐκ ἐν τούτῳ τὸ πᾶν κῦρος ὑπάρχον τῆς περὶ τῶν παθῶν πραγματείας, ἀποχωρήσεις τε παραχρῆμα τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ καὶ μηκυνεῖς τὸν λόγον ἐν τοῖς οὐ προσήκουσι κ. τ. λ. M μὴ κύνεις, ABCh μηκύνεις praebent; id non tentandum fuit, sed potius ἀποχωρήσεις, quod Futurum in codd. ex antecedente ἀπαλλάξεις natum mutari necesse fuit in ἀποχωρεῖς. Haec enim contra Chrysippum, qui esse partes cum animae tum mentis voluit nec tamen, quales essent, declaravit, Galenus dicit: *At neque hic neque in alio libro quidquam hac de re*

[47]) καὶ οἱ et ἔτι nos expunximus contra codicum fidem.

scripsisti, sed, quasi in ea non versetur vis omnis et causa quaestionis de perturbationibus, statim a rei doctrina recedis et in rebus minime necessariis commoraris.' P. 458 in. K: *καὶ αὐτὸς ὁ Χρύσιππος ἐναργῶς ἐδήλωσε δι' ὧν — παρεθέμην ῥήσεων, ἐν αἷς φησιν 'οὐχὶ διημαρτημένος φέρεται καὶ παριδών τι κατὰ τὸν λόγον'* prorsus oblitus se ipsum p. 386 extr. eadem verba sic reddidisse: *οὐχὶ διημαρτημένως φ.* et p. 369 in. *οὐχὶ εἰ διημαρτημένως φ.* Qui cur hoc loco aliter scripserit ac MABCh, qui *διημαρτημένως* constantissime tuentur, non intellego. P. 473 sub fin. K.: *καὶ ταῦτ' οὖν ἐκ τῆς τῶν παθῶν αἰτίας γνωσθείσης ὠφελεῖσθαί φησιν ἡμᾶς ὁ Ποσειδώνιος, καὶ προσέτι τὰ διαπορούμενα περὶ τῆς ἐκ πάθους ὁρμῆς ἐξέφηνεν.* Ceterae omnes edd. codd. M Laur. post *τὰ διαπορούμενα* insertum habent *φησί*, quod K cum non intellexisset, eiciendum esse putavit, non cogitans sententiam, quam ipse conformavit, sequentibus verbis, quae sic edidit: *εἶτ' αὐτὸς, ἅττα ποτ' αὐτά ἐστιν, ἐπιφέρων ἐξηγεῖται τόνδε τὸν τρόπον* minime convenire. Retinendum igitur illud *φησί* et in hunc modum scribendum fuit: *καὶ προσέτι 'τὰ διαπορούμενα' φησί 'περὶ τῆς ἐκ πάθους ὁρμῆς ἐξέφηνεν.'* Quae verba Posidonii (cf. p. 471 extr.) ita accipienda sunt, ut Subiecti loco sit *ἡ τῶν παθῶν αἰτία γνωσθεῖσα.* Duplex commodum, inquit Posidonius, ex cognita causa perturbationum proficiscitur, unum, quod ad usum vitae spectat, alterum, quod ad aperienda explanandaque ea, quae de impetu perturbationum dubia sunt, valet. P. 484 ante med. K: *τὸ μὲν δὴ μὴ χρῆσθαι λογισμῷ μήτε τὰ θηρία μήτε τὰ βρέφη, καὶ πρὸς τοὺς περὶ τὸν Χρύσιππον ὡμολόγηται.* Permirum videtur *πρὸς τοὺς π. τ. Χ. ὡμολόγηται* et locus magno documento est, quid proficiatur, si quis nec codicum nec superiorum editionum ope Galeni libros emendaturus est. Ch. ediderat *πρὸς τὸν π. τ. Χ. ὡ.*, errore typothetarum manifesto; nam et B et AM praebent *πρὸς τῶν*, quod unice verum est; K autem sola editione Charteriana nixus ac ceterarum neglegens errorem illum perperam corrigere conatus est. — P. 491 med. locum Platonicum (de rep. p. 439 E) K sic reddidit: *ταῦτα μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, δύο μοι ὡρίσθω*

εἴδη ἐν ψυχῇ ἐνόντα. αὐτοῦ δὲ τοῦ θυμοῦ καὶ ᾧ θυμούμεθα πότερον τρίτον κ. τ. λ. Illud δύο μοι e Ch. recepit, αὐτοῦ δέ autem suo Marte scripsit, nam in Ch. αὐτῷ δή legitur. At neque illud neque hoc recte se habere codd. Platonis et Galeni testantur. Pro δύο μοι in Laur. δὴ μὲν et in M δύημι scriptum exstat, quod nihil aliud est nisi δύ' ἡμῖν (δύο ἡμῖν cod. Paris. A); pro αὐτῷ δή (ABCh) M αὐτὸ δή, Laur. autem τὸ δὲ praebet, unde non dubium mihi videtur, quin Galenus in codice suo Platonico legerit τὸ δὲ δὴ τοῦ θυμοῦ, quam lectionem codd. Platonici tradiderunt. — P. 497 ante med. K: εἶτά φησιν, ὡς ὁ μὲν ἕτερος, ὅστις οἴεται δικαίως πάσχειν ταῦτα —, φέρει πρᾴως κ. τ. λ. Sane ABCh mendose ὅστις οἴηται scripserunt; at K non debuit οἴηται mutare in οἴεται, sed inserere ἄν, quod in M invenitur (cf. supra p. 35). P. 521 post med. K: κάλλιον οὐσίαν ψυχῆς ὀνομάζειν, οὐ δύναμιν, ἐν ἑκάστῳ τῶν τριῶν σπλάγχνων περιεχομένην, ἐν ἐγκεφάλῳ μὲν λογιστικήν, ἐν καρδίᾳ δὲ θυμοειδῆ, κατὰ δὲ τὸ ἧπαρ ἐπιθυμητικὴν ἢ φυτικὴν ἢ γεννητικὴν ἤ, ὡς οἱ περὶ τὸν Ἀριστοτέλην, θρεπτικὴν ἀφ' ἑνὸς ἑκάστου τοὔνομα θέμενοι, ἀπὸ μὲν τοῦ φύειν φυτικήν, ἀπὸ δὲ τοῦ τρέφειν θρεπτικήν, ἀπὸ δὲ τοῦ γεννᾶν γεννητικήν. Ceterae edd. post θρεπτικήν prius positum repetunt ἢ φυτικὴν (φυσικὴν MA) ἢ γεννητικήν; at non haec verba tollenda fuerunt, sed illa post ἐπιθυμητικήν posita, nam Aristotelis et Peripateticorum esse extrema pars loci declarat. P. 546 extr. K: ἡ μὲν γὰρ τῆς οἰκίας γένεσις ἀναγκάσει πρῶτον μνημονεῦσαι τῶν θεμελίων, ἡ δὲ τῆς νεὼς τῆς τρόπεως. MABCh: ἀναγκάσειεν, cui cur non ἄν addiderit, eo magis mirandum est, quod aliis locis multis Particulam a librariis et editoribus omissam restituit, velut p. 267 οὕτω γὰρ ἂν ὀνόματι μόνον σφάλλοιντο, p. 269 οὐ γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον διενεχθῆναι ἂν πρὸς ἀλλήλους (fortasse melius οὐ γὰρ ἂν ἐπὶ τ. δ.), p. 302 καλῶς ἂν γίγνοιτο, p. 485 οὐδὲν ἂν ἐκώλυεν ἀκαίρως ἡμᾶς ἀπολαύειν, p. 547 διοίκησιν ἂν ἀναγκασθείης τῆς πρώτης ἀρχῆς — μνημονεῦσαι, p. 564 οὐδὲν ἂν μᾶλλον ἀρχὴ ἢ τελευτὴ νομίζοιτο, p. 618 ἐνέπιπτεν ἂν ἀπ' αὐτοῦ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, p. 721 extr. ὅπως δ' ἂν

τὴν ἀλήθειαν — εὑρίσκοι. Nec minus mirum est, quod locum e Timaeo Platonis (p. 70 B) saepius a Galeno exscriptum inconstanter scripsit: p. 292 med. *τὴν δὲ καρδίαν ἅμα τῶν φλεβῶν καὶ πηγὴν τοῦ περιφερομένου κατὰ πάντα τὰ μέλη σφοδρῶς αἵματος*, p. 575 post med. *τὴν δὲ καρδίαν ἅμα τῶν φλεβῶν πηγὴν καὶ τοῦ π. κ. τ. λ.*, p. 581 post in. *τὴν δὲ δὴ καρδίαν ἅμα τῶν φλεβῶν πηγὴν καὶ τοῦ π.* (cf. supra p. 36). De loco Platonico nunc disputare alienum est; sed id tantum dico, Particulas *δὲ δή* ubique restituendas fuisse, praesertim cum primo loco eas Laur. praebeat, nec duobus posterioribus locis verba *καὶ πηγήν* ex libidine aliter collocanda fuisse ac primo loco ad codicum editionumque fidem collocata sunt. P. 582 med. locum Hippocraticum, quem e libro de ratione victus in morbis acutis (4, 39) Galenus transscripsit, K ita edidit: *αὔξεται μὲν γὰρ* (sc. *ὁ πυρετός*) *ψύχων τοὺς πόδας ἐξαπτόμενος ὑπὸ τοῦ θώρακος καὶ εἰς τὴν κεφαλὴν ἀναπέμπων οἷα φλόγα.* Pessime *ὑπό* pro *ἀπό* (MABCh) posuit. Ceterum si evolvisset ea, quae Galenus ipse in Hippocr. *Περὶ διαίτ. ὀξ. νοσ.* Comment. libr. IV, 32 locum explicaturus dixit, *τὸν πυρετὸν ἐκ μὲν τοῦ θώρακος ἐξάπτεσθαι, τουτέστιν ἐκ τῆς καρδίας, εἰς τὴν κεφαλὴν δὲ ἀναπέμπειν τὴν φλόγα*, locum puto sic restituturum fuisse, ut nos restituimus. P. 613 loco per se non satis claro Kuehnius et mala interpunctione et prava lectione magnas tenebras offudit. Nervos oculorum utrimque perforatos esse, et qua e cerebro emanarent et qua oculis committerentur, postquam dixit Galenus, apud K sic pergit: *τὸ μὲν οὖν κάτωθεν καὶ πρὸς τοῖς ὀφθαλμοῖς* (sc. *τρῆμα*) *οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνατομικῶν ἐγνώκασιν, ἡ δ' ἄνωθεν ἀρχὴ τῶνδε τῶν νεύρων σχεδὸν ἅπασιν αὐτοῖς ἠγνόηται κατὰ τὴν εἰς τὸ πλάγιον ἐπιστροφὴν οὖσαν* (lege *οὖσα*) *τῶν προσθίων κοιλιῶν, ἑκατέρας γε αὐτῶν στενὴν καὶ προμήκη τὴν κάτω τελευτὴν ἐχούσης, ἔνθα τῶν τῆς ῥινὸς πόρων ἐστὶν ἡ ῥίζα.* Ergo origo superior horum nervorum ideo fere omnibus ignota est, quod uterque cerebri ventriculus anticus inferiorem partem, qua meatuum nasi radix est, angustam atque oblongam habet? Iam haec apud eundem sequuntur: *τὸ δὲ ἄνω πέρας, ὃ πρὸς τὴν μέσην ἀνήκει*

κοιλίαν εὐρυνόμενον, ἐπιστροφή τις ἐντεῦθεν εἰς τὸ πλάγιον γίγνεται ῥέπουσα βραχὺ πρός τε τὸ κάτω καὶ τὴν βάσιν. At nihil absurdius quam superiorem partem, quae ad medium cerebri ventriculum sursum fertur in latitudinem patens, dici conversionem quandam in obliquum effectam, quae paululum deorsum ad basin vergat. Has ineptias K facile devitare poterat, si lectionem editionum priorum *γάρ* non in *γε* mutasset et eam interpunctionem instituisset, ut post *κοιλιῶν* plene interpungeret et post *ῥίζα* et *κοιλίαν* commata poneret, hoc sensu: 'Omnes fere fugit initium superius horum nervorum ibi esse, ubi ventriculorum cerebri anticorum est conversio. Cum enim uterque eorum partem inferiorem, qua nasi meatuum radix est, habeat angustam atque oblongam, superiorem autem, quae ad medium cerebri ventriculum sursum fertur, latescentem, fit, ut conversio quaedam in obliquum efficiatur, quae paululum deorsum ad basin ipsam vergit.' P. 636 extr. K: *ὅτε οὖν φησι* (sc. *Ἱπποκράτης*) '*ὀδύνη γίγνεται καὶ διὰ τὸ θερμὸν καὶ διὰ τὸ ψυχρὸν καὶ κ. τ. λ.*; MABCh scribunt *ὅταν οὖν φησι*; at non *ὅταν* in *ὅτε*, sed *φησί* in *φῇ* mutandum fuisse sermonis Galeniani usus docet; deinde, quia MABCh post illud alterum *διὰ τὸ θερμόν* Particulam *μέν* additam habent, collata codicum Hippocrateorum scriptura sequitur illud *θερμὸν μέν* mendose scriptum esse pro *θερμαῖνον*. P. 665 extr. K: *ἐδήλωσεν ὁ Πλάτων, οὐ μόνον ἐκ γῆς καὶ ὕδατος καὶ ἀέρος καὶ πυρὸς γεγονέναι τὰ σώμαθ' ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ διότι διὰ ταῦτα μέτρῳ μὲν ἀλλήλοις κεκραμένα κατὰ φύσιν ἔχομεν, ὅπερ ταὐτόν ἐστι τῷ ὑγιαίνομεν, ἐλλείποντες δέ τινος ἢ πλεονάσαντος ἢ μεταστάντος εἰς ἀλλοτρίαν χώραν νοσοῦμεν.* Perperam *ἐλλείποντες* pro *ἐλλείποντος* edidit, nisi forte typothetarum mendum subest. Ceterum nos non *διότι* scripsimus, sed *ὅτι*; nam, quae sequuntur, apta sunt ex *ἐδήλωσεν*. — P. 714 post med. K: *οὐ ταὐτὸν δ' ἐστὶν ἢ ψεῦδός τι λέγειν ἢ καταγέλαστον, ἐπεί τοι καὶ αὐτὸν τὸν Ἐρασίστρατον ἐδείξαμεν ἔν τε τῷ περὶ χρείας ἀναπνοῆς καὶ σφυγμῶν χρείας τε ἅμα καὶ γενέσεως, ἔτι δὲ καταπόσεώς τε καὶ πέψεως ἐσφαλμένον, ἀλλ' οὐ κατεγελάσαμεν αὐτοῦ, διότι μὴ πᾶν τὸ ψεῦδος εὐθύς ἐστι καὶ*

καταγέλαστον, ἐπεί τοι καὶ περὶ φλεγμονῆς γενέσεως καὶ πυρετοῦ διαγνώσεως ἔν τε τοῖς περὶ φλεβοτομίας λόγοις καὶ ἄλλοις τισὶ θεραπευτικοῖς λογισμοῖς ἐδείχθη ἐσφαλμένος. Alteram *ἐπεί τοι* summae offensioni esse nemo negabit. In ABCh legitur *ἐπεί τοι δὲ καὶ*, in M *ἐπί τοι δὲ καὶ*, unde veram manum scriptoris restituimus, cum scripsimus *ἔτι δὲ καί.* De alia loci difficultate, quae in *ἔν τε τῷ* inesse videtur, vide Comment. nostr. P. 740 post in. locum Platonicum in deterius mutavit scribendo *ἢ μακρολογοῦμεν τήν θ' ὑφαντικὴν λέγοντες κ. τ. λ.* pro *μακρολογῶμεν*, quod MABCh habent. (Pro *τήν θ' ὑφαντικήν* M *τήν τε ὑφαντικήν* praebet, quod restituimus). P. 750 K: *Δείξαντος οὖν τοῦ Πλάτωνος ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Πολιτείας ἐπὶ πλειόνων παραδειγμάτων, ὧν εἰσι καὶ κυβερνῆται καὶ ἰατροί, τοὺς τεχνίτας, ὧν ἄρχουσι καὶ διοικοῦσιν, ἐκείνοις τὴν ὠφέλειαν, οὐχ ἑαυτοῖς, ἐκπορίζεσθαι.* MABCh: *ἄρχωσι καὶ διοικῶσι*, quod ita retinendum fuit, ut post *ὧν* Particula *ἄν*, quam saepissime a librariis omissam esse ex iis, quae supra disputavimus, constat, insereretur. Sed locus nequaquam persanatus videtur; nam in verbis *παραδειγμάτων ὧν εἰσι καὶ κυβερνῆται καὶ ἰατροί* vitium aliquod inest; AB: *ὧν ἐστὶ καὶ κυβερνηταὶ* (sic) *καὶ ἰατροί*, M: *ὧν ἐστὶ* (lege *ἐστι*) *καὶ κυβερνητικὰ καὶ ἰατρικά*, quod omnes numeros veritatis habet ideoque a nobis restitutum est.

Non pauca igitur attulimus, quibus Kuehnius textum in peius effinxisse convincitur, alia multa praetermisimus in alios locos dilaturi. Patet autem ex iis, quae de eius editione disputavimus, ne illum quidem officio critico satis fecisse, quippe qui permulta vitia a superioribus tradita aut prorsus neglexerit aut perperam correxerit. Itaque quam male habitus textus ad aetatem nostram pervenerit, satis superque demonstravimus simulque docuimus, in quot quantosque errores incidere necesse fuerit eos, qui sine ullo codicum adiumento atque insuper raptim cursimque libros, de quibus quaerimus, recensendos susceperint.

Iam relictis editionibus, quarum primam nunc satis intellegitur codicem typis expressum, ceteras eius manus se-

cundam, tertiam, quartam recte appellari posse, exponamus de codicibus manuscriptis ipsis, qui aetatem tulerunt, quorum dummodo naturam ac rationem accurate perspicias, in iis fundamenta recognitionis emendationisque librorum de Placitis satis certa firmaque posita esse cognosces.

Hi autem sunt codices, quos novae recensioni adhibui[48]):

1) Venetianus vel Marcianus (M)
2) Florentinus vel Laurentianus (L)
3) Cantabrigiensis (C)
4) Excerpta Florentina (F)
5) Excerpta Parisina priora (P)
6) Excerpta Parisina posteriora (p).

1) *Marcianus* n. 284 in folio membranaceus foliorum 230 saec. XV, qui olim Bessarionis Cardinalis fuit. Ipse eum contuli. In prima pagina sunt tituli librorum, qui hoc codice continentur: *γαληνοῦ τοῦ ἰατρικωτάτου περὶ τῶν καθ' ἱπποκράτην καὶ πλάτωνα δογμάτων βιβλία ἐννέα, ὧν ἐλλείπει τὸ πρῶτον — τοῦ αὐτοῦ θεραπευτικῶν βιβλία δεκατέσσαρα ἤτοι θεραπευτικῆς πραγματείας — τοῦ αὐτοῦ περὶ μελαίνης χολῆς — τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ διὰ τῆς μικρᾶς σφαίρας γυμνασίου.* Iidem tituli a manu recentiore latine redditi sunt.

Libri de Placitis incipiunt a fol. XII continuanturque ad fol. LXXXIII primis undecim foliis excepta una illa, quae titulum habet, pagina vacuis a librario relictis, haud dubie ut implerentur libro primo, si forte in alio codice, unde describi posset, inveniretur. Decem autem folia cur vacua sint relicta, causa mihi videtur esse, quod, cum codex in quinterniones divisus esset, unus quinternio illi rei sufficere visus est. Codex nitide scriptus ad aetatem nostram integer permansit; litterae rarissime evanidae, velut in fol. 57^b, quo initium libri VI continetur, vel in fol. 60^b (p. 617—621 K). In paginis singulis sunt quadragenae quaternae lineae stilo incisae, infra quas litterae sunt appictae. Secundae manus

---

[48]) Cf. Programm. nostr. I pp. 5 seqq., unde descriptionem codicum magna e parte desumsimus, quia in multorum manus venisse vix credibile est.

eiusque recentissimae vel corrigentis aliquid vel supplentis vestigia in contextu ipso perraro deprehenduntur; velut in fol. 14^b lin. 18 (p. 229, 9 K), ubi ad *θέσι* littera *ν* adiecta est; eadem in fol. 35^a, 4 (p. 395, 6 K) ad *λέγει*; in fol. 22^a, 12 ad *τοιοῦ* addita est syllaba *τον*, in fol. 23^a, 20 ad *ῥῆ* syllaba *σις*; in fol. 39^b, 12, ubi librarius scripserat *διαφωνήσατα*, littera *ν* inter *α* et *τ* inserta est; in fol. 37^b, 21 *οἷτ'* correctum in *οἷστ'*. In margine adnotationes atramento aut rubro aut nigro scriptae sunt. Illae ab alia manu, quae tamen non multo recentior librarii manu videtur, hae a librario codicis ipso aut etiam, id quod rarissime fit, a manu aetate multo inferiore sunt profectae. Sed neque hae neque illae paucissimis exceptis ullius sunt pretii; nam, quae rubro scriptae sunt, maxima ex parte nihil aliud sunt nisi summaria brevia eorum, quae contextu continentur, velut in fol. 14^a ad lin. 5 adnotatur *περὶ καρδίας τίνα ὑπάρχοντα αὐτῇ* (i. e. *αὐτῇ*, nam iota neque in contextu neque in adnotationibus subscribitur aut adscribitur), aut animum lectoris ad ea, quae scitu digna videntur, adverti volunt, velut in fol. 13^b ad lin. 39 *ὅρα τὰ γένη τῶν λημμάτων*; huc pertinet nota *ση* vel *σῆ* i. e. *σημείωσαι* saepius apposita. Rarissime denique explanantur verba Galeni, velut in fol. 16^a ad lin. 17 (p. 246 K) his verbis: *οὐχ ὑπὸ τοῦ ἐγκεφάλου φησὶν ὁ γαληνὸς ἐκπέμπεσθαι* (sc. *τὴν φωνήν*), *ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἐν κεφαλῇ κατ' αὐτὸν οὔσης αἰσθητικῆς καὶ λογιστικῆς ψυχῆς*, vel in fol. 13^b ad lin. 1, ubi ad verba (p. 223 ante med. K) *τίς γίγνεται τόκος κ. τ. λ.* haec legimus adnotata: *ἔστι σοι τοκογλύφον ἐρωτᾶν, ὅτι ὁ δεῖνα ἐδανείσθη ἀπ' ἐμοῦ ἀττικοὺς στατῆρας δισμυρίους πεντακισχιλίους ἑξακοσίους τριάκοντα καὶ ἑπτά, ἔστι δ' ἐξ οὗ ταῦτα ἔλαβε μὴν τεσσαρεσκαιδέκατος, συνέθετο δὲ διδόναι τόκον ἐφ' ἑκάστῳ μηνὶ τὸ ἑκατοστὸν τῶν δισμυρίων εχ λξ τοὺς δέκα μῆνας καὶ τέσσαρας, πόσον τόκον ὀφείλω λαβεῖν.*

Fere eadem est ratio eorum, quae aut librarii ipsius aut posterioris cuiusdam lectoris manu nigro atramento sunt adnotata: aut indices sunt eorum, quae in textu tractantur, aut animum lectoris ad ea attentum faciunt; perraro indicant,

si quid librarius mendi admiserit, velut in fol. 14ᵇ ad lin. 9, ubi ille scripsit *εἴς στάσιν*, adnotatum est *γρ. εἴς τάσιν*; in fol. 59ᵃ, 27 verbis *δὶς ταὐτόν* dittographia quaedam librarii notatur.

2) *Laurentianus* LXXIV, 22, quem Henricus Kruse Holsatus diligentissime contulit. De quo codice Bandinius in Catal. Bibl. Laur. III, 124: 'Continet hic codex optimae quidem notae, sed miserrime detruncatus pluribus in locis varia Galeni opera, ex quibus quae temporis iniuriam evaserunt, ea sunt: I p. 1 *Γαληνοῦ περὶ τῶν καθαιρόντων φαρμάκων* . . . II p. 2ᵇ *Τοῦ αὐτοῦ περὶ φλεβοτομίας θεραπευτικόν* . . . III p. 9ᵇ *τοῦ αὐτοῦ περὶ φλεβοτομίας* . . . IV p. 15. Sequebantur olim fortasse Galeni de Hippocratis et Platonis placitis libri IX integri; sed nunc ob codicem male adfectum et mutilum supersunt tantummodo ea, quae sequuntur, nimirum *libri secundi* fragmentum incipiens a verbis *Χρύσιππόν τε καὶ Διογένην κ. τ. λ.*, quae incidunt in cit. edit. [i. e. Charter.] Tom. V p. 99 [244, 10 K], et progrediens usque ad finem; tum p. 19ᵇ sequuntur *duo fragmenta libri III*, quorum primum incipiens ab initio progreditur usque ad verba *ἔνια μὲν γὰρ αὐτῶν ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων*, quae incidunt ibid. in p. 111 [286]; alterum a verbis . . . . *ἥμισυ μέρος αὐτῷ τῆς βίβλου κ. τ. λ.* p. 112 [289] usque ad verba *τοῖς φύσει θυμικοῖς ἔτι δὲ θη* . . . [*θηρί* . .] p. 117 [308]. Haec autem postrema sunt paginae 21ᵇ, inter quam et sequentem folia octo vacua sunt inserta ad defectum supplendum. In hoc igitur immani codicis hiatu absorptus est integer liber IV et *pars libri V* usque ad verba *μὴ τοίνυν μηδὲ ἐπὶ τῆς ψυχῆς κ. λ.* p. 161 [446], a quibus incipit p. 22, progreditur autem usque ad finem libri. Sequitur tandem p. 28 *liber VI*, qui una cum codice desinit imperfecte in verbis *ἐν πλέονι χρόνῳ φαίνεται γιγνόμενον*, quae incidunt in loc. cit. p. 184 [521]. — Codex Graecus bombycinus Ms. in folio saeculi XIV diversa manu exaratus et miserrime pluribus in locis detruncatus, variis autem in margine notulis Latinis adspersus. Constat foliis scriptis 29.'

Arctissime cum codice Laurentiano cohaeret

3) *Cantabrigiensis* n. 47. Hunc excussit summa diligentia Martinus Schanz, professor Wirceburgensis. Describitur autem codex in Catalogo Smithiano (Catalogue of the Manuscripts in the Library of Gonville and Caius College, Cambridge. By J. J. Smith 1849) p. 15 his verbis: N. 47. Galeni opera quaedam . . 140 foll. 1) *ΓΑΛΗΝΟΥ περὶ τῆς ἰατρικῆς* . . 80 foll.; 2) *περὶ χρείας μορίων* . . 49 foll.; 3) *περὶ τῶν Πλάτωνος καὶ Ἱπποκράτους δογμάτων* lib. 1—4, liber primus est *ἀκέφαλος*, 9 foll.; 4) *περὶ ἑπταμήνων παίδων* 2 foll. Folio, vellum paper. Stamped leather covers of the 15th (early) century. — Text in single column. Initials coloured and flourished in red and yellow ink with head and tail pieces. One of Dr. Caius Collection.' Tertii operis descriptio minus accurate facta est. Nam primi libri reliquias non tres libri integri sequuntur, sed, ut Schanzii collatio me docuit, partes tantum librorum II et IV; illius fragmentum ab initio libri usque ad verba *καθάπερ καὶ νῦν ἀπέδειξα* [244 K] pertinet, huius a verbis *καὶ κατὰ μὲν τὴν ἐξήγησιν* [379] usque ad verba *τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι* [388]; liber tertius deest.

Iam quaeritur, quaenam schedarum Laurentianarum cum Cantabrigiensibus sit necessitudo. Illae, ut ex descriptione Bandinii et Krusii (cf. Progr. l. l.) patet, duos quaterniones totius codicis, quem plura opera Galeni complexum esse apertum est, complectuntur, XXVI et XXVIIII, quorum alter a libri secundi verbis *Χρύσιππόν τε καὶ Διογένην* [244] incipiens usque ad libri tertii verba *ἔτι δὲ θηρί | ων* [308] extenditur, nisi quod folium sextum quaternionis vacuum relictum est ad lacunam explendam, quae nunc a verbis *τῷ μορίῳ λαμβάνεσθαι* usque ad verba *τὸ μὲν γὰρ ἥμισυ μέρος* [p. 286 — p. 289] pertinet, alter a libri quinti *μὴ τοίνυν μηδὲ* [p. 446] incipiens usque ad libri sexti verba *ἐν πλέονι χρόνῳ φαίνεται γιγνόμενον* [p. 521] progreditur. Schedae Cantabrigienses constant e foliis novem, i. e. ex uno quaternione et uno folio alius cuiusdam quaternionis. Ille continet libri primi quae supersunt et libri secundi partem usque ad verba *καθάπερ καὶ νῦν ἀπέδειξα* (p. 244); a verbis autem, quae consequuntur, *Χρύσιππόν τε καὶ Διογένην*, in-

cipit, ut modo diximus, codex Laurentianus. *Terminatur igitur quaternio codicis Cantabrigiensis ibidem, unde codicis Laurentiani quaternio prior incipit; inde non dubium est, quin schedae Laurentianae et Cantabrigienses olim coniunctae unius codicis partes fuerint atque octo illa folia Cantabrigiensia quaternionem vicesimum quintum totius codicis vel secundum librorum de Placitis effecerint.* Folium autem nonum, quo fragmentum libri quarti continetur, facile demonstrari potest folium primum fuisse quaternionis duodetricesimi (Cf. Progr. l. l. p. 11). Huic sententiae insuper scripturae similitudine, quae illis codicibus est, probatae non obstat, quod Bandinius Laurentiani aetatem ad s. XIV, Smithius Cantabrigiensis aetatem ad s. XV refert; nam praeterquam quod Smithio ipsi in hac re nihil fere tribuendum est auctoritatis, quippe qui parum diligens in describendo codice fuerit ac ne diversitatem quidem manuum, quibus singula opera, e quibus codex nunc constat, scripta esse Schanzius testatur, observaverit, difficile omnino est, nisi quis certissimis adiutus erit argumentis, iudicare, utrum codex aliquis ineunte saeculo XV an exeunte XIV scriptus sit. Servantur igitur in duabus urbibus duarum nationum disiecta membra unius corporis, Florentiae duo quaterniones XXVI et XXIX, Cantabrigiae quaternio XXV et folium unum quaternionis XXVIII. Dilaniatum autem corpus 'manibus nefandis' iam illo tempore videtur fuisse, cum Caius, medicus ille Britannus, de quo supra (p. 42) commemoravimus, schedas eas emit, quas cum aliis libris Cantabrigiam asportavit atque bibliothecae collegii Gonviliani a se restaurati inseruit. Emisse autem eas anno p. Ch. n. 1543 in Progr. I pp. 11 et 12 demonstravimus. Praeter illas schedas, quae nunc Cantabrigiae et Florentiae asservantur, utrum una alterave divulsa in bibliotheca aliqua delitescat, quamquam perquirendi nulli labori peperci, adhuc compertum non habeo.

4) *Excerpta Florentina.* Contulit Joannes Duetschke. Est codex Laurentianus LXXI, 12, quo Galeni, Xenophontis, Porphyrii excerpta varia ac Lysiae orationes aliquot continentur, chartaceus in 8. saec. XV; constat e foliis scriptis

66 (Cf. Bandini III, 100). Excerpta e Galeni libris de Placitis foliis 1—20 comprehenduntur quinquaginta, quorum primum, quod e libro secundo est, incipit a verbis εἰ γὰρ ἐν τῷ διανοεῖσθαι (p. 271 K). Litterae magna ex parte evanidae; praeter manum librarii, quae in margine argumenta eorum, quae excerpta sunt, adscripsit, altera reperitur, quae in margine et ipsa indices passim apposuit, passim menda librarii correxit omissaque explevit[49]).

5) *Excerpta Parisina priora.* Ipse contuli. Exstant in codice chartaceo No. 2277 (cf. Catal. codd. manuscr. bibl. reg. t. II, 476) saeculo XVI scripto in 8°, in quo excerpta sunt 1) Galeni ars medica (τέχνη ἰατρική), 2) Theophrasti de piscibus, ventis et odoribus liber, 3) Aristotelis de Xenophane, Zenone, Gorgia liber, 4) Theophrasti de igne, Metaphysica, de lapidibus et sudoribus, 5) denique Galeni de Hippocratis et Platonis dogmatibus libri II—IX. Haec excerpta alia manu scripta sunt quam ea, quae antecedunt. Discernuntur autem in hac parte codicis tres manus, una librarii, quae textum scripsit, altera aetate non multo inferior, quae in margine argumenta apposuit, tertia recentior, quae, quamquam perraro, mendis librarii correctiones adhibuit; illius adnotationes fulvo, huius nigro atramento scriptae sunt.[50])

Excerpta codicis Parisini et numero et verbis eadem sunt atque in Florentino; etiam ordo rerum servatur idem, nam inter excerptum XXI et XXII loco excerptionis summarium quoddam legitur iisdem paene verbis; quid? quod in utroque codice excerptum L ante XXXXIX collocatum est. Accedit, quod

[49]) At ex adnotationibus non pauca verba interciderunt fronte libri a glutinatore nimis circumcisa et eorum, quae reliqua sunt, lectio perquam difficilis est, quia ad frequentissimum usum compendiorum scribendi accedit pallor atramenti.

[50]) Codex videtur ex bibliotheca Nicolai Rodulphi Cardinalis cum multis aliis manuscriptis Galeni opera continentibus Parisios in bibliothecam Francisci I, regis Francogalliae, deinde reginae Catharinae, denique in eam, quae olim regia vocata nunc nationis Francogallicae est, venisse, si quidem idem est, de quo Dietzius in Praef. Scholl. Hipp. et Galen. I, p. 14 memorat.

lectiones singulis locis consentiunt, quod inprimis ibi cernitur, ubi FP lectiones praebent a ceteris codicibus diversas, velut p. 271 post in. *εἰ γὰρ ἐν τῷ διανοεῖσθαι* omisso *μέν* ante *τῷ*, quod in MA exstat, p. 283 post in. *καὶ αὐτὸς ἐπιλαθόμενος*, ubi MA *ἐπιλανθανόμενος*; p. 287 extr. *ἔστ' ἂν ἡ ζωῆς παρῇ* F *ἡ ζωὴ π.* P., *ἡ ζωῆς εἰς τρία π.* MA (*ἡ ζωῆς συμμετρία* Alex. Justin., cf. supra p. 48); p. 289 extr. *ἔπειτα δὲ ἐξελέγξαι καὶ καταβαλεῖν* F, *καταλαβεῖν* P, in margine manu post. *καταβαλεῖν*, *διαβαλεῖν* LA; p. 319 in. *αὐτὸς ὁ πάντων ἰατρῶν* FP, *αὐτὸς ἁπάντων* MA; ibid. post in. *οὐδὲ γὰρ ἂν ῥαγῶσιν* FP, *ῥαγεῖεν* MA; p. 363 extr. *καθ' ὅσον ἐν τῇ καρδίᾳ πάσας εἶναί φησιν* FP, *πᾶσαν* MA; ib. *ἐν τρισὶ σπλάγχνοις* FP, *ἐν τοῖς τρ. σπ.* MA; p. 421 ante med. *καὶ θεῖον ἀποκαλῶν ὡς* FP, *ἀποκαλεῖ ὡς* MA; p. 425 sub fin. *ἐκείνου πρώτου μὲν εἶναι λέγων* FP, *πρώτου τε* MA; p. 643 sub fin. *αὐγοειδές τε καὶ αἰθερῶδες σῶμα εἰς ὃ* FP (idem Par. post.), *σῶμα λεκτέον αὐτὴν εἰς ὃ* MA (cf. Progr. nostr. II, 20); p. 718 post med. *περὶ δὲ τοῦ φέρεσθαί τι τοῦ πόματος εἰς τὸν πνεύμονα παραρρέον δροσοειδῶς περὶ τὸν ἔνδοθεν χιτῶνα* FP, *παραρρέον δροσοειδῶς* om. MA. Possum multa alia afferre exempla, sed nolo esse longus in re his exemplis satis contestata. Id tamen tenendum est, Parisinum ut saeculo XVI scriptum multis ex itacismo natis aliisque levioribus mendis laborare, quibus Florentinus aetate superior plerumque vacat. Itaque non dubium videtur, quin Parisinus aut a codice Florentino aut ex eodem fonte quo ille originem duxerit. Ceterum quia litteras habet et in contextu et in margine perspicue scriptas, eas, quae in F perierunt aut legi iam non possunt, commode explet.

6) *Excerpta Parisina posteriora* sunt in codice chartaceo n. 2283, quo continentur viginti quatuor excerptiones e variis Galeni libris, quorum index praemittitur. Is codex saeculo decimo sexto exaratus videtur. (Cf. Catal. m. bibl. reg. II, 476). Loci e Galeni de Placitis libris II—IX electi in angustissimum coacti sunt; litterarum formae manu tam veloci rudique effictae, vix ut legi possint. His de causis paucas

tantum lectiones enotavimus, quae tamen neutiquam spernendae sunt.

Iam quae ratio inter hos codices intercedat, si exploraverimus, reperiemus non solum MA inter se, ut supra (p. 15) demonstratum est, sed etiam FPp cum MA pleraque habere communia; a secundo enim libro initium excerpendi faciunt, ut intellegas codici, unde loci excerpti sunt, primum librum aeque ac codicibus MA defuisse; praeterea lectiones codicum FPp sive probae sive pravae ita sunt comparatae, ut ex eodem fonte quo MA fluxisse appareat. Nam si quae in illis pravae aut bonae inveniuntur, quibus MA vacant, illas vel ex propria librariorum neglegentia vel ex correctorum libidine profectas esse, has autem codici deberi melioris notae quam illi codices, e quibus MA transscripti sunt, fuisse videntur, qui tamen utique horum similitudinem rettulerit, facile conicias e scripturis in adnotatione critica enotatis. Itaque MAFPp eadem stirpe sunt ad idemque exemplar origo eorum referenda est.

Alia autem est ratio schedarum Cantabrigiensium et Laurentianarum. Hae enim originem ducunt a codice, qui librum primum fortasse integrum habuit, cuius tamen lectiones sive bonas sive malas a MAFPp permultis locis valde discrepuisse pro certo affirmari potest; accedit quod, ubi MA lacunam quandam habent sive asterisco sive spatii vacuitate notatam, ibi CL paucis locis exceptis plenam et integram scripturam praebent (Cf. Progr. nostr. I, p. 15 et seqq.). Itaque has schedas alia familia natas esse perspicuum est. Ex quo efficitur codicum, quibus libri de Placitis continentur, duas esse familias, unam, cuius sunt MAFPp (et fortasse codex Mittarellianus, cf. adn. 33), alteram, e qua unius tantum codicis truncos quosdam superesse acerbe ferendum est. Qui si integer ad nos pervenisset, quantum subsidii ad textus recognitionem allaturus fuerit, vel ex iis, quae in Progr. nostr. l. l. disputata sunt, colligi potest. Quamquam utramque familiam generis quandam communionem habere atque quasi quadam necessitudine inter se coniunctam esse in extrema huius disputationis parte videbimus.

Ex codicum autem descriptione apparet opus Galeni, de quo quaerimus, fortunam nactum esse maleficam; nam nec integrum ad aetatem nostram pervenit nec multis codicibus nobis traditum est. Quod mirum non est; nam fere ea tantum opera Galeni, ut iam supra commemoravi, a Byzantinis describebantur, quae ad medicinam pertinebant, quae autem ad philosophiam spectabant, minus colebantur vel etiam prorsus neglegebantur, unde factum est, ut maxima pars eorum intercideret. Quae res ut paucitatem codicum libros de Placitis continentium genuit, ita ei, qui eos recensere vult, quoniam penuria largioris apparatus critici laborat, non parvas difficultates obicit. Accedit quod illi ipsi, quibus usurus est, codd. ad unum omnes aetatis sunt recentioris, quippe quorum nullus saeculum XIV excedat. Eiusmodi autem codices quam multis gravibusque mendis depravatum quamque perversis correctorum coniecturis interpolatum textum scriptorum veterum tradiderint, omnibus harum rerum peritis notum est ac mirum esset, ni Galeni quoque codices eandem speciem praeberent. Quodsi quis eos accuratius inspexerit examinaveritque, is probe intelleget, quam late ipsos quoque communis aetatis Byzantinae labes pervaserit. Sed ex ipsa illa vitiorum indagatione certa multorum locorum corruptorum curatio peti potest. Ex cognitis enim vitiis apertis manifestisque licet conicere de universa condicione codicum, ex universa condicione de tectis occultisque vitiis suspicari. Et quamquam id verum est, in oratione scriptoris et sententiae ratione sola fere signa et notas inesse, quibus sanus sit locus necne cognoscatur, tamen nisi penitus perspecta codicum natura non possunt adhiberi remedia accommodata. Oratio enim et sententia, qualis nunc vulgo legitur, saepe indicant tantum, corruptum aliquid esse, codicum autem labe in certa genera discripta et sub oculos quasi posita atque sic accuratissime cognita via simul monstratur, quae ineunda sit ei, qui medicinam parare loco corrupto velit. Velut ubi certis argumentis demonstratum est in codicibus multo saepius peccatum esse omissis quam interpolatis verbis, loco corrupto si optio datur utrum medicina adhibenda sit explendo,

quod omissum, an exsecando, quod glossema videtur, ad illud quam ad hoc confugere multo probabilius erit[51]). Itaque nos, ut emendationes nostrae, quas in his Galeni libris multas fecimus, certo quodam fundamento nitantur, de codicum, quos supra descripsimus, inprimis MCL, vitiis disputemus.

Omnino quadripertita fuit in examinandis editionum vitiis divisio mea, primum ut de iis disputarem, quae in falsa scribendi ratione, deinde, quae in perversis verborum terminationibus, tum, quae in omissis, postremo, quae in inculcatis verbis cernerentur. Accessit de verbis perperam collocatis iudicium. Eandem rationem nunc quoque inire placet. Itaque primum ea, quae in universum contra orthographiam peccata sunt, recensebo. Horum autem ipsorum ratio quadruplex est. Aut enim accentus et spiritus prave apponuntur aut litterae singulae vel syllabae commutantur aut detrahuntur adduntur ve litterae vel syllabae aut dividuntur perperam verba. Ac quoniam notarum apicumque syllabis perperam appositorum exempla e codicibus iam supra satis multa exscripsimus, hoc loco non opus videtur plura eiusdem generis afferre, quamobrem statim transeamus ad commutationes litterarum vel syllabarum percensendas, quarum varias esse causas supra (p. 20) diximus, pravitatem pronuntiandi, ductuum similitudinem, librariorum caecitatem aliquam sive oculorum sive mentis. Itacismi quidem vitia multa in schedis Cantabrigiensibus et Laurentianis reperiuntur, innumerabilia paene in Marciano et Parisino priore, quorum quamquam magna multitudo ab editoribus correcta est, tamen non pauca eosdem fugerunt, quae nos demum emendavimus. P. 184 post med. C: *ὥστε οὐκ ἂν, οὐδ' εἰ πάνυ σφόδρα ταχύνης ἐν τῇ χειρουργίᾳ, δυνήσῃ ποτὲ ἀναίμακτον ἐξαρπάσαι τὸ τρῶσαν.* Sic non solum Caius edidit, sed etiam Charterius et Kuehnius; at legendum est *ταχύνοις* et *δυνήσαιο*, quae formae verborum per malam itacismi consuetudinem obliteratae ut restituerentur, usus

[51]) Plura exempla dedimus in Observv. in Cic. de fin. libr. Partic. 1, 11. 17. Erl. 1869.

scripserunt, at edendum fuit *τῷ μ. αὐτ. κ. τ. λ.*; nam sententia est: 'ita fit, ut secundum continuam illam successionem dispensationemque unumquodque membrum alteri sequenti materiam praeparet et praecoquat'. P. 654 post med.: *Εὐκλείδης ἐνὶ θεωρήματι τῷ πρώτῳ κατὰ τὸ τῶν φαινομένων βιβλίον ἐπέδειξε τὴν γῆν μέσην εἶναι τοῦ κόσμου — ἣν* (lege ὃ) *οἱ μαθόντες οὕτω πιστεύουσι τῷ συμπεράσματι τῆς ἀποδείξεως, ὡς καὶ τὸ τὰ δὶς δύο τέτταρα εἶναι*, nos *ὡς καὶ τῷ — εἶναι* (sc. *πιστεύουσι*) emendavimus.

Aliam causam permutandi litteras attulisse similitudinem ductuum supra diximus. Partem autem horum mendorum iam illis temporibus natam esse, quibus litteris uncialibus uti solebant, atque in aetatis inferioris scripturam minusculam fluxisse novis mendis non raro adauctam testimonio sunt haec exempla: *Λ* pro *Δ* olim scriptum erat p. 416 ante med., ubi M *ὁ γοῦν ὅρος οὗτος φησὶν ὁ τῆς ἄτης* (*ἄτης* A) praebet, quod a Kuehnio male in *ἄσης*, a Bakio recte in *λύπης* mutatum supra (p. 63) memoravimus. *ΛΛ* et *M* commutatorum vestigium refert L p. 513 extr., qui pro *ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν μερῶν* exhibet *ἅμα κ. τ. λ.* *Γ* et *T* olim non minus quam *γ* et *τ* postea permutata sunt nec solum, id quod saepissime factum constat, in Particulis *γε* et *τε*, unde ego p. 524 ante med., ubi MA *καὶ ἔοικέ τε τὸ μὲν ἄνω μέρος ἅπαν* traditum habent, ChK autem illud *τε* deleverunt, restitui *καὶ ἔοικέ γε* (cf. supra p. 57), sed in aliis etiam vocibus, velut cum in M p. 676 post in. *τὸ σῶμα τῆς πυρὸς* pro *γῆς π.* scriptum est aut p. 752 med. *κατὰ μέντοι τὸ περὶ ἀτμῶν* pro *ἀγμῶν* (*ἀκμῶν* A) aut in MA(BChK) p. 633 post med. *εἴ γε δυνατὸν ἦν τοῖς ἰδίοις παθήμασιν αὐτῆς ἄλλο τι συναλλοιωθῆναι* pro eo, quod nos restituimus, *παθήμασι τῆς αὐγῆς* (cf. supra p. 27). *H* pro *TI* olim positi exempla plura inveniuntur, velut in M p. 553 post med. *ἀλλὰ μέντι τῆς ἐπὶ τοῦ διαπεπλασμένου* pro *μόνης*, in MA p. 740 extr. *τί οὖν ἀνδράσι πάντα προστάξομεν* pro *ἦ οὖν κ. τ. λ.*, quo de loco Platonico in Progr. II, 15 extr. disputavimus. Ut *H* et *TI*, ita *TI* et *Π*, *T* et *Π* permutari solebant; itaque in L p. 489 init. *εἴ ποτε ἐπ' αὐτήν* pro

εἴ ποτέ τι αὐτήν scriptum invenitur et p. 275 post in. *ἀνέπρεπε* pro *ἀνέτρεπε*, p. 248 med. *αὐτῷ κεκρυμμένον* pro *ἀποκεκρυμμένον*, quibus de exemplis vide Progr. nostr. II, 15. Ex litterarum *O* et *Θ* permutatione natum videtur illud *βοᾶν*, quod p. 238 med. in M pro *θλᾶν* scriptum est; archetypus nimirum codicis videtur habuisse ΟΛΑΝ, quod postea in *βοᾶν* correctum est. *Σ* (C) *E* (Є) O inter se permutata sunt, cuius rei plura vestigia deprehendimus, velut in L p. 500 ante med. *πoὺς καὶ* pro *ποῦ ἐκεῖ*, in M p. 731 extr. *ἐγχωρῆσαι* pro *συγχωρῆσαι*, p. 547 extr. *ὁ δεικνύων* pro *ἐδείκνυον* scriptum est; p. 335 init. in archetypo *λογομένην* pro *λεγομένην* scriptum fuisse videtur, unde in M *λογιζομένην* natum est. Sed longe plura peccata aetate inferiore e commutatis minusculis orta sunt. *α* et *αι* saepe permutata; in F legimus *ἅμα* pro *αἷμα*, in M *καταιμένειν*, *φαίσκοντος*, *ἑκάτερα* pro *καταμένειν*, *φάσκοντος*, *ἑκάτεραι*, in MA p. 575 extr. *ὥσπερ νῦν ἀρτηρίαι* pro *ἀρτηρία*, unde nos p. 789 ante med. *πνεύμνων*, *θώραξ καὶ μῆτραι τῶν γυναικῶν* in *μήτρα* mutavimus. Litterarum *α*, *αι*, *ω* similitudo haec menda peperit: in L p. 513 post init. *ἐκεῖνα ποιῶν θείης* pro *ἐκεῖνά ποι ἂν θ.*, p. 481 post in. *τρίω τῆς ψυχῆς* pro *τρία τ. ψ.*, p. 520 post med. *γυμνάσαντες* pro *γυμνώσαντες*, in M p. 605 extr. *ἀνατετραμένων ἀνθρώπων* (ABChK *ἀνατιτρωμένων*) pro *ἀνατετρωμένων ἀ.*; p. 455 p. med. in MABChK scriptum est *τιθέμενος εἶναι ταύτας δυνάμεις τῆς ψυχῆς, ἃς ἐν τῷ πρὸ τούτου γράμματι παραθέμενος*, pro *ἃς* L solus veram lectionem *ὥς* praebet; p. 625 med. in MA: *καὶ γίγνεται δὲ* (sc. *ὁ πέριξ ἀὴρ*) *τοιοῦτον ὄργανον αὐτῷ* (sc. *τῷ ὀφθαλμῷ*) *πρὸς τὴν τῶν αἰσθητῶν οἰκείαν διάγνωσιν*, *οἷον ἐγκεφάλῳ τὸ νεῦρον*. At quoniam sequitur *τὸ δ' οἰκεῖον αἰσθητὸν ὄψεως κ. τ. λ.*, mihi non dubium est, quin vera lectio sit *πρὸς τὴν τῶν οἰκείων αἰσθητῶν διάγνωσιν* hoc sensu: 'tale est autem oculo instrumentum aër ad sensibilia, quae eius propria sunt, dignoscenda, quale est cerebro nervus'. In M p. 321 a. med. *ἐρωτῶ λόγους* pro *ἐρωτᾷ λ.* scriptum est; idem mendum p. 336 ante med. subesse ideoque non scribendum esse *καθ' ἕκαστον ὧν ἐρωτῶ κεφαλαίων*, sed *ἐρωτᾷ κ.* edito-

rum nemo vidit. Litterae αι cum ω commutatae satis est haec e M afferre exempla: φωνουμένων pro φαινομένων, ὤσχος pro αἶσχος, σώματος pro αἵματος scripta inveniuntur. Quemadmodum autem α et ω, ita α et ο permutata sunt, itaque ἀμόξης pro ἁμάξης positum est in M et πρέμναν pro πρέμνον; in MABChK legimus p. 715 p. in. οὐ μὴν οὔτε ἡμεῖς ἐκείνου καταγελάσομεν οὔτ' ἐκεῖνος ἡμῶν, at sententiae ratione perspecta nemo erit quin emendet κατεγελάσαμεν; p. 737 post med. in MA ἐπισκεψόμεθα scriptum est, quod Ch in ἐπεσκεψάμεθα mutavit; in utroque exemplo incertum est, utrum ο pro α an ι pro ε positum Futurum genuerit; illud pro librariorum consuetudine verisimilius videtur. Eadem consuetudo confirmat emendationem nostram, quam p. 599 extr. proposuimus scribentes δεικνύντι τὴν διαφορὰν τῶν λημμάτων, ἅπερ οὐ τοῦ προκειμένου ἐστὶ σκέμματος (ὅπερ MABChK). Inprimis autem librarii Casus τά et τό saepe commutaverunt, si quidem in propositis exemplaribus non per compendia scripta erant, velut in L p. 269 post med. τὰ κατ' ἀρχὰς — γραφόμενον, p. 381 ante med. ἐν τῷ προσθεῖναι τὰ ἄνω pro τὸ ἄνω, in M p. 561 ante med. τὰ πάμπαν pro τὸ π., in MA p. 779 extr. καὶ τὰ μηδὲν εἰς ἦθος — χρήσιμον ζητεῖν pro τὸ — ζητεῖν, quod K demum restituit; sed idem debuit p. 747 sub fin. restituere τὴν εἰς τὸ πρόσω τῶν σπονδύλων μετάστασιν, quod cur non fecerit intactumque εἰς τὰ πρ. reliquerit, eo magis mirandum est, quia et antea et post de eadem re Hippocrates et Galenus εἰς τὸ πρόσω dixerunt. Nec minus mirum, quod editores p. 288 init. τὸ διῆκον αὐτῆς εἰς τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν φωνήν (φαμεν) εἶναι, τὸ δὲ εἰς ὀφθαλμοὺς ὄψιν, τὰ δὲ εἰς ὦτα ἀκοήν, τὰ δὲ εἰς ῥῖνας ὄσφρησιν, τὸ δ' εἰς γλῶτταν γεῦσιν κ. τ. λ. scribere sustinuerunt. P. 558 post med. τὸ κυούμενον ἐν ἑαυτῷ τὰς ἀρχὰς ἔχει τῶν διοικουσῶν αὐτὸ δυνάμεων nos emendavimus, MABChK male pro αὐτὸ αὐτὰ praebent. α et ευ confusa esse satis est verbo attingere. Etiam ει et η (ῃ) propter similitudinem ductuum, non propter itacismum solum permutata esse codicum scriptura nos docet; in M plus quadraginta, in L fere viginti exempla nobis

occurrerunt nec omnia ab editoribus emendata sunt, qui cum p. 377 med. (Στωικοὶ) οὐ τὰς κρίσεις αὐτὰς τῆς ψυχῆς ἀλλὰ [καὶ, hoc expunximus, cf. supra p. 24] τὰς ἐπὶ ταύταις ἀλόγους συστολὰς καὶ ταπεινώσεις καὶ δείξεις — ὑπολαμβάνουσιν εἶναι τὰ τῆς ψυχῆς πάθη ediderunt, quid δείξεις sibi vellet, parum curaverunt; δήξεις recte coniecit Zeller (Philos. d. Griechen III², 1, 209). Iidem p. 550 extr. φέρεσθαι δ' ἐντεῦθεν εἰς τὴν καρδίαν ἀποληψόμενον ἐνταῦθα τὸ λεῖπον τῆς οἰκείας ἰδέας εἰς ἀκριβῆ τελειότητα, non ἀπολειψόμενον edere debuerunt. Plurimum autem in exitu verborum η et ει a librariis haec confundentibus peccatum est, ad quod cum editores non satis animadvertissent, Galenus soloecismos non paucos admisisse videtur. An p. 233 extr. κἂν αὕτη μὲν ἀπάγει — ἡ δὲ λεία τε καὶ βραχεῖα σφάλλει τἀληθοῦς, p. 368 post init. ἀλλὰ κἀπειδὰν — φάσκῃ, εἶτα — φάσκει — λαμβάνει, p. 565 extr. κἂν — ὑπάρχει, p. 572 init. ἵν' ἐκ μὲν τῆς τοιαύτης κινήσεως ἡ συμμετρία φυλάττηται —, ἡ σκληρότης δὲ — παρέχει, quemadmodum editores volunt, scribere is potuit, qui sexcentis aliis locis in eiusmodi enuntiatis Coniunctivum posuit? Multo vero crebrior est litterarum ω (ῳ) et ου commutatio, quae multis locis editoribus tollenda fuit; nam p. 195 in. ἀρχὴν τοῦ λόγου τήνδε θέμενος, non τῷ λόγῳ scribi oportuit; p. 424 post med. ἐπιμέμφεται δ' ὀρθῶς τῷ Χρυσίππῳ, non τοῦ Χρυσίππου; p. 624 extr. καὶ θαυμαστὸν οὐδέν, εἰς ὅσον αὐτῷ τὸ πρῶτον αἰσθητὸν ἀκριβέστερόν τ' ἐστί, non αὐτοῦ; p. 729 ante med. κἂν — νομίζωσιν, non νομίζουσιν; p. 800 ante med. δείξας οὖν ὁ Πλάτων κἀνταῦθα τὴν ὁμοιότητα τῷ βουληθέντι ἀντειπεῖν, non τοῦ βουληθέντος (Cf. etiam Progr. nostr. II, 13, adn. 9). In exitu nominum etiam iota adscriptum propter formae similitudinem accedente quadam neglegentia scribendi aut cum σ (c) aut cum ν confusum est. In M quidem librarius non veritus est p. 440 post med. ἐν τῆς ψυχῆς scribere. Ne hanc quidem peccandi consuetudinem editores ubique observaverunt; nam p. 532 post med. MABChK: τὸ συνεχὲς αὐτῆς (cf. supra p. 53) μέρος, nos τὸ σ. αὐτῇ (sc. τῇ καρδίᾳ) μ. et p. 569 post med. non εὐθὺς

αὐτῆς, sed εὐθ. αὐτῇ συνεπινοήσεις τὴν κοινὴν ἁπασῶν ἀρτηριῶν ἐνέργειαν scripsimus, nam sententia est: 'sive in calce sive in cerebro arteriam consideres, continuo *cum ea* omnium arteriarum functionem simul concipies'. P. 400 p. med. MABCh: ἅμα τῆς τῶν λογισμῶν ἀσθενείας, K perperam ἅμα καὶ τῆς — ἀσθενείας, nos ἅμα τῇ — ἀσθενείᾳ (cf. supra p. 63) restituimus. P. 576 ante med. non, ut codd. et edd., τῆς τοῦ σώματος τροφῆς τεκτηναμένου, sed τῇ — τροφῇ τεκτηνάμενοι, quemadmodum in codd. Platonicis, scripsimus, eo magis, quod infra p. 580 p. med. in codd. et edd. recte scriptum est τῇ — τροφῇ. P. 756 ante med. ABChK: φησὶ δὲ τέχνην λέγειν; ibi ex Platone restituimus τέχνῃ et φῇ, quod in M quoque exstat (cf. p. 33); p. 761 p. in. MABChK: ἐν ᾧ, nos ἐν οἷς emendavimus. Terminationes ην et αν, ης et ας obscure scriptae sic legi potuerunt, quasi ηι et αι essent; iota autem adscriptum cum neglegi coeptum esset, fieri potuit, ut ην, αν, ης, ας cum η et α commutarentur. P. 198 med. C: ὡς ἐνοῦσθαι τὰ τέτταρα τάδε; nos τὰς τέτταρας τάσδε. P. 550 ante med. MABChK: μηδ' ἐνίας, nos ἔνια dedimus. P. 569 extr. ἡ καρδία σῶμα in τὸ τῆς καρδίας σῶμα mutavimus, quamquam in Oribas. l. XXII, 1, 25 (t. III, 33, 8 edd. Daremb. et Buss.) eadem lectio invenitur. Litterae autem ν et σ ipsae inter se permutatae sunt, velut p. 364 init. διὰ τῶν ἐπῶν ὡς ἔγραψεν, ubi pro ὡς nos ὧν restituimus; p. 614 in. ἀφελὼν ἅπαντα τὰ κατ' αὐτῆς ἐπικείμενα σώματα, ubi κατ' αὐτήν emendandum fuit; p. 678 init. ex Plat. Tim. p. 82 A καὶ τῆς χώρας μετάστασις ἐξ οἰκείας ἐπ' ἀλλοτρίαν γιγνομένη pro eo, quod in MA scriptum est μετάστασιν — γιγνομένην, edidimus; p. 465 sub fin. in MABChK legitur: καὶ τὰς κατὰ πάθος δὲ κινήσεις (χρὴ) ἀμβλυνθῆναι χρηστοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἐθισθεῖσαν, in L ἐθισθεῖσαι, nos ἐθισθείσας scripsimus, nam haec dicit Galenus: 'Oportet animi motus perturbatos obtundi bonorum studiorum consuetudine', p. 451 extr. LMA ceteraeque edd. tradiderunt: ἐν μὲν (γὰρ) τῇ συμμετρίᾳ τῶν κατὰ μέρος κινήσεων τὸ κάλλος τῶν ἐνεργειῶν ἐστι γνώριμον, κατὰ δὲ τὰς ἀμετρίας τὸ αἶσχος, soli codd. FP id, quod unice verum est,

κατὰ δὲ τὴν ἀμετρίαν praebent. P. 570 post in. pro ἡ τοῖσδε σάρξ (MABChK) ἡ τῶνδε σ. restituimus. Etiam ον, ου, ω (ῳ), οι facile confundi potuerunt. P. 240 extr. ὡς ἐγκέφαλον ψαύει τὰ ὦτα MAB, correxit Chart. ἐγκεφάλου scribens, quod C nunc praebet; p. 524 ante med. ἕνεκεν ἑαυτοῦ τε καὶ τὸν καρπὸν διαπλάττειν MA, τοῦ καρποῦ restituit B. Cuius commutationis frequentissimae immemores editores erant, cum p. 565 ante med. scripserunt: εἰ τὴν ὡς διδασκαλίας ἀρχὴν ἢ τὴν ὡς ὁδὸν ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως ἐθέλοις σκοπεῖσθαι; pro ὁδόν legendum est ὁδοῦ. Nimirum iecur omni modo principium venarum esse Galenus docet. Principii autem quoniam plura genera sunt, unum, quod in rerum natura ipsa situm est, alterum, quod in doctrina (ἀρχὴ διδασκαλίας), vel si tertium, quod nonnulli excogitaverunt (p. 564 init. φασὶ γὰρ ὥσπερ ὁδοῦ τις ἀρχὴ λέγεται κ. τ. λ.), viae principium admittas, ratio tamen constabit. P. 418 med. in fragm. Euripid. pro ἐμαυτον προστιθεὶς in MAB tradito Ch recte ἐμαυτῷ π. posuit. P. 763 in. ἐπὶ τίνων τε χυλὸν πτισάνης MABChK, χυλῷ propter sequentia ἢ τῇ κριθῇ χρηστέον scripsimus. — Ex aliis litterarum permutationibus, ne longus essem, has elegi: β et μ nostrorum quoque codicum librarios permutasse, velut cum μετὰ μῶμον pro μεταβῶμεν scriberent, iam supra dixi (p. 40); fugit autem editores unum exemplum insigne. Pp. 380 et 381 Chrysippum Galenus queritur in eadem re contraria et secum pugnantia conexuisse ob eamque causam magnam difficultatem afferre iis, qui illa redarguere conentur, perinde ac si quis ita dixerit: 'ego postquam sursum descendi et collocutus cum lapide sum et per medium saxum navigavi, in gurgitem lacus ascendi'; ἄν τε γάρ, inquit Galenus secundum Ch et K, ὡς οὐ καταβάντα διελέγχῃς φάσκων αὐτὸν ἄνω μεμενηκέναι καταβάντα, τοῦτ' αὐτὸ δήπου φήσει καὶ αὐτὸς εἰρηκέναι κατὰ τὸν λόγον ἐν τῷ προσθεῖναι τὸ ἄνω. Pro καταβάντα, quod totam refutationis vim evertit, C praebet τὰ πάντα; pro μεμενηκέναι (μεμνηκέναι MAB) autem nos scripsimus βεβηκέναι, quod sententiae ratio necessario requirit: 'Si enim istum redarguere velis, cum id opponas,

eum *omnino sursum ivisse*, id ipsum nimirum se quoque dixisse asseverabit verbo illo sursum apposito'. — κ et μ inter se permutata, velut p. 426 post med. in M: τίς τοῦ μὴ πάσας εἶναι τὰς ἐκ τοῦ μέτρου τοῦ κύκλου (sc. ἀπέστη καὶ μετεδόξασεν); A habet ἐκ τοῦ κέντρου cum asterisco, quasi emendationi diffidat, at immerito, nam rectam viam emendandi iniit, quam conficere poterat, si post τοῦ μὴ πάσας (sc. τὰς γραμμάς) Adiectivum ἴσας utique necessarium inseruisset: 'quis unquam ab ea sententia, qua omnes a centro ad ambitum circuli lineae pertinentes sunt aequales, deflexit aliterque sensit?' Maxime autem ἐκ et ἐμ in Compositis permutata menda genuerunt, quale est p. 619 post init. ab editoribus ignoratum scribentibus τοιοῦτον γάρ τι πάσχειν ἔοικεν ὁ περιέχων ἡμᾶς ἀὴρ ὑπὸ τῆς τοῦ πνεύματος ἐκπτώσεως, ὁποῖόν τι καὶ πρὸς τῆς ἡλιακῆς αὐγῆς, ubi nos pro ἐκπτώσεως ἐμπτώσεως propter sequentia coniecimus. — λ et χ misceri solita in nostris quoque libris orationem nonnullis locis vitiaverunt; in A(BChK) p. 429 p. m. συστολὰς καὶ λύσεις, in M melius σ. κ. χύσεις legi a nobisque restitutum esse διαχύσεις supra (p. 24) commemoravimus; in MA p. 711 med. locus Platonicus foede redditus est cum aliis de causis (cf. supra pp. 23 et 49) tum quia scriptum est πνεῦμα πάχιον ὑπὸ τοῦ περὶ τὸ σῶμα ἀέρος κ. τ. λ., quod editores si Platonis Tim. p. 79 C inspexissent consuetudinemque librariorum respexissent, certe in πάλιν mutaturi fuerunt. — φ et ψ pluribus locis confusa sunt: in MA p. 406 extr. ἐν ᾗ ταῦτ' ἔγραφεν scriptum est pro ἔγραψε, quod Ch restituit, qui tamen p. 577 ante med. idem mendum non animadvertens scripsit: ταῦτ' ἄρα καὶ Ἱπποκράτης ἐνδεικνύμενος ἔγραφε, nos: ἔγραψε. P. 254 ante med. MA: τὸ τῆς ἀντιλογίας εἶδος αἰσθόμενος οὐδὲν ἧττον ἐπιστρέφον κ. τ. λ. Eandem lectionem BChK receperunt, sed L praebet ἐπιστρέψον, quem nos secuti sumus.

Ceterum quod Madvigius in Advers. Critic. I p. 13 dixit fuisse inferioris aetatis librariorum condicionem, ut verborum et sententiarum vanis simulacris luderentur et imagines verborum, priusquam litteras omnes perspexissent, animo con-

ceptas ad manum transferrent, et persaepe non ipsarum litterarum figuras per se propter similitudinem permutatas esse, sed, cum duo vocabula totidem litteras et praeter unam alteramve ceteras communes haberent, oculo non in unam illam litteram intento ex ceteris pro vocabulo scripto alterum occurrisse, si praesertim notius et magis tritum esset, id quam vere dictum sit, e multis exemplis codicum nostrorum illustrari potest. Ut mittam in M *βραχείας* pro *τραχείας*, *μαθήματα* pro *παθήματα* scribi, p. 401 in. codd. et edd. *ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Νέστωρ θεασάμενος διὰ τῆς ὁρμῆς πόρρωθεν προσιόντα τίς ἐστιν ἐπερωτᾷ* scribentes griphum quasi quendam nobis proposuerunt, quem tamen facile dissolvimus comp. Il. X, 83 *τίς δ' οὗτος κατὰ νῆας ἀνὰ στρατὸν ἔρχεαι οἶος νύκτα δι' ὀρφναίην*; scripsimus igitur *διὰ τῆς ὄρφνης*. P. 640 init. MABChK: *περὶ τῆς ἀνακλάσεως — δοκεῖ μοι* (sc. *Ἀριστοτέλης*) *κατανενοηκέναι τὴν ἀτοπίαν οὐδαμόθι τολμῶν αὐτῇ χρῆσθαι, παρελκόμενος δ' ὡς ἀπίθανον ἀεί.* At verbo *παρέλκεσθαι* nihil loci est; emendavimus *παρερχόμενος* hoc sensu: 'rem quasi carentem probabilitate praeterit.' P. 591 post med. MABChK: *οὗτοι γάρ εἰσι καὶ οἱ πρὸς ἅπασαν ἀπόδειξιν ἀεὶ λογιζόμενοι καὶ στροφας ἀσχήμονας στρεφόμενοι*; *λογίζεσθαι* inepte dictum est de iis, qui nec via demonstrativa cognita et prorsus in ea inexercitati veritatis nullam habent rationem. Itaque nos coniecimus *σοφιζόμενοι*: 'hi sunt, qui contra omnem demonstrationem *sophistarum ratione utuntur* nec verentur in omnes versari partes.'

Non raro autem fit, ut librarii eiusdem vocabuli syllabas permutaverint, *καταλαβεῖν* pro *καταβαλεῖν*, *φλεβάρων* pro *βλεφάρων*, *χάριν* pro *ῥάχιν*, *βαδιζομένων* pro *βιαζομένων*, *μύθῳ* pro *θυμῷ* et alia eiusmodi scribentes. Sed quoniam talia menda ab editoribus plerumque emendata sunt, nihil opus est longius de ea re disserere. Itaque transeamus ad *tertium genus* eorum, quae contra orthographiam peccata sunt, quod in singularum litterarum syllabarumve vel omissione vel additione positum est. Atque omittuntur primum litterae vel syllabae in initio vocabuli ponendae, quae omissio non

raro causa correctionis temerariae est. In FL nobis occurrerunt ὅσον, ὅσοι pro νόσον, πόσοι, αἱρέσεως pro προαιρέσεως, ἐφύτευσαν pro ἐνεφύτευσαν, φαίνεσθαι pro ἀποφαίνεσθαι aliaque id genus scripta, in M ἄσωνος (sic) pro Ἰάσονος, κτύλον pro δάκτυλον, λίας pro κοιλίας, διαφόρως pro ἀδιαφόρως, οὖσαν pro φέρουσαν, χρή pro ψυχή (p. 755 p. init.); non raro Praepositio σύν, quacum verba componuntur, omittitur, ut docui in Progr. nostr. II, 8. 9. Etiam Augmentum neglegebatur, unde δοθῇ pro ἐδόθη, κτίζετε pro ᾠκίζετε scribebatur, et reduplicatio Perfecti, unde σεβόμενον pro σεσοβημένον scriptum repperimus. Itaque p. 254 p. med., ubi MABChK: ἡμεῖς μὲν οὖν ἐπιστημονικαῖς μεθόδοις γυμνασάμενοι γνωρίζειν τε καὶ διακρίνειν δυνάμεθα τόν τ' ἀληθῆ καὶ τὸν ψευδῆ (sc. λόγον), codicis L fidem secuti pro γυμνασάμενοι γεγυμνασμένοι restituimus (cf. 777 post med. ὁ γεγυμνασμένος διακρίνειν κ. τ. λ.). P. 272 p. init. MABChK: ἐάν τις ἑτέρα δύναμις ἐν τῇ καρδίᾳ φαίνηται περιεχομένη, L ἐὰν τισοῦν ἑτέρα κ. τ. λ., nos ἐὰν ἥτισοῦν ἑτέρα. P. 501 ante med., ubi in MA(BChK) legitur ὅταν γε μὴ κατὰ πάθος ὦσιν, ἀλλὰ λογισμὸς αὐτῶν ἐξηγῆται τοῦ βίου, nos e codicis L fide pro ὦσιν ζῶσιν, quod sententiae multo accommodatius est, recepimus. P. 641 p. init. Galenus in Aristotelem invehens haec dicit secundum codd. et edd.: καὶ μὴν εἰ, διότι πιθανώτερόν σοι τὸ λέγειν ἐστὶ, διὰ τοῦτο φαίης προσχρῆσθαι δόγμασιν ἀλλοτρίοις, ἐρωτηθήσεται πάλιν αὐτοῦ τοῦ πιθανοῦ τὴν αἰτίαν. Futilis est sententia πιθανώτερόν σοι τὸ λέγειν ἐστί; scribe pro τὸ λέγειν οὕτω λέγειν, et pro ἐρωτηθήσεται ἐρωτηθήσῃ, iam omnia bene se habebunt: 'Quodsi dicas, propterea alienis te usum esse decretis, quia probabilius videretur *ita* disserere, huius ipsius probabilitatis causa ex te quaeretur.' P. 698 init. MABChK: ἄμεινον γὰρ ἦν, ἃ καὶ δεῖξαι δυνάμεθα κατὰ τὸ σῶμα πλεονάζοντα, ταῦτ' ἰᾶσθαι, at verbo ἰᾶσθαι sententia plane obscura facta est. Galenus enim loco e Timaeo Platonis (p. 86 A) allato philosophum reprehendit, quod causam febrium periodicarum ad elementa omnibus corporibus communia, non ad ea, quae sanguineorum animalium propria sunt, revocaverit,

nam haec, inquit, manifesto cernere possumus in corporibus redundantia, illa non item; itaque melius erat ea, quae etiam ostendere possumus, *ἰᾶσθαι*? minime vero, sed *αἰτιᾶσθαι*, i. e. dicere causas morborum esse. Itaque nos *αἰτιᾶσθαι* scripsimus. P. 777 extr. MABChK: *ὁ γεγυμνασμένος διακρίνειν ἀπ' ἀλλήλων αὐτοὺς* (sc. *τοὺς ὄντας ἀληθεῖς λόγους ἀπὸ τῶν πιθανῶν μὲν, οὐκ ἀληθῶν δέ*) *εἴσεται σαφῶς, ὅσον τε χρὴ δόγμασι πιστεύειν ὡς ἀληθέσιν ὅσων τε καταγιγνώσκειν ὡς ψευδῶν ὅσων τε τὸ πιθανὸν ἄδηλον, ὅπως ἀδηλίας ἔχον προσέοικε τῷ ἀπιθάνῳ*. Enuntiatio secundaria ab *ὅσον τε χρή* incipiens duo membrorum paria habet, quorum unum ad id, quod verum, alterum ad id, quod probabile est, refertur. Res aut vera aut falsa est: cui subactum iudicium est, is probe sciet, quatenus decretis ut veris assentiendum, quatenus ut falsa repudianda sint; res probabilis aut improbabilis est; idem sciet, probabile quatenus certum, quatenus incertum ideoque improbabili simile sit. Itaque nos scripsimus: — *ὅσον τε καταγιγνώσκειν ὡς ψευδῶν, ὅσον τε τὸ πιθανὸν εὔδηλον ὅπως τ' ἀδηλίας μετέχον πρ. τ. ἀπιθάνῳ.*

In mediis vocabulis multo saepius quam in initio syllabae vel litterae singulae omittuntur. Non solum consonantes *π*, *τ*, *λ*, *ϱ*, *ν* aliasque duplicare saepe librarii omiserunt, sed omnino modo hanc modo illam litteram praeterierunt, unde prava menda orta sunt, quae editores neutiquam omnia expulerunt. P. 483 sub fin. scripserunt: *ἀλλὰ παῖδες μὲν ὄντες ὁμοίως τοῖς ἀλόγοις ζῴοις ἑτοίμως ἐπὶ τὸ πληρωθῆναι ἐχόμεθα*, L verissime *ἐρχόμεθα*; cf. p. 484 med. *ἐπὶ τὴν ἀπόλαυσιν ὧν ἐπιθυμοῦσιν ἔρχεσθαι*. P. 423 post med. pro *ἔτι δὲ ἀμέλει πάμπολλα* nos *ἔστι κ. τ. λ.* scripsimus (de eodem mendo p. 373 post med. in BChK admisso cf. Progr. nostr. II, 15). P. 392 post init. MABChK: *ὁ Χρύσιππος αὐτὸς ἐν τοῖς περὶ παθῶν συγγράμμασιν ἐπ' οὐδεμιᾶς ὁρίζει βεβαίως δόξης*; pro *ὁρίζει* lege *ὁρμίζει*, nam statim sequitur *ἀλλ' ἀεὶ σαλεύει καθάπερ ἐν κλυδῶνι*. P. 398 sub fin. *κατὰ τὴν ἐπὶ πλεῖον ἐρρυκυῖαν* in loco quodam Posidonii praebent MABChK, quae forma etiam a Kuehnero in Gr. Gr. ampl. I², 902 laudatur; sed quoniam statim in M ex-

adhibita correctio sit. Qua in re insignes sunt schedae Cantabrigienses Laurentianaeque, quae fortasse propter propositi exemplaris obscuritatem litterarum correctoris licentiam expertae sunt. E permultis, quae ibi inveniuntur, exemplis haec elegimus: καὶ διὰ pro καρδία, ὑπὲρ μιᾶς pro ὑπερβάς, ποιητῶν pro ποιεῖ τόν, ἐν τῷ ἴσῳ pro ἐν τῷ σώματι, προκαλεῖ μὲν οὐ pro προβαλλομένου, ζητοῦσι τοιούτους pro ζῆν τοὺς τοιούτους, δὲ μόλις pro δαίμονι, ἦν οἰκείως ἂν (p. 466 init.) pro ἦν ἡ κύουσα, ζήνωνι καὶ μή (p. 471 ante med.) pro ζῆν ἡνίκα μή, ἀλλ' ὁ μὲν λειμῷ αὐτάς (p. 518 ant. med.) pro ἀλλ' ἀμέλει μόνος αὐτάς scripta invenimus. In aliis codicibus nec tam multa nec tam longe a vera manu scriptoris recedentia vitia deprehenduntur; sed tamen in M talia exstant, qualia μανθάνομεν pro μανθάνω μέν, ὅσα μέρει pro ὁσημέραι, κινεῖ τὸ pro κινοῖτο, ὀμφαλοῦται pro ὀμφαλοῦ τε, ὀλίγον pro ὃ λέγεις scripta, et in MA eiusmodi menda inveniuntur, quae ab editoribus non sunt animadversa. Nam p. 276 init. ediderunt: χολὴν ἐμοῦσιν οἱ λυπηθέντες, ἐνίοις δ' ὑπέρχεται κάτω καὶ ἡ γαστὴρ αὐτοῖς ἄκρα τὰ χολώδη διαχωρεῖ; ubi nos codicis L lectionem ἄκρατα restituimus; p. 296 med.: περὶ γὰρ δὴ ἐν νηυσὶν Ἀχαιῶν, ubi L δῖε νηυσὶν, nos δίε ν. scripsimus; p. 357 post init.: ἄλλων ἀμηχάνων πλήθη τε καὶ ἀτοπώτερα λόγων τινῶν φύσεων, at si Platonis Phaedr. (p. 229 D) evolvissent, vix dubitassent restituere ἀτοπίαι τερατολόγων; p. 415 sub fin.: μεστὸν γάρ ἐστιν αὐτῷ (sc. τῷ Χρυσίππῳ) τὸ γραμμάτων τε καὶ κρίσεων ἐξίστασθαι λέγοντι, qua lectione nihil ineptius est; nam quid sibi vult τὸ γραμμάτων τε καὶ κρίσεων ἐξίστασθαι vel ad quid referendum est μεστόν? Nos restituimus τὸ γράμμα τό τε κρίσεων ἐξίστ. λ., τὸ γράμμα est τὸ περὶ παθῶν βιβλίον, Infinitivus autem ex aequo positus est cum Infinitivis sequentibus μανιωδῶς τε κινεῖσθαι καὶ οὐκ ἐν ἑαυτῷ — εἶναι τετυφλῶσθαί τε — ἀλογίστως τε φέρεσθαι. Sententia loci emendati haec est: 'Plenus enim liber est his vocibus, cum dicit, exturbari ex iudiciis homines' et cet. Ac de iis, quae in orthographia peccata sunt, satis dictum est.

Sequitur, ut ea menda, quae in *perversa terminationum*

scriptura posita sunt, singillatim percenseamus. Oritur autem id genus peccandi, cum aut similes litterarum formae oculis librariorum fraudem fecerunt aut syllabae vitiose pronuntiari solitae in errorem induxerunt aut compendia scribendi, quae in exitu vocabulorum inprimis frequenter adhiberi solebant, vel perperam intellecta sunt vel intellegi non potuerunt, aut denique vocabuli alicuius terminatio vicinae assimilata est. Ac de duabus causis prioribus quoniam supra disputatum est, ubi in universum menda ex iis orta collegimus atque simul peccata, quae ad exitus vocum pertinent, complexi sumus, nunc de ceteris agamus atque ita quidem, ut primum de nominum, deinde de verborum, denique de ceterarum orationis partium particularumve exitu vitiato disseramus; nam sua quaeque orationis pars compendia, suas causas peccandi habet. Nec tamen omnia vitia, quae librarii codicum nostrorum admiserunt, pertractare in animum induximus, nam nec palaeographiam scribimus et res infiniti laboris est, sed ea tantum elegimus, quorum exempla non raro ab editoribus neglecta sunt. Atque Substantivorum in *της* exeuntium creberrima est permutatio casuum; in M *ποσότητος* pro *ποσότητι* p. 689 post in., *ψυχρότητα* pro *ψυχρότητι* p. 693 ante med. et talia scripta invenimus. P. 612 p. init. MABChK scriptum habent *ὅταν ἐπὶ τοῦ περιέχοντος ἀέρος ἐκ τῆς ἡλιακῆς αὐγῆς ὁρμηθεῖσά τις ποιότης εἰς ἅπαν αὐτοῦ μέρος ἀφικνῆται, διάδοσις κ. τ. λ.*; nos *ποιότης* in *ποιότητος* mutavimus nec post *ἀφικνῆται*, ut K, sed post *διάδοσις* interpunximus, quod utrumque sententiae ratio postulat: 'qualitatum in continua corpora transfusiones appellantur influxus facultatis cuiusdam; velut, cum à solis radiis profecta *qualitatis transfusio* in ambientis aëris totum corpus penetravit ipsa solis substantia suo loco manente, influxus facultatis solaris dici solet.' — Aliud exemplum mendorum e compendiis non intellectis natorum praebent MA(BCh) p. 429 extr.: *οὔτε κρίσεις εἶναι τὰ πάθη δεικνύων οὔτε ἐπιγιγνόμενα κρίσει*, K recte emendavit *κρίσει* scribens *κρίσεσιν*. Quodsi tales Dativos a librariis confundi constat, idem non debuit intentatum relinquere eum, quem p. 365 p. med. legimus: *τὸ γάρ*

τοι πάθος — ἤτοι κρίσις τίς ἐστιν ἢ κρίσεσιν ἐπιγιγνόμενον, sed scribere κρίσει, nec p. 430 ante fin. edere ὁ Χρύσιππος αὐτὸς ἐναντιολογούμενος αὐτῷ μαρτυρεῖ τοῖς τ' ἀληθέσιν ἅμα καὶ τῷ παλαιῷ δόγματι sed τῷ τ' ἀληθεῖ κ. τ. λ.; nam illud placitum, quo plures esse animi facultates, quibus ratiocinemur, irascamur, cupiamus, pronuntiatur, cui Chrysippus invitus et ipse a se desciscens assentitur, et unice verum et veterum esse saepissime Galenus testatur. — Ex compendiis non intellectis proficiscitur etiam commutatio terminationum Comparativi et Superlativi τερος et τατος. P. 705 med. Ch et K πῦρ — μικρομερέστερον (MAB) in μικρομερέστατον (σμικρ. nos) recte mutaverunt, sed iidem paulo infra (ante fin. eiusdem paginae) noluerunt σμικρομερέστατα corrigere in σμικρομερέστερα, quamquam p. 717 ante med., ubi idem locus Platonicus a Galeno laudatur, et codd. et editores ipsi Comparativum praebent!

Multo autem plura menda, quae ea re nata sunt, quod librarii nexus verborum prorsus incuriosi vocem voci sive sequenti sive antecedenti accommodaverunt, editores neglexerunt. P. 199 post. init. e Cant. Caius sic edidit: ἀρκεῖ βραχεῖ λόγῳ δεδηλωκέναι τὰς ἐν τῷ ζῴῳ πάσας ἀρτηρίας ἀπὸ μιᾶς ἐκείνης πεφυκυίας, ἣν ἐκ τῆς ἀριστερᾶς κοιλίας τῆς καρδίας, οἷον ἐκ γῆς τινος πρέμνον, ἐλέγομεν φύεσθαι (φύεσθαι in C omissum supplevit Caius, cf. supra p. 44). Idem Ch et K scripserunt non cogitantes Genetivum τινός sententiae loci non aptum atque ex accommodatione Pronominis τι ad Genetivum γῆς ortum esse. Itaque nos edidimus οἷον ἐκ γῆς τι πρέμνον. P. 404 post med. MABChK: ὥσπερ γὰρ ἐν τρόμῳ καὶ ἀνθέξει τινὸς καὶ τῶν παραπλησίων ἤδη, ἃ διὰ τῶν νεύρων ἐνεργεῖται, ἔστι τις ἐπιτελεστικὴ κατάστασις; at non dubium est, quin Genetivus τινός in libris alterum traxerit; nos scripsimus καὶ τοῖς παραπλησίοις. P. 328 p. init.: τὰ κατὰ τὴν ἐγὼ φωνὴν, ἃ δὴ κἂν τοῖς ἐτυμολογικοῖς εἶπεν ἔχειν τι φάσκων αὐτὰ δεικτικὸν ἐκ τοῦ φαινομένου διὰ τὸ κατὰ τὴν πρώτην ἐν αὐτῇ συλλαβήν; nos cum Cornario pro αὐτά scripsimus αὐτήν; nam non ea, quae ad vocem ego pertinent (τὰ κατὰ τὴν ἐγώ φωνήν), sed vox ipsa

aliquam vim probandi e Chrysippi sententia habet. Scripturam *αὐτά* propter *τὰ κατὰ τ. ἑ. φ.* natam esse apertum est. P. 390 med. scribendum fuit (*ὁ Ποσειδώνιος*) *ἠδέσθη τήν τε πρὸς τὰ σαφῶς φαινόμενα μάχην καὶ τὴν αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν ἐναντιολογίαν τοῦ Χρυσίππου*, non *τὴν αὐτὴν κ. τ. λ.*, quemadmodum in codd. et edd. scriptum est; p. 414 p. init. non *καὶ μὴ κρατεῖν ἑαυτοῦ νικωμένου ὑπὸ τῶν παθῶν*, sed *νικώμενον*; p. 438 post med. non '*κατὰ τὸν αὐτὸν*' *φησί* '*τρόπον ἀνάλογόν τινα πᾶσι τούτοις καὶ ἐν ψυχῇ λογικῇ συνίσταται*, sed *ἀνάλογά τινα*; p. 506 in. non *ἔδοξε χρῆναι τὴν τούτου προτέραν δόξαν ἐπισκεψαμένους οὕτως ἐπανέρχεσθαι πάλιν ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐξ ἀρχῆς*, sed *πρότερον*: 'antequam ad propositam a principio quaestionem reverteremur, Chrysippi sententiam in iudicium vocandam existimavimus.' P. 545 p. in. *ἐπιτήδειόν ἐστιν εἰς διδασκαλίαν φλεβῶν ἀνατομῆς ἀρχὴ τῷ λόγῳ γενέσθαι τὸ ἧπαρ* codd. et edd. habent scriptum atque insuper locum totum perversa interpunctione, ut multos alios, prorsus obscuraverunt. An quidquam sani inesse videtur loco a Kuehnio sic interpuncto: *τί οὐκ αὐτοῦ τούτου πρώτου οὗ λέγουσιν ἐπεσκέψαντο τὴν αἰτίαν, ἐπιτήδειόν ἐστιν εἰς διδασκαλίαν φλεβῶν ἀνατομῆς ἀρχὴ τῷ λόγῳ γενέσθαι τὸ ἧπαρ ἀναιτίως, ὦ σοφώτατοι; ἢ ὅτι πάντως τῇ φύσει πλεονεκτεῖ, καὶ πρὸς τὴν τῆς διδασκαλίας ἀρχὴν ἐπιτηδειότερόν ἐστι, τίς ἡ πλεονεξία ζητῆσαι δίκαιον, οὐκ ἀργῶς οὐδὲ ῥαθύμως ὑπερβῆναι?* Reprehenduntur a Galeno ii, qui cum a iecore fateantur commodum initium doctrinae de venis instituendae sumi, tamen iecur esse principium naturale earum negant, praesertim si ipsi concedant non modo nihil in rerum natura sine causa fieri vel factum esse, sed etiam causam ipsam explorari posse. Quodsi ita est, inquit Galenus, 'quidni primum omnium causam exploraverunt eius ipsius sententiae, quam in ore habent, conveniens esse ad docendam venarum anatomiam principium iecur constituere? Utrum sine causa, an iecur quia naturalem quandam eminentiam habet, idcirco etiam ad doctrinae principium convenientius est? Quae igitur eminentia eius sit, quaerendum est.' Itaque locus sic restituendus fuit, quem-

admodum nos p. 35 restituimus. P. 568 extr. non οἷον οὐκ ἄλλο καθ' ὅλου τοῦ ζῴου τὸ σῶμα, sed καθ' ὅλον scribendum esse existimavimus. P. 622 extr. 623 in. Kuehn. male: ἐξαίρετα γὰρ ἐχρῆν αὐτῷ (sc. τῷ τῆς ὄψεως νεύρῳ) παρὰ τἄλλα ὑπάρχειν πολλὰ τετρῆσθαί τε διὰ τοῦ βάθους καὶ μαλακὰ μὲν εἶναι ταῦτα, σκληρὰ δὲ τὰ πέριξ. Pro μαλακά in M μαλακῶ, et pro εἶναι ταῦτα εἶναι κατὰ ταῦτα in MA BCh, pro σκληρά in MA σκληρῶ, in B σκληρῷ, in Ch σκληρά scriptum est. Nemo igitur editorum intellexit Galenum scripsisse καὶ μαλακὸν μὲν εἶναι κατὰ ταῦτα, σκληρὸν δὲ τὰ πέριξ 'nervum mollem esse intrinsecus, extrinsecus durum.' P. 634 med. ἐν τῇ περὶ τῆς ἀποδείξεως πραγματείᾳ, καθ' ἣν πρώτην ἀξιῶ γεγυμνάσθαι τὸν ἀκριβῶς ἕπεσθαι τοῖς νῦν λεγομένοις ἐφιέμενον omnes ediderunt; pro πρώτην nos πρῶτον restituimus; nam sensus est: 'in opere de demonstratione *prius* versatum velim, qui ea, quae nunc dicuntur, probe intellegere studet.' P. 784 p. med. peccaverunt scribentes οὐδὲν ἄλλο τέχνης ὑπάρχει γνώρισμα παρὰ τὴν χρείαν ἑκάστου τῶν ἐν τῷ δημιουργηθέντι μορίῳ, pro quo nos restituimus μορίων; p. 788 init. φαίνεται γὰρ κἀν τούτοις οὐκ ὀλίγοις ἀριθμὸς σκοπῶν ἐν ἑκάστῳ; lege ὀλίγος.

Ne illud quidem genus peccatorum praetermittendum videtur, quod ortum est, cum compendium aliquod ita obscuratum fuit, ut a librario non animadverteretur. Haec enim causa est, cur legamus in L ἀμφότερ pro ἀμφοτέρας (p. 457 p. med.), in M σύμπα pro σύμπασα, ῥῆ pro ῥῆσις, ἅπαν pro ἅπαντας, νεανί pro νεανίσκοις, in MA χωρίς pro χωρίοις (p. 380 p. med.), τοῦ καὶ τοῖς τὸ διωρίσθαι (p. 504) pro τοῦ καὶ τοῖς τόποις δ. aliaque huiusmodi. Quae peccata quamquam plurima ab editoribus sunt correcta, tamen nonnulla eos latuerunt. Nam p. 410 p. med. ediderunt ὅμοια δὲ τοῖς προγεγραμμένοις — ἔχει καὶ τάδε, nos ὁμοίως scripsimus nixi scriptura truncata codicis M ὅμοι; p. 464 in. illi: συνάπτει δ' εἰκότως τοῖς λόγοις τούτοις (ταύτοις errore typothetarum K) ὁ Ποσειδώνιος τὰ κατὰ τὸν φυσιογνώμονα φαινόμενα, nos codicis L fidem secuti κατὰ τὴν φυσιογνωμονίαν; p. 514 extr. illi: ἐν μόνοις γὰρ τοῖς ὁμοιομερέσι το

διαφέρειν εἶδος οὐκ ἔστιν ἢ τὸ τῆς σαρκὸς μέρος, nos duplici vitio, quo hic locus laborat, e fide codicis L emendato scripsimus *τὸ διαφέρον εἶδος οὐκ ἔστιν οἷον τὸ κ. τ. λ.*; M οἷ pro *οἷον* habet, quemadmodum idem p. 593 p. med. *οἷ ὕπαρξις* pro *οἷον ὑπ.* et p. 710 extr. *οἷ ταν͂ν* pro *οἷον* vel potius *οἱόνπερ*. P. 678 p. m. illi: *ἄχρι μὲν οὖν τοῦ πλέον ἢ ἔλασσον ἕκαστον τῶν συντιθέντων ἡμᾶς γιγνόμενον, αἱ νόσοι καθίστανται, κοινὸς ὁ λόγος ἐστὶν κ. τ. λ.*, nos ita locum restituendum existimavimus, ut scriberemus: *ἄχρι μὲν οὖν τοῦ 'πλέονος ἢ ἐλάσσονος ἑκάστου τῶν σ. ἡ. γιγνομένου αἱ ν. κ.' κ. τ. λ.*; p. 665 p. m. illi: *ἐπειδή γε πλέω ἑνὸς ὄντα τυγχάνει*, quamquam iidem p. 678 p. init. eundem locum Platonicum sic reddiderunt: *ἐπειδὴ καὶ γένη πλέονα ἑνὸς ὄντα τυγχάνει*; nos: *ἐπειδὴ γένη πλείονα ἑ. ὄ. τ.* (cf. supra p. 37).

Venimus nunc ad menda in exitu verborum usitata. Saepissime commutantur *ει* et *ειν*, cuiusmodi menda, quae in L et M multa deprehenduntur, nequaquam omnia in edd. correcta sunt. Sic ne in K quidem p. 665 ante fin. *τὸ μὴ προσῆκον ἕκαστον ἑαυτῷ προσλαμβάνει* in *τὸ — προσλαμβάνειν* nec p. 670 p. med. *νομίζειν μικρῶν εἶναι σωμάτων* in *νομίζει κ. τ. λ.* mutatum est. P. 322 p. in. in oratione Chrysippi subobscura, quam edd. prava interpunctione obscuriorem reddiderunt, sic scribendum fuit: *ὅ τε Ζήνων πρὸς τοὺς ἐπιλαμβανομένους, ὅτι πάντα τὰ ζητούμενα εἰς τὸ στόμα φέρει* (*φέρειν* MABChK), *ἔφησεν 'ἀλλ' οὐ πάντα καταπίνεται'* 'et Zeno reprehendentibus, quod omnia, quae in quaestionem vocantur, in ore gestaret, 'at' inquit 'non omnia a me devorantur.' P. 312 extr. MABChK: *καί μοι δοκεῖ καὶ αὐτὸς* (sc. *ὁ Χρύσιππος*) — *ἐπὶ πλεῖστον ἐκτείνειν τοὺς λόγους οὐκ ὀκνεῖ*, nos *οὐκ ὀκνεῖν*; p. 381 med. illi: *ὥτε κατ' ἀρχὰς εὐθὺς δεῖν*, nos *δεῖ*; p. 597 in. illi: *κακίαν δ' ἔχει ψυχῆς*, nos *κ. ἔχειν ψ.*; p. 621 p. in.: *ὁμοειδὲς δὲ καὶ κατὰ τὴν οὐσίαν τὸ νεῦρον ὑπάρχειν τῷ ἐγκεφάλῳ*, nos eiecto *καί ὑπάρχει* restituimus. Ut autem *ειν* et *ει*, ita *ειν* et *ηι*, i. e. *ῃ* permutantur, velut p. 371 sub fin. in MA *εἶτα συνάπτων ἐφεξῆς λέγειν* pro *λέγῃ* scriptum est. Idem mendum p. 357

extr. subesse non animadvertentes Ch et K locum prorsus depravaverunt. Ibi enim in MAB scriptum est ὅταν δ' ἱκανῶς ἤδη τὰ κατὰ τὴν ἄσκησιν αὐτῷ προήκειν, τηνικαῦτα κ. τ. λ.; Charterius coniecit ὅταν δ' ἰκ. ἴδῃ — προήκειν, quod Kuehnius recepit! Nos ὅταν — ἤδη — προήκῃ restituimus. Etiam ει vel ειν et ον nonnunquam permutationis vices subeunt, veluti p. 617 p. in. et 794 ante fin. in M ὑπάρχει pro ὑπάρχον et in MA p. 514 extr., uti supra memoravimus, διαφέρειν pro διαφέρον scriptum invenimus. Ne hoc quidem editores satis acute viderunt; nam complures lectiones eiusdem pravitatis intactas reliquerunt. P. 571 med. locum et scriptura et interpunctione occaecaverunt sic scribentes: εἴπερ οὖν ἕκαστον μόριον ἐξ ὁμοιοτάτου κατὰ τὴν οὐσίαν ἑαυτῷ τρέφεται χυλοῦ, καὶ τοῦτον παρασκευάζειν ἑαυτῷ πέφυκεν, ἀλλοιοῦν τε καὶ μεταβάλλειν ἡ τοῦ αἵματος γένεσις, ἔργον τῆς ἥπατος σαρκός. Nos aliter interpungendo et μεταβάλλον scribendo orationem perspicuam effecimus. P. 719 ante med. MABChK: ᾧ καὶ δῆλόν ἐστι τὸ ἀθρόον πόμα — ἐρεθίζειν τὸ ζῷον εἰς βῆχα, nos ἐρεθίζον; illi p. 733 in. ἐπ' ἔνιά γε μὴν οὕτως ἰσχυρὰν δύναμιν ἔχον, nos ἔχει; illi p. 794 med. εἴς τε τὴν ἰατρικὴν τέχνην χρήσιμον ὑπάρχειν, nos ὑπάρχον.

Alia permutatio est formarum ει (ειν) et ων. In M quidem p. 746 extr. ὁ πρότερον ὑπάρχειν pro ὑπάρχων scriptum invenimus et in MFP p. 638 p. med. διαπέμπειν pro διαπέμπων. Itaque editores non debebant integram putare lectionem loci Platonici, qui p. 754 med. invenitur: περὶ οὗ ἂν διδάσκων ἐθέλῃ; lege διδάσκειν.

In terminationibus personarum, temporum, modorum vario modo peccatum est. In MA p. 500 a. med. λέγω pro λέγεις, p. 547 in. ἀναγκασθείη pro ἀναγκασθείης, p. 565 a. m. ἐθέλοι pro ἐθέλοις, p. 594 p. med. βουληθῇ pro βουληθῇς positum atque ab editoribus posterioribus correctum est, qui tamen cur p. 392 post med. γέγραφε et 528 p. in. ἔγραψεν non in γέγραφα et ἔγραψα mutaverint, mirum est. Iidem, qui p. 786 in. πεπιστεύκαμεν in πεπιστεύκασι mutaverunt, p. 731 p. in. ἀμφισβητοῦμεν in ἀμφισβητοῦσιν (cf. supra p. 33) non mutaverunt nec magis p. 540 med. παρεφυλάξατο et p. 796

p. med. *οἴονται* in *παρεφυλαξάμην* et *οἴομαι* nec p. 406 a. m. *λέγοιτο* in *λέγοιντο*, quamquam p. 734 med. recte viderunt non *ἕλοιτο*, sed *ἕλοιντο* legendum esse. Et quoniam *ται* et *το* commutari solebant, factum est, ut *ἐγέγραπται* pro *ἐγέγραπτο*, *δύναται* pro *δύναιτο*, aliaque a librariis ponerentur, quare non dubitavimus p. 703 a. med. *εἴπερ γὰρ ὑπὸ πυρὸς ἡ πέψις ἐγίγνετο τῶν σιτίων* pro *γίγνεται*, quae lectio codicum est, restituere et p. 575 a. fin. *προσηγορεύετο* pro *προσηγόρευται*; p. 398 p. med. Posidonium non *εἴτε πρὸς τῷ μεγέθει τῶν φαινομένων καὶ τὴν ἀσθένειαν τῆς ψυχῆς αἰτιάσοιντο καὶ διὰ τοῦτο — ἐροῦσι*, sed *αἰτιάσονται* scripsisse certissimum est. Frequens etiam est permutatio terminationum *σθαι* et *ται*, *γίγνεσθαι* et *γίγνεται*, *πεισθήσεσθαι* et *πεισθήσεται*, quod vitium editores fugit p. 321 extr., ubi illi *οὕτω δὲ λέγεσθαι*, nos *οὕτω δὲ καὶ λέγεται* legimus. Nec praeterire hoc loco licet commutationem exituum *ται* et *τες*, ad quam aliquid valuit pronuntiatio falsa diphthongi *αι*, cuius quidem exempla non pauca in codicibus nobis occurrerunt, qualia *τιθέντες* pro *τίθενται*, *περαίνονται* pro *περαίνοντες* (cf. Programm. nostr. II, 10, 8). Itaque nos p. 548 in. *τῆς γενέσεως οὐκ ἀφαιροῦμαι* restituimus; codd. et edd. habent *ἀφαιροῦμεν*, quod ex *ἀφαιροῦμες* vel *ἀφαιροῦμε* natum videtur, et p. 474 init., ubi MABChK: *διὰ λόγου μὲν πεισθέντες — οὔτε φοβοῦνται οὔτε λυποῦνται, φαντασίας δ' ἐκείνων αὐτῶν λαμβάνονται*, nos fidem codicis L secuti *λαμβάνοντες* refecimus. Nec raro confunduntur *κε* et *σε*, velut in A p. 580 extr. *συνέστηκεν* pro *συνέστησεν* (ξυν.), in MA(BChK) p. 759 in. *ἠρώτησε* pro *ἠρώτηκε* scriptum exstat. Denique obliteratae notae in exitu verborum usitatae menda genuerunt, qualia p. 635 ante fin. in MA(BChK) *συνιστᾶν* pro *συνιστάναι* (ξυνι.), p. 776 med. *χρή* pro *χρῆναι*. P. 756 extr. M praebet *διαιρεῖ*, AB *διαιρεῖται*, ChK *διαιρῆται*, nos *διαιρεῖσθαι* (cf. supra p. 33) reparavimus.

Atque etiam in eorum vocabulorum, quae Adverbiorum, Praepositionum, Coniunctionum, Particularum nomine continentur, exitu variis modis peccatum est. Permutantur *θεν* et *θι*; *ἑτέρωθεν* cum *ἑτέρωθι* non semel tantum in M, in

MA p. 224 p. med. *μηδαμόθεν* cum *μηθαμόθι*, unde mireris editores neque p. 312 a. med. *οὐδαμόθεν τοῦτ' ἀκριβούμενον* neque p. 731 a. med. *ποτέρωθεν* correxisse. Permutantur *ὅτι* et *ὅτε*; p. 269 a. fin. *ἔγωγε θαυμάζω τἀνδρὸς ὅτε* MABCh, *ὅτι* recte K, sed idem debuit p. 517 a. fin. locum Platonicum sic reddere: *ὅτε δὴ οὖν εἶπον.*

Difficilius autem est iudicare, utrum *οὔθ'*, *οὐδ'*, *οὔτ'* (*μήθ'*, *μηδ'*, *μήτ'*), *οὐδέ*, *οὔτε* (*μηδέ*, *μήτε*) a librariis permutata sint an e Galeni ipsius manu profecta sit permutatio a veterum scriptorum usu abhorrens. Legentibus quidem p. 529 ante med. *ὅτι μὲν οὐκ ἔστι γνήσιος οὔθ' Ἱπποκράτους* (MABChK) — *τῶν εἰρημένων φλεβῶν ἀνατομή, καὶ πρὸ ἡμῶν μὲν ἑτέροις ἀποδέδεικται*, non dubium videtur, quin *οὐδ' Ἱπποκράτους* scribendum sit, quoniam haec est sententia: 'non esse genuinam ac neque Hippocratis neque Polybi venarum anatomiam', falsae scripturae causa in aperto posita, quippe cum illud *οὔθ'* scriptum videatur a librario nesciente litteram mediam ante spiritum asperum non aspirari; atque ex eodem errore natum videtur p. 783 p. init. *οὐδὲ γὰρ ὁ Πλάτων αὐτὸς οὔθ' Ἱπποκράτης ἠρκέσθησαν*, p. 371 p. in. *ἀλλ' οὐχ ὡς ἀπεστραμμένον τὸν λόγον οὔθ' ὡς ἀπειθοῦν*, p. 592 med. *ἠναγκάσθημεν αὖθις ἡμεῖς ἐπιδεικνύναι μήθ' ὑμένας ἀναφερομένους ὅλως ἐκ καρδίας εἰς κεφαλήν* 'coacti sumus ostendere omnino *ne* membranas *quidem* a corde in caput pertinere; sed tamen quoniam plures inveniuntur loci, ubi *οὔτε* pro *οὐδέ* positum est, non continuo illa res librariis vitio tribui debere videtur. Nam p. 224 extr. in CMA(BChK) legimus: *οὐκέτι ἔγραψαν ἀξιόλογον οὐδὲν οἱ περὶ τὸν Χρύσιππον οὔτε φαίνονται χρώμενοι*, p. 230 ante fin. *οὐδὲ γάρ, ὅτι — οὐδ' ὅτι —, οὔτ' εἴ γε καὶ τοῦτο λέγοι τις*, in MA(BChK) p. 404 init. *ἐνδόντος τοῦ τόνου τῆς ψυχῆς καὶ μὴ παραμείναντος ἕως παντὸς μήτ' ἐξυπηρετήσαντος κ. τ. λ.*, p. 642 extr. *οὐ πιλητοῦ δ' αἰσθητικὴ ἡ τοῦ ὄμματος αἴσθησις ἡμῖν ἐστιν οὔτε τῆς σκληρότητος ἢ μαλακότητος.* Quid igitur est? his in locis librariorumne mendum aliquod an scriptoris usum deprehendimus? Mihi quidem mendum inesse videtur; nam omnibus aliis praeter

hos, quos modo exscripsimus, locis librorum de Placitis Galenus *οὐ* (*μή*) — *οὐδέ* (*μηδέ*) uti solet nec *οὔτε* (*μήτε*) pro *οὐδέ* (*μηδέ*) sensu *ne — quidem* praedito posuit. Itaque omnes illos locos ita reparavimus, ut usus Galeni ubique cum veterum Graecorum usu concineret. An quisquam rem in religionem trahat, si p. 459 p. med. *οὐ μὴν ἀκολουθεῖ γε ταῦτα τοῖς Χρυσίππου δόγμασιν ὥσπερ οὔτε τὸ* (lege *τῷ*) *μηδεμίαν οἰκείωσιν εἶναι φύσει πρὸς ἡδονὴν* in MABChK legitur, in quibus p. 467 p. m. *καθάπερ οὐδέ*, p. 553 p. m. *ὥσπερ οὐδ' ἐπ' ἀρτηριῶν*, p. 561 a. fin. *καθάπερ οὐδ' εἰ*, p. 569 extr. *ὥσπερ οὐδέ*, p. 594 p. in. *ὥσπερ οὐδ' ἄλλος*, p. 599 p. med. *καθάπερ οὐδ' Ἀρίστων*, p. 605 a. med. *ὥσπερ οὐδ' εἰ*, p. 611 in. *καθάπερ οὐδ' εἰ*, p. 634 extr. *ὥσπερ οὐδέ*, p. 660 extr. *καθάπερ οὐδ' ὅσα*, p. 679 a. med. *ὥσπερ οὐδὲ πῦρ*, p. 681 extr. *καθάπερ οὐδ' Ἱπποκράτει* scriptum invenimus? Ergo nos non religioni habuimus in exemplo, quod primum posuimus, contra codd. scribere *οὐδὲ Ἱπποκράτους οὐδὲ Πολύβου*.

Inprimis vero frequens est commutatio Praepositionum *πρός* et *πρό* et seorsim positarum et cum verbis compositarum. P. 425 a. med. MABCh: *πρὸ τῆς βουλήσεως*; Bakius emendavit *πρὸς τῆς β.* idque recepit K. Idem aliis locis (p. 315 a. fin., p. 548 p. med., p. 670 a. med.) *προσγράψαντα, προσχρῆται, προελθὼν* restituit; sed non omnibus locis mendum animadvertit. P. 359 enim restituere debuit *τῶν χρησίμων τῇ προκειμένῃ πραγματείᾳ προστιθεὶς οὐκ ὀλίγα*, p. 482 a. med. *προσγράψας τὴν ῥῆσιν*.

Ut autem *πρός* et *πρό*, ita *εἰς* et *εἰ* inter se permutantur; in M *εἰ τόν* pro *εἰς τόν*, in MA *εἰς τὸ σπέρμα* pro *εἰ τὸ σπέρμα* (p. 523 med.) scriptum est. Qua ex commutatione natum mihi videtur vitium, quo oratio p. 583 extr. laborat: *Ὁμήρου μνημονεύσω τὸν Τιτυὸν εἰς Ἅιδου κολαζόμενον εἰσάγοντος*, ubi nos *ἐν Ἅιδου* refecimus reputantes ex *ἐν* fieri potuisse *εἰ*, ex *εἰ εἰς*, nisi forte vicinitas verbi *εἰσάγοντος* illud *εἰς* genuit. Permutantur etiam saepe *καί* (*κἀν*) et *κατά* vel *κατ'* (*καθ'*); p. 797 extr. *κανταυτόν* MABCh praebent, K recte *κατὰ ταὐτόν*. Idem debuit, quod p. 282 p. med. in MA legitur: *καὶ ἑαυτοῦ τοῖς λόγοις ἐχρήσατο*,

mutare in *καθ' ἑαυτοῦ κ. τ. λ.* Praepositiones *περί* et *παρά* saepissime permutatas esse ex notissima notarum similitudine intellegitur nec minus saepe *παρά* et *κατά*, velut p. 684 p. in. in MAFP *ὅσα χολῆς εἴδη λέγεται παρὰ τὴν χρόαν*, ubi legendum est *κατὰ τ. χρ.*, p. 365 p. med. *παρὰ τῷ τῆς διαιρέσεως ἐλλιπὲς ἐσφαλμένῳ* MAB, *παρὰ τὸ* ChK, ubi nos *κατὰ τὸ τ. δ. ἐ.* ut refingeremus, usus Galeni docuit (cf. supra p. 47); p. 569 med. *οὐ γὰρ οἷόν τε παρὰ τοὺς τόπους τοῦ σώματος ὑπαλλάττεσθαι φλεβὸς ἢ ἀρτηρίας ἢ νεύρου τὴν ἐνέργειαν*, ubi scripsimus *κατα τοὺς τόπους κ. τ. λ.* Fit etiam Praepositionum *μετά* et *κατά* confusio. P. 659 extr. in A(BChK) legitur *ἰδεῖν ἔστι κατὰ τὸ πρῶτον ἐκφῦναι τῆς καρδίας δίχα σχιζομένην*. M non *κατά*, sed *μετά* praebet, quod nos recepimus (cf. supra p. 25). Alio loco, qui e Platonis Phaedro (p. 262 A) sumtus est, p. 729 a. fin. *καταβαίνων* in MA pro *μεταβαίνων* scriptum videtur propter vicinitatem locutionis *κατὰ σμικρόν*. P. 629 init. MABChK: *ὡς καὶ Πλάτων εἶπεν ἐν Τιμαίῳ μετὰ τήνδε τὴν ῥῆσιν*, male, nam quae sequuntur et quae antecedunt, postulare *κατὰ τὴν ῥῆσιν* nemo non videt. Atque sic in FP legitur; itaque codicum quoque scriptura confirmata lectio nostra est. — *Ἀπό* et *ἀντί* permutata sunt in MA p. 261 p. med., ubi *ἀπολήψεως* pro *ἀντιλήψεως* (L) scriptum est; sed idem mendum, quod editores latuit, inest p. 796 in., ubi *διὰ τὸ μη δύνασθαι ἀντικρίνειν ἀπὸ τῶν ἀληθινῶν τὰ πιθανά* scriptum exstat, quod nos correximus. Multo saepius *ὑπό* et *ἀπό* confundi non est quod exemplis appositis doceamus; *ὑπό* pro *ὑπέρ* positum esse documento est p. 453 p. in.: *Πλάτων ἀπεφήνατο καὶ καθόλου καὶ κατὰ μέρος ὑπὸ ὑγιείας τε καὶ κάλλους*, quam lectionem barbaram editores amplexati sunt; lege cum cod. L *ὑπὲρ ὑγιείας*. Idem codex duobus aliis locis, ubi *ὑπό* et *ἐπί* in MA commutata sunt, veram lectionem praebet, p. 514 a. med., ubi MABCh: *ἐπιλανθάνεσθαι τὸν Πλάτωνα τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ λεγομένων*, quod in *ὑφ' ἑαυτοῦ* recte a K mutatum L confirmat, et p. 306 a. med., ubi in MABChK traditum est: *καθάπερ που καὶ πρότερον ἐκαρτέρησας ἐπὶ Κύκλωπα ὁρῶσα τοὺς ἑταίρους ὑπ' αὐτοῦ δια-*

φθειρομένους; mira est dictio *ἐκαρτέρησας ἐπὶ Κύκλωπα* ac ne Homericis quidem versibus, qui hoc loco oratione soluta redduntur, convenit; veram manum scriptoris L solus servavit, in quo legitur: *ἐκαρτέρησας ὑπὸ Κύκλωπος ὁρῶσα τοὺς ἑταίρους δ.* omissis verbis *ὑπ' αὐτοῦ*, quae in altera familia codicum vitio vitium trahente interpolata esse apparet.

Iam missis his exemplis Praepositionum permutatarum — alia etiam afferre possum, sed quoniam nihil valent ad locum aliquem vitiose adhuc scriptum emendandum, praetermittenda existimo — superest, ut de aliarum Particularum permutatione pauca disseram. *Μέν* pro *δέ* et *δέ* pro *μέν* scriptum esse non modo A demonstrat, ubi p. 574 p. in. *ἀρτηρία δέ* pro *ἀρτηρία μέν* positum legimus, sed etiam MAFP, ubi p. 754 p. in. *ἐμοὶ δὲ φαίνεται* pro *ἐμοὶ μὲν φ.* invenitur. Idem mendum alio loco editores ignoraverunt, qui p. 774 p. in. tradiderunt: *ὁμοιότης μὲν γάρ ἐστι ταῖς ἡδοναῖς πρὸς ἀλλήλας. ἡ μὲν κοινότης*, ubi sententiae ratio *ἡ δὲ κοινότης* necessario requirit. Etiam *μέν* et *τε* confunduntur: p. 680 a. med. M *ἄλλον τε τρόπον* pro *ἄλλον μὲν τρ.* scriptum habet, p. 425 extr. MA(BChK) *ὡς καὶ ὁ Ποσειδώνιός φησιν ἐκείνου πρώτου τε εἶναι λέγων τὸ δόγμα, Πλάτωνα δ' ἐξεργάσασθαι*, ubi FP veram lectionem *πρώτου μὲν εἶναι* servaverunt. Itaque ego p. 538 p. in. *ἅμα τε — ἅμα δέ* non intactum reliqui, sed illud in *ἅμα μέν* mutandum censui. De Particularum *τε* et *δέ* confusione iam disputavimus in Progr. II, 20.

Deinceps, ut erat propositum, de *vocabulis* a librariis *omissis* dicendum est. Quorum cum ingens sit numerus, inprimis Articuli et Particularum, is, qui libros de Placitis emendaturus est, ubi vitiatum esse locum aliquem putat, primum id videat, omissisne uno pluribusve vocabulis vitiatus sit. Equidem non paucos locos explendis iis, quae excidisse videntur, reparari posse confido. Atque ut ab Articulo ordiar, in schedis CL sexagies fere eum excidisse, in M vero plus nonagies ac ne in A quidem ubique servatum esse certissimis argumentis repperi. Editores posteriores hoc et illo loco eum restituerunt, sed longe abest, ut rei plane satis

fecerint. Causae autem Articuli omittendi aut apertae sunt, si vel syllaba antecessit pariter similiterve cadens atque Articulus ipse, velut *αὗται αἱ, αὐτῶν τῶν*, vel si duo tresve Articuli concurrerunt (cf. Progr. II, 5 et 7) vel si Praepositio aliqua subsecuta est, aut in obscuro positae, si nulla eiusmodi causa interposita Articulus ante Substantivum, ante quod aliis locis poni solet, excidit. Quamquam in hac quidem re cautio quaedam emendatori adhibenda est, quoniam Galenus ipse in ponendo omittendove Articulo non eadem, qua veteres olim Graeci, constantia usus esse videtur. Quae omnia reputantibus nobis scribere visum est p. 213 med. *κατὰ τὰ τῶν δευτέρων ἀναλυτικῶν βιβλία* (cf. Progr. II, 4), p. 499 post med. *ἁμαρτημάτων τῶν κατ' αὐτήν* (L), p. 606 p. in. *τοῦτο αὐτὸ τὸ πνεῦμα*, p. 619 p. med. *πλείστου τοῦ συνεχοῦς*, p. 635 extr. *καὶ κατὰ τὰ τῶν ζῴων σώματα* (*καὶ κατὰ τῶν ζ. σ.* M, *καὶ τὰ κατὰ τῶν* ABCh, *καὶ τὰ τῶν* K), p. 657 in. *ἐκφυομένης τῆς μεγίστης φλεβός*, p. 660 p. in. *αὗται αἱ τέτταρες ἀποδείξεις*, p. 733 p. in. *τοιαύτη τέχνη ἡ λογιστική*, p. 751 ant. fin. *Μηνόδοτος ὁ ἐμπειρικός*, p. 766 p. med. *καὶ τούτων αὐτῶν τὸ περιέχον εἶναί τι φάντων* (*περιεχόμενόν τι φ.* MABChK), p. 775 sub fin. *πολλὰ συγγράμματα τὰ ψευδῶς λελεγμένα*. — P. 278 sub fin. *νευρώδη τῇ τοῦ σώματος ἰδέᾳ* (L), p. 708 p. in. *ὁποῖον μὲν οὖν τι τὸ τῆς ὁλκῆς ἐστιν*, p. 717 in. *τὴν τοῦ περιγενησομένου* (cf. Progr. nostr. II, 7), p. 721 sub fin. *τὴν τοῦ ἀγνοουμένου ὁμοιότητα*. — P. 470 p. in. *ἀλλὰ καὶ τοῖς περὶ τοῦ τέλους* (L), p. 723 med. *καὶ τὰ κατὰ φύσιν ἔχοντα*, p. 774 p. in. *κοινωνεῖν τὰ κατὰ τὴν διαιρετικὴν ὁδὸν εὑρισκόμενα* (P); p. 775 med. *δηλονότι τῆς ἐκ τῶν — ἀνόδου*. — P. 187 init. *τὸ μήτε τὴν καρδίαν τοῦ ἐγκεφάλου τι προσδεῖσθαι*, p. 200 sub fin. *ἐπεδείξαμεν τὴν ἀρτηρίαν*, p. 241 extr. *τοῦτο δὲ ὁ λόγος. καὶ ὁ λόγος ἄρα*, p. 476 p. med. *ὡς καὶ ὁ Ποσειδώνιος* (L), p. 486 in. *ἐγκρατείας ἡ γένεσις* (L), p. 575 med. *τιθέμενον τὴν ἀρχήν* (P), p. 650 sub fin. *τὴν νεύρων — ἀνατομήν*, p. 654 in. *τὸν ἐγκέφαλον εἶναι*, p. 704 ante med. *ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς*, p. 705 extr. *κατεχρήσατο ὁ θεός*, p. 731 extr. *τῶν ἀμφισβητησίμων*, p. 795 in. *ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς Πολιτείας* (cf. Progr. II, 10, 7).

Ab Articulo ad ceteras voculas transeamus ac primum de Praepositionibus, quae a librariis omitti solent, disputemus. Omittuntur autem *κατά*, velut p. 367 extr., ubi nos *καὶ γὰρ οὐ κατὰ αὐτὰ ταῦτα*, p. 775 sub fin., ubi *ἐπέδειξάν τε κατὰ πολλὰ συγγράμματα* restituimus; *ὑπό* p. 413 med., ubi *τὸν ὑπὸ Εὐριπίδου γεγραμμένον — διάλογον*, ib. extr., ubi *τὰ ὑπὸ* (vel *πρὸς*) *τοῦ Ἀχιλλέως — εἰρημένα*, p. 416 ante fin., ubi *τὴν αἰτίαν ὑπὸ αὐτῶν ῥηθῆναι* scripsimus; *διά*, quod p. 445 a. med. inter *γεγραμμένων* et *ὧν σὺ διῆλθες*, p. 652 in. ante *τῶν ἑαυτοῦ συγγραμμάτων*, p. 792 p. in. ante *παντός* inserendum esse existimavimus; *ἐν*, quod p. 305 med. in MA(BChK) ante *ἀνδρὶ φρονίμῳ*, p. 644 extr. ante *τοῖς πλείστοις*, p. 704 init. ante *τῇ πρώτῃ* (cf. supra p. 19), p. 716 a. fin. ante *ἡμῖν*, p. 776 a. fin. ante *ἀνθρώπῳ* excidit; *ἐκ* (*ἐξ*), quod p. 659 extr. ante *τῆς καρδίας* et p. 709 a. fin. ante *ἐκείνου* reparavimus; *περί* p. 548 med., ubi *τὴν περὶ τῶν πυρετῶν πραγματείαν*, p. 573 in., ubi *ἐν τοῖς περὶ τῶν φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασιν* scripsimus. Ex ceteris Particulis saepissime *ἄν* excidit idque in schedis CL plus decies, in M fere vicies, quae Particula quamquam ab editoribus, inprimis a Kuehnio (cf. supra p. 66), multis locis restituta est, tamen pluribus desideratur, velut p. 201 p. med., ubi non legendum est *ἔνθα ᾖ νευρὰ πολλά*, sed *ἔνθα ἂν ᾖ ν. π.* (cf. 429 in. *ἔνθα ἂν ᾖ τὰ πάθη*), p. 202 p. med., ubi pro *ἀποκριναίμεθα* edidimus *ἀποκριναίμεθα ἄν*, p. 411 a. fin. *ἔτι μᾶλλον ἂν ἐξείη*, p. 546 extr. *ἀναγκάσειεν ἄν* (cf. supra p. 66), p. 637 a. fin. *ἡνίκα ἄν*, p. 750 p. med. *ὧν ἂν ἄρχωσι* (cf. supra p. 69), p. 766 in. *καὶ ἐς ὅ τι ἂν ἕκαστος ἐθέλῃ* scribendum esse censuimus. Saepissime etiam *καί* excidit, quod decem fere locis reposuimus, *τε*, *μέν*, *δέ*, *γε*, *οὖν*, *ἤ*, *οὐκ*, *ὡς*, *ἀλλά*, velut p. 753 p. in., ubi legendum est *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατὰ κ. τ. λ.*

Non raro Pronomina exciderunt, velut *ἐγώ*, *ἡμεῖς*, *τις*, *τι*, *ὅς*, *ὅ*, *οὗτος* (cf. Programm. II, 14), *ἄλλος*; Numeralia *εἷς*, *δύο*, alia, Adverbia *πρῶτον*, *νῦν*, alia. Sed incuria librariorum non solum has voculas, sed etiam nomina et verba neglexit. Ac nomina quidem omissa esse haec exempla do-

cent, p. 426 p. med. nos πάσας ἴσας εἶναι restituisse supra (p. 88) demonstravimus; p. 546 post init. MABChK: ἡ γὰρ ὑπὸ τῆς φύσεως ἀρχὴ καταστάθεῖσα καὶ τὴν διδασκαλίαν ἀφ' ἑαυτῆς ἀναγκάζει ποιήσασθαι. Mancam orationem ex totius loci sententia sic explevimus, ut post ποιήσασθαι adderemus τὴν ἀρχήν; 'quod enim' inquit Galenus 'a natura constitutum principium est, id etiam doctrinam cogit a se initium institutionis sumere'; cf. paulo supra ὥστε οὐ χρὴ ζητεῖν ἄλλην μὲν ἀρχὴν τῆς τοῦ πράγματος φύσεως, ἄλλην δὲ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ. P. 563 a. med. post ἀποβλάστημα τῆς κοίλης inserendum censuimus φλεβός; p. 581 a. fin. ex auctoritate codicum FP περὶ τῆς τοιαύτης ἀρχῆς εἰπεῖν τι restituimus. P. 626 ante med. codd. et edd.: τῇ δ' οὖν ὄψει πρὸς τοῖς ἄλλοις ὑπάρχει καὶ θέσιν καὶ διάστημα συνδιαγιγνώσκειν τοῦ κεχρωσμένου σώματος, οὐδενὸς τῶν ἄλλων αἰσθέσθαι δυναμένου. Cum id agat Galenus, ut demonstret nullum alium sensum praeter visum posse discernere situm et distantiam corporis alicuius, et de simili re paulo antea dixerit μηδὲ τούτου δυναμένης αἰσθάνεσθαι αἰσθήσεως ἄλλης, sequitur h. l. inter τῶν ἄλλων et αἰσθέσθαι inserendum esse αἰσθητηρίων (cf. p. 628 init.), non per zeugma intellegendum, praesertim si quis cogitet eam esse orationem Galeni, quae et verbosa sit et varietatis studiosa. P. 728 post med. M: καὶ καταμαθεῖν, A(BChK): καὶ ἔστι καταμαθεῖν, ἔστι autem male intrusum servire complemento perspicuum est. (Exemplum simile vide in Progr. nostr. I, 15.) Itaque nos e Platone edidimus καὶ ῥᾴων καταμαθεῖν (cf. supra p. 38). P. 752 med. post verba κατὰ μέντοι τὸ περὶ ἀγμῶν inserendum est Ἱπποκράτης vel καὶ ὁ Ἱπποκράτης, quod nomen si deesset, lector ea, quae sequuntur, ad Socratem personatum vel Platonem revocaturus esset. Idem nomen p. 762 in., quem locum omnino mutilum codd. et edd. tradiderunt, ante ἔδειξε excidisse videtur. Verba autem cum alia, quae iam Charterius vel Kuehnius inseruerunt, tum haec mea quidem sententia exciderunt: p. 288 in. φαμέν inter φωνήν et εἶναι, p. 329 in. μέλλῃ ante διοικῆσαι inseruimus (cf. supra p. 63); p. 439 a. med. βούλεται inter αὐτῶν et εἶναι, quod

verbum aegre desideres; p. 524 p. med. post *ἄγε δή μοι τὴν εἰκόνα κἀπὶ τὰ ζῷα* excidit *μετένεγκε* vel tale quid; p. 587 init. MABChK: *ἐπειδὴ τοίνυν τῶν πρώτων ἤδη ὑπομνημάτων οὐκ ὤκνουν τινὲς ἐπαινεῖν, ὡς ἀληθεῖς, οὓς Χρύσιππός τε καὶ ἄλλοι τινὲς ὑπὲρ ἡγεμονικῆς* (lege *ἡγεμονικοῦ*, cf. supra p. 32) *ψυχῆς ἠρώτησαν λόγους κ. τ. λ.*; at quid faciamus Genetivis *τῶν πρώτων ὑπομνημάτων*? Equidem post *ὑπομνημάτων* excidisse *γεγραμμένων* arbitror, cf. p. 591 ante fin. *ἐκ πολλοῦ γεγραμμένων τῶν πρὸ τούτου βιβλίων*. P. 588 p. med. editores orationi, praeterquam quod post *ἡγεμονικόν* verbum *εἶναι* excidisse non senserunt, praepostera interpunctione tenebras obduxerunt. An quisquam per illas salebras eluctabitur: *ἐδείχθη γὰρ ἀπ' αὐτῆς τοῦ ζητουμένου πράγματος τῆς οἰκείας φύσεως ἢ οὐσίας ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν ἐθέλῃ τὴν πίστιν ἔχον ἡγεμονικὸν, ἁπάντων νοούντων καὶ λεγόντων τὸ κατάρχον αἰσθήσεώς τε καὶ τῆς καθ' ὁρμὴν κινήσεως*? Nos ita locum effinximus, ut iam clara sit sententia: 'demonstratum enim est, ex ipsa rei, de qua quaeritur, vel natura propria vel substantia vel utcunque volueris appellare, illud fidem habere, principatum animae id esse (id quod omnes intellegunt et dicunt), unde et sensus et voluntariae motionis principium duceretur.' P. 593 extr. post *εἰ δὲ καὶ τὸν θυμὸν* inseruimus *ἔχομεν* et p. 786 in. post *τὴν αὐτὴν οὖν ἔννοιαν* Participium *ἔχοντες*, p. 628 p. med. post *ἐν τοῖς πέρασιν* Participium *ὑπάρχον*, quod ad orationis integritatem utique necessarium est; p. 652 med. locum ab editoribus mancum relictum ita restituimus, ut post *περὶ παθῶν* verbum *ἦν*, post *οἱ ἀπ' ἐκείνου* verbum *εἶπον*, post *τὰ πάθη* Particulam *καί* (cf. supra p. 34) adderemus; p. 799 a. med. inter *οὐδαμῇ* et *ἑστάναι ἐστιν* inseruimus (cf. supra p. 27).

Nec vero singula solum vocabula, sed plura etiam simul omissa a librariis esse invenimus. Atque in M quidem permulta idcirco excidisse, quod librarius sive codicis sive propositi exemplaris eodem vocabulo vel vocabulorum exitu brevi intervallo a Galeno repetito deceptus ad alium versum aberraverit, iam in Progr. I, p. 7 et supra p. 16 commemoravimus. Quin etiam accidit, ut integra pagina propositi exemplaris

praetermitteretur. Nam fol. 76ᵃ, 24. 25 *φυλακὴν πόλεως· τοῦτ' ἐπισημουσυνήμενος ὥσπερ ξύνεσιν ἔχον* scriptum legimus, quorum verborum priora *φυλακὴν πόλεως* p. 741 a. med., posteriora *τοῦτ' ἐπισημηνάμενος ὡς παραξύνεσιν* (nam sic legendum) p. 745 p. med. inveniuntur omissis septuaginta duobus editionis Kuehn. versibus, qui quatuor et quadraginta versus vel integram paginam codicis conficiunt, si quidem eum, unde M descriptus est, totidem fere lineas, quot M, habuisse conicere licet. Sed non solum in M, sed etiam in CL ceterisque codd. vestigia neglegentiae ex homoeoteleutis natae deprehenduntur, velut in L p. 261 ante med. *ὁ λόγος ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου* pro illis *ὁ λόγος ὑπὸ τῆς διανοίας ἐκπέμπεται· ἡ δ' ἑτέρα, ὁ λόγος ἐκ τοῦ ἐγκ.* scriptum exstat omninoque idem genus vitii plus decies recurrere repperimus; codicem editionis Aldinae, quamquam multo rarius quam M hac in re deliquit, tamen nequaquam culpa vacare variis exemplis probari potest, quae tamen plerumque non illius propria, sed cum M communia sunt, ut intellegas iam in archetypo familiae, unde MA originem trahunt, hoc in genere peccatum esse. P. 486 p. med. inter *προσίεσθαί τι καί* et *φεύγειν* Infinitivi *ἀπαρνεῖσθαι καὶ διώκειν* desunt, quos L servavit; p. 347 p. in. legimus in MA(BChK): *συνάγων ὡς ταὐτὸν αὐτὰ καθάπερ*, pro quo nos coll. p. 362 ant. fin. restituimus *συνάπτων εἰς ταὐτὸν καὶ τὸ ἐπιθυμητικόν, καθάπερ*; p. 696 ante fin. MABChK: *ἀλλ' ἐκεῖνά γε δυνατὸν ἦν αὐτῷ παρ' αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως μεμαθηκέναι τὰ λελεγμένα κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς ἐν τῇδε τῇ ῥήσει*, quem locum corruptum ita sanavimus, ut inter *μεμαθηκέναι* et *τὰ λελεγμένα* insereremus *καθάπερ γε καὶ* hoc sensu: 'Sed et haec (de quibus modo disputatum est) Plato potuit ex ipsa rerum natura cognita habere et illa, quae in Aphorismis Hippocrates hisce verbis dicit'; p. 773 p. med. codd. et edd.: *πρὸς τὸν ἐρόμενον, εἰ δοτέον οἶνον τοῖς πυρέττουσιν, ἀποκριτέον, ὡς τῷδε μέν τινι δοτέον ἐστί;* mancam orationem explevimus scribentes *ὡς τῷδε μέν τινι δοτέον, τῷδε δὲ οὐ δοτέον ἐστί;* p. 801 ante fin. sex fere *στίχους* e loco Platonico, quem Ga-

lenus laudat, excidisse iam Cornarius vidit nec facere potuimus, quin eos in textum reciperemus (cf. supra p. 17).

Reliquum est, ut de vitiis, quae in *additamentis verborum sive unius sive plurium* cernuntur, disseramus. Eorum autem genus duplex est. Aut errori librariorum debentur bis scribentium, quae semel scribenda erant, aut consulto a correctoribus facta sunt orationi aliquid temere inicientibus. Utrumque genus in codicibus nostris admodum frequens est. Ac prioris, quod dittographiae nomine complectimur, variae species sunt: una, quod idem sive ex uno sive pluribus vocabulis constans repetitur, velut in M, ubi p. 536 ante med. post καθαρτικὰ τῶν περιττωμάτων verba, quae antecedunt, inde a τοῦ αἵματος repetita leguntur. Insignis vero in eodem codice dittographia est, quam in fol. 59ᵃ p. med. deprehendimus, ubi librarius postquam descripsit verba ἐγκεφάλου τὸ δικτυοειδὲς ἰδὼν (sed hoc expunctum) πλέγμα (p. 609 init.), recurrit ad verba γιγνόμενον ἐκ τῶν ἐρχομένων εἰς τὴν κεφαλὴν ἀρτηριῶν (p. 607 a. med.) atque ita viginti fere στίχους exemplaris propositi repetiit. Fortasse autem iam in codice, unde descripsit, hanc iterationem verborum invenit. Eiusmodi errores ab editoribus facili negotio animadverti et tolli potuerunt nec tamen omnes sublati sunt, ut p. 395 extr., ubi legimus ἡ δ' αὐτὴ μάχη κἂν ἐν τῷ κρίσεις τε φάσκειν εἶναι τὰ πάθη κ. τ. λ.; aut scribendum fuit καὶ ἐν aut κἂν τῷ κρ., pp. 567 extr. 568 in. MABChK: ὥσπερ οὖν τὸ τῆς γαστρὸς λείψανον ἐπιτήδειον γίγνεται, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς μεθ' ἧπαρ ἅπασι τὸ τούτου πάλιν αὐτοῦ περιττὸν οὐδ' οὖν οὐδ' αὐτοῦ τοῦ ἥπατος — ἀλλοιώσαντος τὴν τροφὴν κ. τ. λ.; in exemplari, unde MA deducuntur, fortasse οὐδ' οὐδ' αὐτοῦ scriptum erat, postea a correctore dittographiae vitium ignorante οὖν insertum est; nos οὐδ' οὖν delevimus.

Altera species dittographiae in eo cernitur, quod exitus syllabae aut idem aut qui vel forma litterarum vel pronuntiandi consuetudine similis est, repetitur, velut in MA p. 645 p. med. ῥᾳδίως ὡς εἰ πρότερον μὲν, ubi Chart. ὡς delevit; p. 715 med. τὸ δὲ σκώπτειν — προπετὲς, οἷον ἂν καὶ τὸ

παραῤῥεῖν τι τοῦ πόματος κ. τ. λ., ubi Chart. ἄν recte ille quidem eiecit, sed ἐστι praeter necessitatem substituit; p. 714 extr. in M scriptum est ἐπί τοι δὲ καὶ περὶ φλεγμονῆς γενέσεως, in ABCh ἐπεί τοι δὲ, in K ἐπείτοι deleto δέ, nos scripsimus ἔτι δὲ (cf. supra p. 69). Persaepe autem accidit, ut syllaba prima sequentis vocabuli scribendo tanquam anticipata sit, velut in M p. 472 ante fin. ἐν τοῖς τοιοῖσδε ῥυθμοῖς, p. 337 in. καίτοι τί λέγω καὶ καθ' ἕν; in MA p. 488 extr. καθ' ὅσον δὴ διψῇ. Quodsi et illam et hanc consuetudinem librariorum editores cognitam habuissent, textum vitiis non paucis purgare potuissent; itaque p. 404 post med. non scripsissent ὁ ἐν τῇ ψυχῇ λέγεται τόνος ὡς εὐτονία καὶ ἀτονία, sed ὡς eiecissent, nec p. 421 ante med. καὶ θεῖον ἀποκαλεῖ ὡς καὶ πρεσβεύων intactum reliquissent, sed restituissent ἀποκαλῶν καὶ πρ., quod FP praebent (cf. supra p. 76). P. 529 in. ediderunt: ἀλλὰ γὰρ ὁ διασκευάζων ᾤετο λήσεσθαι μᾶλλον ἢ εἰ τῷ τέλει παρέγραψεν, nos ἤ expunximus; p. 581 med. non viderunt Articulum τό post γίγνοιτο eiciendum scribendumque esse αἰσθανόμενον γίγνοιτο ἐπήκοον; p. 611 p. med. scripserunt καὶ πότερον ἐγχώριόν τέ τι καὶ σύμφυτον αὐτοῖς εἶναι (lege ἐστι) τοῦτο (sc. τὸ πνεῦμα) τὸ πληττόμενον ὑπὸ τοῦ παρὰ τῆς ἀρχῆς ἥκοντος κ. τ. λ.; nos illud τό exterminavimus a sententia loci alienum; p. 621 p. in. nos sententiae ratione habita dedimus ὁμοειδὲς δὲ κατὰ τὴν οὐσίαν τὸ νεῦρον, MABChK contra ὁμ. δὲ καὶ κατὰ τ. οὐσ. τ. ν. (cf. p. 99); idem καί ante κατά p. 803 med. sustulimus scribentes ἕκαστον γὰρ τῶν ὄντων — οὐ μὴν καὶ πάσχειν κατὰ δύναμιν, ἀλλὰ κατὰ ἀσθένειαν μᾶλλον (ἀλλὰ καὶ κατ' ἀσθ. MABChK); p. 661 p. med. ἐκ γὰρ τῆς πρός τι προσηγορίας, non ἐκ γὰρ τοῦ τῆς κ. τ. λ. edidimus; p. 676 p. in. τεττάρων γὰρ ὄντων γενῶν, non ὄντων τῶν γ., praesertim cum idem locus Platonicus p. 665 med. recte in MA traditus sit. Aliis locis Platonicis alia vocabula eiecimus, velut p. 755 ante med. non τοιόνδε δὲ ἕκαστον, sed τοιόνδε ἕκαστον edidimus, p. 759 p. in., ubi MABChK: οὐκ ἐπ' ἀπείρον φύσιν ἀεὶ δὴ βλέπειν εὐθύς, nos non dubitavimus restituere φύσιν δεῖ βλέπειν; nam illud *ΑΕΙ* pro *ΔΕΙ* scriptum,

δή autem ex dittographia natum esse quis est quin intellegat? p. 799 p. med. non ὥς ποτέ τοί τι ἄν, sed ὥς ποτέ τι scripsimus.

Tertia species dittographiae est, cum vocabulum unum vel plura post intervallum quoddam repetuntur. P. 447 in. et in M et in L legitur καθ' ὃ δὴ καὶ μάλιστα μόριον δὴ τῆς ψυχῆς, alterum δή A exterminavit; in MA p. 651 p. in. εἴς τε τοὺς ῥητορικούς τε καὶ τοὺς σοφιστικούς, alterum τε K removit. Sed non omnibus locis editores hoc vitiorum genus agnoverunt. P. 286 p. med., ut unum exemplum afferam, nos non, quemadmodum MABChK πρὸς τούτοις δὲ καὶ τὸ τέταρτον ἀπὸ τῶν σοφιστικῶν λημμάτων scripsimus, sed ἀπό eiecimus haud dubie ex antecedentibus ἕτερα δὲ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν μαρτύρων, ἔνια δὲ ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων natum. P. 410 p. med. scribendum esse censuimus ὁμοίως (cf. supra p. 98) δὲ τοῖς προγεγραμμένοις ἔχει καὶ τάδε eiectis, quae inter προγεγραμμένοις et ἔχει interiecta sunt in codd. et edd. καὶ τὰ οὕτως ὑπὸ τοῦ Χρυσίππου λεγόμενα, καθάπερ, quae quidem ex praegressis καὶ τὰ οὕτως — λεγόμενα repetita addito καθάπερ verborum cum sequentibus conectendorum causa videntur. P. 425 med. scripsimus οὕτω γὰρ ἥ τε τοῦ λόγου μάχη καὶ διαφορὰ πρὸς τὰ πάθη εὑρεθήσεται eiecto altero τε post μάχη in codd. praebito. Idem fecimus p. 348 ante fin., ubi τε post ἑξῆς delevimus. P. 446 extr. LMA: αἱ μὲν γὰρ ἔννοιαι καὶ αἱ προλήψεις ἐνέργειαι τῆς ψυχῆς; equidem alterum αἱ delevi coll. p. 445 ant. med. ἑκάστην τῶν ἐννοιῶν καὶ προλήψεων; ibid. extr. ἀλλά τοι τάς γε ἐννοίας καὶ προλήψεις. P. 568 extr. MABChK: τὸ γοῦν τῆς γαστρὸς σῶμα τὸ ἴδιον οἷον οὐκ ἄλλο τῶν πάντων ἐστίν; τό ante ἴδιον expunxi, cum sententia haec sit: 'Ventris corpus habet proprium quiddam, quod diversum ab omnibus aliis est'; cf. ea, quae antecedunt: ἕκαστον τῶν ὀργανικῶν τοῦ ζῴου μορίων — πάντως ἴδιόν τι τοιοῦτον ὑπάρχει κατὰ τὴν οὐσίαν, οἷον οὐκ ἄλλο καθ' ὅλον τοῦ ζῴου τὸ σῶμα. P. 589 med. ὥσπερ γὰρ ἀναιρεῖται τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, εἰ μόνον εἴη τὸ λογιστικὸν τῆς ψυχῆς αὐτῆς in codd. et edd. scriptum est; at τῆς ψυχῆς ex antecedente repetitum et αὐτῆς Genetivo

accommodatum videtur; itaque nos eiecto *τῆς ψυχῆς* scripsimus *τὸ λογιστικὸν αὐτῇ*. P. 703 in. K edidit: *ὅταν οὖν ψυχῇ τὸ σῶμα διὰ κρύος ἢ φάρμακον, ἢ οὐδενὸς τῶν ἄλλων ἀλλοιουμένου τῶν κατ' αὐτὸ, παύονται μὲν αὐτίκα αἱ τῶν ἀρτηριῶν κινήσεις κ. τ. λ.* Nos *ἤ* ante *οὐδενός* repetitum quamquam etiam in MA exstans ita exstirpavimus, ut a verbis *οὐδενὸς τῶν ἄλλων* apodosin incipere statueremus atque ideo comma post *κατ' αὐτό* deleremus. Non raro autem factum est, ut repetitum vocabulum aliud e loco suo moverit, velut p. 486 extr., ubi in MA *τὴν περὶ τῶν πραγμάτων ζήτησιν εἰς τὴν περὶ τῶν πραγμάτων ἀμφισβήτησιν ἀπάγει* scriptum est; K restituit *εἰς τ. π. τ. ὀνομάτων ἀ.*, quod nunc Laurentiani scriptura confirmatur. Atque ut librarius syllabam verbi sequentis praesumsit, ita verba quoque integra vel plura vel unum ad alteram lineam oculis aberrans prius descripsit quam par erat, velut in MA p. 282 extr., ubi scribitur *ὅταν ταῦτα ὁ Διογένης γράφῃ 'περὶ μὲν οὖν τοῦ τὴν οὐσίαν εἶναι τῆς ψυχῆς ἀναθυμίασιν εἴτ' οὖν ἐκ τροφῆς κ. τ. λ.*, prius illud *οὖν* bene omisit L. Aliud exemplum exstat p. 521 p. med., de quo iam supra p. 66 disputavimus.

De dittographiae genere triplici satis dictum est. Alterum autem genus, in quo versatur ea, quae vere proprieque appellatur, interpolatio, latissime patet nec tamen ab editoribus satis cognitum est; quamobrem permulta nobis eicienda reliquerunt. Ac primum quidem nobis animus advertendus erat ad Particulas *καί, τε, μέν, δέ, γάρ, οὖν* aliasque, quae crebro a correctoribus interpositae orationem deturparent. P. 398 in. Bakius (l. l. p. 205) locum quendam Posidonii antea plane obscurum perspicuum reddidit deleto *καί* ante *μηδένα λόγον προσίεσθαι* illato, cuius haec est sententia: 'si magnitudo eorum, quae vel bona vel mala apparent, opinionem ita movet, ut rectum conveniensque esse arbitremur illis tum praesentibus tum adventantibus ne rationem quidem admittere, quamobrem alio modo iis moveri debeamus.' Infinitivus *προσίεσθαι* aptus est ex *καθῆκον καὶ κατὰ ἀξίαν εἶναι*, quam structurae rationem non intellegens corrector archetypi, unde MA deducuntur, *καί* perperam inseruit.

Eandem voculam aliis locis inseruit, velut p. 677 extr. οὐ τα στοιχεῖα δήπουθεν, ἀλλὰ καὶ τὰ προσεχῶς γεννητικά, p. 799 p. in. κινεῖσθαι καὶ ὅταν δέ, p. 793 ante med. ὥσπερ οὖν ταῦτα περὶ ψυχῆς εἶπεν ἄχρι τοῦ πιθανοῦ — προειρημένα (lege προερχόμενα, cf. supra p. 53), καὶ διὰ τοῦτο κἀγὼ κ. τ. λ., p. 800 extr. τοῦ τε ἀκριβῶς λεγομένου ταὐτοῦ, καὶ τοῦ παχέος τε καὶ πλατέος. Particula τε cum aliis tum his locis interposita est in MA(BChK): p. 253 extr. τοῦτο σφῆλαν τόν τε Ζήνωνα πρῶτον, ubi L recte τε omisit, p. 375 p. in. διὰ τὴν τῶν κατὰ μέρος αἰτίων, ὅσα τε κινεῖ τὴν ὁρμήν, ἄνισον δύναμιν (cf. p. 376 extr. τῇ τοιαύτῃ συμπλοκῇ τῶν τὰς ὁρμὰς κινούντων αἰτίων); p. 423 ante fin. καὶ τιμῆς καὶ πάντων τε τῶν τοιούτων, p. 672 med. καὶ τήν τε πρώτην διάπλασιν, p. 768 p. in. τοῖς τε γὰρ ἐγνωσμένοις, p. 775 med. τὴν ἐκ τῆς κατὰ διαίρεσίν τε τῶν γενῶν. Particula μέν non solum in locis Platonicis, velut p. 292 med. ἅμα μὲν τῶν φλεβῶν vel p. 669 ant. fin. ἄρξει δὴ τό τε πρῶτον μὲν εἶδος, sed alibi etiam inserta videtur; p. 208 in C init. ἀλλ' ἐξ ἀκολουθίας μέν τινος ἐλπισάντων, p. 670 ante fin. in MA(BChK) κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ τὰ μὲν τῆς φωνῆς στοιχεῖα γεννᾶν. Particula δέ in M saepissime, sed in A quoque hic illic inculcata est, velut p. 332 sub fin., ubi in MA ἡμεῖς δὲ καὶ περὶ τοῦ λογιζομένου, in BChK perperam ἡμεῖς δὲ εἰ κ. τ. λ. legitur, quo de loco cf. Progr. II, 18, 6. Atque etiam οὖν corrector vel interpolator pluribus locis inculcavit. P. 512 ante med. in M legimus: διὰ ταύτας μὲν οὖν ἤδη τὰς αἰτίας, in A διὰ ταύτας μὲν ἤδη τ. αἰτ.; L solus recte: διὰ ταύτας μὲν δὴ τὰς αἰτ.; p. 375 extr. MA: εἰ μὲν οὖν ἀντισπῶντος, sed illud οὖν nullum ibi locum habere quivis perlecta periodo intellegit, nec magis p. 592 ante med. in apodosi ἠναγκάσθημεν οὖν αὖθις ἡμεῖς. Particula γάρ tollenda fuit p. 785 ante med., ubi inter εἴτε et ὄντως ἑκατόν interposita orationem facit impeditissimam. Etiam ἤ perperam inculcatum saepius in codd. invenimus, velut, ut alios locos mittam, his locis Platonicis, p. 718 p. in. ῥεῖν ἢ ὥσπερ, p. 740 extr. γυναικὶ δ' οὐδέν; ἢ καὶ πῶς; — His particulis accedit ὡς, quod in C intrusum legitur p. 187

med. *ἀποφηνάμενον ὡς — χαρίζεσθαι*, p. 214 p. med. *ὡς ἐν ἑτέρᾳ πραγματείᾳ δέδεικται*; in MA p. 386 in. *ἐπιδεικνὺς ὡς οὐδὲ καθ' ἓν αὐτῶν ἄλογον εἰρῆσθαι* (in C recte omissum), p. 666 post in. *ἐὰν ἐννοήσωμεν ὡς — συγχωρεῖσθαι* (lege *συγχεῖσθαι*, cf. supra p. 28). Particula *μή* intrusa est p. 315 init. in MA(BChK) *εἶτα μὴ συνεὶς τῆς θαυμαστῆς δὴ ταύτης ἀπεραντολογίας*, p. 800 med. *τἀναντία μὴ περὶ ταὐτὸν σῶμα συμβαίνειν*; utroque loco *μή* prorsus alienum est ab iis, quae Galenus exponere vult.

Praeter has particulas etiam Praepositiones correctores interposuerunt, velut in C p. 200 extr. *περὶ τῶν ἐν τοῖς ζῴοις ἔγραψε*; nos *περὶ ζῴων μορίων* restituimus (cf. supra p. 44), et in MA p. 791 med. *προσθέντας δ' ἐν αὐτῇ τὸ γεννητόν*. Sed, ne longus sim, missis his Particulis ad Articulum accedam, quem praeterquam quod ipse Galenus, ut supra diximus, in eius usu sibi non constat, a librariis et correctoribus male tractatum esse, quippe qui modo per neglegentiam omitteretur (cf. supra p. 106) modo sive errore sive consilio adderetur, permultis locis cognovimus. Hic nonnulla exempla interpolati Articuli afferamus. P. 258 p. in. *ταὐτὸ φυλάττων τὸ ὑποκείμενον πρᾶγμα* in MA legitur, *τὸ* ante *ὑποκείμενον* in L recte omittitur; idem codex p. 263 in. non, ut MA *τὰ συνάπτοντα τὴν καρδίαν ἐγκεφάλῳ*, sed *τ. σ. καρδίαν ἐγκ.* scriptum habet (cf. supra p. 21) et p. 489 sub fin. *ὅταν ἐγγένηται ἐκ λογισμοῦ*, non *ἐκ τοῦ λογισμοῦ*, quemadmodum MA; sed eundem codicem negari non potest vicissim Articulum multis locis habere, ubi in MA recte deest. — P. 451 ante med. LMA(BChK): *τὴν μὲν συμφωνίαν τε καὶ συμμετρίαν — (ἀποφηνάμενος) ὑγίειαν, τὴν δὲ συμμετρίαν τῶν κινήσεων τὸ κάλλος*; codd. FP recte *τό* omiserunt. — P. 417 in. *κατὰ γὰρ τὴν γνώμην αὐτοῦ μᾶλλον τὴν μεγάλου κακοῦ* M, *τοῦ μεγ. κ.* A(BChK), nos *μεγάλου κακοῦ* edidimus. P. 522 med. MA *ὡς ἀρτηριῶν μὲν ἡ καρδία, τῶν νεύρων δ' ὁ ἐγκέφαλος*, nos *τῶν* delevimus; p. 525 post med. libri habent *τὸ μέσον δ' ἀμφοῖν ἡ ἀρχὴ τοῦ φυτοῦ*, *ἡ* delendum fuit; p. 642 med. non *πεφωτισμένος γὰρ ὑφ' ἡλίου τοιοῦτόν ἐστιν ἤδη τὸ τῆς ὄψεως ὄργανον*, sed *ἤδη τῆς ὄ. ὄργανον* scripsimus.

Nec vero tales solum voculae, sed etiam aliae voces sive singulae sive plures in textum immissae sunt. P. 405 p. med. MA(BChK) versum Euripideum (Androm. 629) sic reddiderunt: σὺ δ' ὡς ἐσεῖδες μαστὸν ἐκείνης, ἐκβαλὼν ξίφος, in quo ἐκείνης explanandi causa additum in textum irrepsisse apparet, nec minus p. 407 extr. Genetivus αὐτῶν post ἐπιλαθομένους intrusus est, quod e Platonis Rp. III p. 413 B videre licet, unde Galenus locum mutuatus est. Eundem Genetivum sustulimus p. 644 in., ubi MA τῇ δέ γε πρὸς αὐτὸ κοινωνίᾳ τὸ κατὰ τὰς ὄψεις αὐτῶν πνεῦμα φωτοειδὲς γίγνεσθαι. P. 537 a. med. αὐτό post θερμότερον et p. 759 a. med. τοῦτο post μὴ ἐπὶ τὸ ἕν a correctoribus additum exstirpavimus. Etiam verbum substantivum εἶναι non raro temere adiectum invenimus, velut p. 655 med. in MA (BChK): ἡ δ' ἀρχὴ τῶν νεύρων ἐν ἐγκεφάλῳ ἐστίν, quod verbum si Galenus addidisset, syllogismum universum non ex undequadraginta syllabis, sed quadraginta una constare dicturus fuit; p. 677 post in. ἐστιν post ἐμφυσήμασί τε καὶ οἰδήμασιν et p. 731 med. εἶναι post δύναται illatum eiecimus.

Sed multa alia vel glossematum vel interpolationum exempla exstant. P. 232 in. καὶ περὶ τοῦ τρωθῆναι τὴν τραχῇ (sic) ἀρτηρίαν τὴν φάρυγγα σαφῶς ἔστιν ἰδεῖν M, τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν τὸν φάρυγγα σ. AB, τὴν φάρυγγα σαφῶς C nec dubium, quin τὴν τραχεῖαν ἀρτ. pro glossemate habendum sit. Statim sequitur in CM ἐπί γε τετρωμένῃ τῇ φάρυγγι, non τῇ ἀρτηρίᾳ, quemadmodum ab Aldinae editoribus scriptum est. P. 297 edd. versum Homericum (Il. XI, 12) sic tradiderunt: κραδίῃ ἄληκτον πόλεμον πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι; ut nihil dicam de κραδίῃ, pro quo M recte καρδίῃ i. e. καρδίῃ praebet, πόλεμον intactum eos reliquisse valde mirandum est. P. 589 p. init. τὸν Χρύσιππον post αὐτὸν ἑαυτῷ διαφερόμενον moleste illatum eiecimus et ibid. p. med. non, quemadmodum MABChK τάς τε περὶ τῆς ψυχῆς διαφορὰς τῶν ἀρετῶν ἐν τέτταρσι βιβλίοις ὑπὸ Χρυσίππου γεγραμμένας βασανίζων, sed τά τε περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν ἀρετῶν — γεγραμμένα expuncto ψυχῆς edidimus; p. 643 ante fin. λεκτέον αὐτὴν eiciendum esse (cf. supra

p. 76) iam in Progr. II, 20 demonstravimus; p. 669 ante med. Galenum non dixisse *τὸ μὲν ἰσόπλευρον τρίγωνον ἐκ τριγώνων ὀρθογωνίων δυοῖν γενέσθαι* perspicuum est. P. 803 MABChK: *ἕκαστον γὰρ τῶν ὄντων δρᾶν μέν τι δύναται καθ' ἣν ἔχει δύναμιν ἡγούμενος, οὐ μὴν καὶ πάσχειν κατὰ δύναμιν κ. τ. λ.* Illud *ἡγούμενος* orationem importune turbans eiecimus.

Possum multa alia eiusmodi exempla afferre, sed haec iam relinquo, ut de vitiis, quae in collocatione verborum posita sunt, disputem. In ordine enim verborum MACL non raro inter se discrepant, cuius rei haec potissimum causa est, quod ille vitiose a librariis utriusque familiae commutatus est. Velut in C p. 188 p. in. *τὰ μὲν ἐξ ἐγκεφάλου τῶν νεύρων ἄντικρυς ἐκπεφυκότα* pro *τὰ μὲν τῶν νεύρων ἐξ ἐγκ. ἀ. ἐκπ.*, p. 224 extr. *διαλεκτικῶν τε καὶ σοφιστικῶν καὶ ῥητορικῶν* pro *διαλεκτικῶν τε καὶ ῥητορικῶν καὶ σοφ.* (sic MA recte, cf. p. 220 sub fin. *καὶ ταύτῃ διήνεγκεν ἐπιστημονικὸν ἀποδείξεως λῆμμα ῥητορικοῦ τε καὶ γυμναστικοῦ καὶ σοφιστικοῦ*, p. 221, 222, 273 med.), p. 266 in. *καρῶδες τὸ ζῷον, αὐτοῖς ὅπερ ὄνομα βούλεται* pro *ὅπερ αὐτοῖς* (MA) *ὀ. β.*, p. 299 extr. *πάντα ταῦτα μὲν γάρ* pro *ταῦτα μὲν γὰρ πάντα* (MA) librarius locavit, idem (in L) p. 453 extr. post *οὐκ ὀλίγας οὔσας* verba *ἐν πολλοῖς τῶν συγγραμμάτων* omisit omissaque post *ἐν οἷς ὑπὲρ ὑγιείας τε καὶ κάλλους* inepte posuit. Nec magis in locis nonnullis Platonicis ordinem verborum servavit, velut p. 451 extr. *ῥητέον περὶ ψυχῆς* collocans pro *περὶ ψυχῆς* (M) vel *π. ψυχὴν ῥητέον* (AFP codd. Plat.), p. 489 extr. *διὰ νοσημάτων τε καὶ παθημάτων* pro *διὰ παθημάτων τε καὶ νοσημάτων* (MA codd. Plat.), p. 492 p. in. *ἐνίοτε πολεμεῖν* pro *πολεμεῖν ἐνίοτε* (MA Plat.), p. 496 p. med. *οὐκ ἐγείρεσθαι θέλει πρὸς τούτων* (l. *τοῦτον*) *αὐτῶν θυμός* (l. *αὐτοῦ ὁ θ.*) pro *οὐκ ἐθέλει πρὸς τοῦτον αὐτοῦ ἐγείρεσθαι ὁ θυμός*. In his aliisque locis similibus verborum collocationem male inversam esse in aperto est nec disputatione eget; in aliis autem dubitari potest, utrius collocatio praeferenda sit, codicis Laur. et Cant. an familiae codicum MA. Quamquam plerumque considerata Galeni consue-

tudine dicendi quaestio facile solvi potest. P. 261 sub fin. L habet *τῆς κινήσεως τὴν ἀρχὴν ἐπιπεμπούσης τῆς κεφαλῆς*, MA *τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως κ. τ. λ.* rectius, cf. p. 248 p. med. *ἀρχὴν κινήσεως ἐπιπέμψαντος τοῦ ἡγεμονικοῦ*, ibid. sub fin. *τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως αὐτὸς ἐπιπέμψει*, p. 255 p. med. *τὴν ἀρχὴν τῆς ἐνεργείας — ἐπιπεμπούσης τῆς κεφαλῆς*, ibid. sub fin., p. 261 extr. *τὴν ἀρχὴν τῆς δυνάμεως*, p. 262 extr. *τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως — ἀπὸ ἐγκεφάλου καταφέρεσθαι*. P. 229 a. med. in C legimus *τὰ τῆς ἀρτηρίας τῆς τραχείας*, in MA *τὰ τῆς τραχείας ἀρτηρίας*, quemadmodum plurimis aliis locis, velut p. 229 sub fin., p. 231 med., p. 237 med., p. 714 ante med., p. 715 p. med., p. 718 p. med., p. 719 p. med. etc. P. 382 in. *τὸ γὰρ κρίνειν ἔργον ταύτης εἶναι* L, *ταύτης ἔργον* MA melius, nam non in *ἔργον*, sed in *ταύτης* vis sententiae inest. P. 455 p. med. *ἐν μὲν τῳ περὶ ψυχῆς προτέρω* L, *ἐν μὲν τῷ προτέρῳ περὶ ψυχῆς* MA recte; cf. p. 215 in. *ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ψυχῆς*, p. 289 p. in. *κατὰ τὸ πρότερον περὶ ψυχῆς*, p. 328 post med. *κατὰ τὸ πρῶτον περὶ ψυχῆς*, p. 358 sub fin. *ἐν τῷ προτέρῳ περὶ ψυχῆς*, p. 364 p. med. *κατὰ τὸ πρότερον περὶ ψυχῆς βιβλίον*. Sed sunt quidam loci, ubi rem diiudicare difficillimum est, quoniam, dummodo codicibus fidem habere liceat, Galenus ipse in quorundam verborum collocatione sibi non constans fuisse videtur. P. 229 p. in. *μετὰ δὲ ταῦτα ἤδη* C *μετὰ ταῦτα δὲ* MA; utramque locationem huic locutioni adhibuisse Galenus videtur, nam p. 214 p. in. *μετὰ ταῦτα δὲ* in CMA et p. 323 a. med. *μετὰ ταῦτα δ' ὁ Χρύσιππος* in MA, at p. 672 post med. et p. 764 in. aliisque locis *μετὰ δὲ ταῦτα* collocatum invenimus. P. 230 post med. *καθάπερ δορυφόρους τινάς* C, *καθάπερ τινὰς δορυφόρους* MA; illum non minus saepe quam hunc ordinem tenuit Galenus, quod multis exemplis ex utraque familia codicum petitis demonstrari potest. P. 281 p. med. *οὔτε τῶν λόγων τούτων ἰσχυρὸς οὐδεὶς* L, *οὔτε τούτων τῶν λόγων* MA; haec quidem collocatio multo frequentior, sed illa neutiquam sine exemplo est: nam p. 190 p. in. *τὴν ἀρτηρίαν ταύτην* in C, p. 563 med. *τὴν κίνησιν ταύτην*, p. 607 p. in. *τὸ πνεῦμα τοῦτο* in MA legimus. Haec et cetera,

quae in simili genere versantur, ita tractare tutius esse existimavimus, ut, quoniam e cod. CL pauciora exstarent quam ut de collocationis verborum virtutibus vitiisque satis recte iudicare possemus, in re dubia alterius familiae fidem quamvis suspectam sequeremur.

Nec desunt tamen loci, ubi schedae Laur. et Cant. solae ordinem verborum rectum, si usum Galeni aliis locis comprobatum spectes, servaverunt. P. 222 extr. *οὗτος μὲν ἐκμανθάνει πρῶτον ἀριθμοὺς ἅπαντας — ἐφεξῆς δὲ* MA, *οὗτος ἐκμ. πρῶτον μὲν* melius C; *μέν* in MA vitiose collocatum esse etiam alii loci docent, velut p. 503 p. med., ubi illi *οὐ περὶ μὲν τοῦ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον εἶναι τὸ λογιζόμενον, ἐν καρδίᾳ δὲ τὸ θυμούμενον,* L autem *οὐ περὶ τοῦ κατὰ μὲν τὸν ἐγκ.* recte exhibet. P. 225 p. in. *εἰ τὴν ἐγώ φθεγγόμεθα φωνήν* MA, *εἰ τὴν ἐγώ φωνὴν φθ.* C recte, cf. p. 215 extr. *τὴν ἐγώ φωνὴν φθεγγόμενοι* (CMA). P. 243 p. in. (locus est Chrysippi) *τούτοις δὲ συμφώνως καὶ τὴν διάνοιαν ἀφοριζόμενοι λέγουσι* rectius in C collocatum est quam in MA *τοιούτοις δὲ καὶ τὴν διάνοιαν συμφώνως ἀφορ. λ.*, nam p. 328 p. med. iidem habent verba Chrysippi sic collocata *τούτοις πᾶσι συμφώνως καὶ τοὔνομα κ. τ. λ.* P. 383 med. *καὶ τρίτον οὐδέν ἐστιν ἐπ' αὐτῶν σημαινόμενον εὑρεῖν* MA, *καὶ τρίτον οὐδέν ἐστιν* (l. *οὐδὲν ἔστιν*) *εὑρεῖν ἐπ' αὐτῶν κ. τ. λ.* C bene; nam in his libris *ἔστι* et Infinitivus iuxta componuntur, veluti p. 232 post in. *σαφῶς ἔστιν ἰδεῖν*, id. p. 239 a. med., p. 497 sub fin. *ἔστι θεάσασθαι*; p. 191 sub fin. *ἰδεῖν ἔστι* (p. 637 extr., p. 659 sub fin., p. 679 ante med.), p. 761 p. in. *εὑρεῖν ἔστιν* (p. 181 in. *ἦν οὕτω σαφῶς θεάσασθαι* nullius momenti est). — P. 481 p. med. *ὅτι μὲν τρεῖς εἰσι δυνάμεις διοικοῦσαι τὸν βίον ἡμῶν* MA, *ὅτι μὲν τρεῖς εἰσιν αἵ διοικοῦσαι τὸν βίον ἡμῶν δυνάμεις* L ex usu Galeni; cf. p. 485 extr. *διτταί τινές εἰσιν αἵ τὸν ἄνθρωπον ἐπισπώμεναι δυνάμεις*, p. 532 a. med. *αἵ εἰς τὴν γαστέρα καθήκουσαι φλέβες*, p. 534 p. med. *οἵ τὸ χολῶδες ὑγρὸν ἀθροίζοντες πόροι* et cett. P. 259 med. *ὁ λόγος ὑπὸ τῶν τῇ φάρυγγι συνεχῶν μορίων ἐκπέμπεται* MA, *ὁ λ. ὑπὸ τῶν συνεχῶν τῷ* (l. *τῇ*) *φάρυγγι μ. ἐκ.* L bene, nam p. 257 sub

fin. et p. 260 med. in MAL eadem collocatio invenitur; cf. etiam p. 256 extr. et p. 258 med. *ἐκ τῶν συνεχῶν αὐτῷ μορίων*, p. 210 extr. *ἐπὶ τὰ συνεχῆ τοῖς ἀποδεδειγμένοις*, p. 600 p. med. *ἐπὶ τὰ συνεχῆ τοῖς εἰρημένοις*, p. 666 med. *διὰ τῶν συνεχῶν τῇ προειρημένῃ λέξει*, p. 689 in. *ἐπὶ τὰ συνεχῆ τῷ λόγῳ* (*τοῦ λόγου* MABChK). Ab hac legitima collocatione duo tantum, quod sciam, excipiuntur loci a MAL eodem modo traditi, p. 520 in. *τὰ μὲν ἐγκεφάλῳ συνεχῆ μόρια* et ibid. ante med. *αἱ μὲν τῇ καρδίᾳ συνεχεῖς*, nam p. 260 med. *ἐκ τῶν συνεχῶν μορίων αὐτῷ* vitiose collocatum pro *ἐκ τῶν συνεχῶν αὐτῷ μορίων* mihi videtur.

Aliis locis in MA quamquam comparatio cum CL deest, tamen certis argumentis evinci potest ordinem verborum male inversum esse. P. 529 ante fin. *ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰσαῦθις ἀναβεβλήσθω· δεῖξαι γὰρ πρότερον ὃ λέγων ἀπέλιπον ἔγνωκα* MA (BChK), at sensus non est: 'prius demonstrare decrevi', sed 'nunc revertor ad id, unde degressa est oratio'; itaque nos *πρότερον* post *ὃ* utique collocandum esse censuimus. P. 531 sub fin. *ὀνομάζω δὲ ῥίζωσιν, ὅπερ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐδείκνυον τὸ κάτωθεν μέρος ἀρχὴν εἶναι τοῦ φυτοῦ* MA (BChK), nos restituimus *ὀνομάζω δὲ ῥίζωσιν τὸ κάτωθεν μέρος, ὅπερ — φυτοῦ* coll. p. 523 extr. seqq. PP. 643 p. m. et 673 extr. *καὶ γάρ* male in MA collocatum in suam sedem restituerunt Basileenses (cf. supra p. 41). P. 666 p. in. *ἥ τε πλεονεξία καὶ ἡ ἔνδεια διαφθείρει τὴν εὐκρασίαν, ἐν ᾗ τῶν πρώτων σωμάτων ἡ ὑγίεια* MA (BChK), at sanitas ipsa in primorum quae dicuntur corporum aequabili temperatione consistit; itaque sic collocandum est *τὴν εὐκρασίαν τῶν πρώτων σωμάτων, ἐν ᾗ ἡ ὑγίεια*. P. 655 extr. *τῶν ἐξ ἀμέτρων ὀκτὼ* M *τῶν ἑξαμέτρων ὀκτὼ* A; *τῶν ὀκτὼ ἑξαμέτρων* Kuehnius demum restituit. Sed idem alio loco vitio cuidam codicum et editionum indulsit: p. 801 ante med. MABCh tradiderunt *οὔτε τὸ λευκὸν μέρος ἅμα τε λευκὸν εἶναι καὶ μέλαν οὔτε τὸ μέλαν ἅμα μέλαν τε* (*μεμελάνθαι* M) *καὶ λευκόν*; K in priore membro *ἅμα λευκόν τε* collocavit contra consuetudinem Galeni, qui in his libris duobus modis *ἅμα* cum *τε — καί* (*τε*) coniungere solet. Aut enim

quae in simili genere versantur, ita tractare tutius esse existimavimus, ut, quoniam e cod. CL pauciora exstarent quam ut de collocationis verborum virtutibus vitiisque satis recte iudicare possemus, in re dubia alterius familiae fidem quamvis suspectam sequeremur.

Nec desunt tamen loci, ubi schedae Laur. et Cant. solae ordinem verborum rectum, si usum Galeni aliis locis comprobatum spectes, servaverunt. P. 222 extr. *οὗτος μὲν ἐκμανθάνει πρῶτον ἀριθμοὺς ἅπαντας — ἐφεξῆς δὲ* MA, *οὗτος ἐκμ. πρῶτον μὲν* melius C; *μέν* in MA vitiose collocatum esse etiam alii loci docent, velut p. 503 p. med., ubi illi *οὐ περὶ μὲν τοῦ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον εἶναι τὸ λογιζόμενον, ἐν καρδίᾳ δὲ τὸ θυμούμενον*, L autem *οὐ περὶ τοῦ κατὰ μὲν τὸν ἐγκ.* recte exhibet. P. 225 p. in. *εἰ τὴν ἐγώ φθεγγόμεθα φωνήν* MA, *εἰ τὴν ἐγώ φωνὴν φθ.* C recte, cf. p. 215 extr. *τὴν ἐγώ φωνὴν φθεγγόμενοι* (CMA). P. 243 p. in. (locus est Chrysippi) *τούτοις δὲ συμφώνως καὶ τὴν διάνοιαν ἀφοριζόμενοι λέγουσι* rectius in C collocatum est quam in MA *τοιούτοις δὲ καὶ τὴν διάνοιαν συμφώνως ἀφορ. λ.*, nam p. 328 p. med. iidem habent verba Chrysippi sic collocata *τούτοις πᾶσι συμφώνως καὶ τοὔνομα κ. τ. λ.* P. 383 med. *καὶ τρίτον οὐδέν ἐστιν ἐπ' αὐτῶν σημαινόμενον εὑρεῖν* MA, *καὶ τρίτον οὐδέν ἐστιν* (l. *οὐδὲν ἔστιν*) *εὑρεῖν ἐπ' αὐτῶν κ. τ. λ.* C bene; nam in his libris *ἔστι* et Infinitivus iuxta componuntur, veluti p. 232 post in. *σαφῶς ἔστιν ἰδεῖν*, id. p. 239 a. med., p. 497 sub fin. *ἔστι θεάσασθαι*; p. 191 sub fin. *ἰδεῖν ἔστι* (p. 637 extr., p. 659 sub fin., p. 679 ante med.), p. 761 p. in. *εὑρεῖν ἔστιν* (p. 181 in. *ἣν οὕτω σαφῶς θεάσασθαι* nullius momenti est). — P. 481 p. med. *ὅτι μὲν τρεῖς εἰσι δυνάμεις διοικοῦσαι τὸν βίον ἡμῶν* MA, *ὅτι μὲν τρεῖς εἰσιν αἱ διοικοῦσαι τὸν βίον ἡμῶν δυνάμεις* L ex usu Galeni; cf. p. 485 extr. *διτταί τινές εἰσιν αἱ τὸν ἄνθρωπον ἐπισπώμεναι δυνάμεις*, p. 532 a. med. *αἱ εἰς τὴν γαστέρα καθήκουσαι φλέβες*, p. 534 p. med. *οἱ τὸ χολῶδες ὑγρὸν ἀθροίζοντες πόροι* et cett. P. 259 med. *ὁ λόγος ὑπὸ τῶν τῇ φάρυγγι συνεχῶν μορίων ἐκπέμπεται* MA, *ὁ λ. ὑπὸ τῶν συνεχῶν τῷ* (l. *τῇ*) *φάρυγγι μ. ἐκ.* L bene, nam p. 257 sub

fin. et p. 260 med. in MAL eadem collocatio invenitur; cf. etiam p. 256 extr. et p. 258 med. *ἐκ τῶν συνεχῶν αὐτῷ μορίων*, p. 210 extr. *ἐπὶ τὰ συνεχῆ τοῖς ἀποδεδειγμένοις*, p. 600 p. med. *ἐπὶ τὰ συνεχῆ τοῖς εἰρημένοις*, p. 666 med. *διὰ τῶν συνεχῶν τῇ προειρημένῃ λέξει*, p. 689 in. *ἐπὶ τὰ συνεχῆ τῷ λόγῳ* (*τοῦ λόγου* MABChK). Ab hac legitima collocatione duo tantum, quod sciam, excipiuntur loci a MAL eodem modo traditi, p. 520 in. *τὰ μὲν ἐγκεφάλῳ συνεχῆ μόρια* et ibid. ante med. *αἱ μὲν τῇ καρδίᾳ συνεχεῖς*, nam p. 260 med. *ἐκ τῶν συνεχῶν μορίων αὐτῷ* vitiose collocatum pro *ἐκ τῶν συνεχῶν αὐτῷ μορίων* mihi videtur.

Aliis locis in MA quamquam comparatio cum CL deest, tamen certis argumentis evinci potest ordinem verborum male inversum esse. P. 529 ante fin. *ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰσαῦθις ἀναβεβλήσθω· δεῖξαι γὰρ πρότερον ὃ λέγων ἀπέλιπον ἔγνωκα* MA (BChK), at sensus non est: 'prius demonstrare decrevi', sed 'nunc revertor ad id, unde degressa est oratio'; itaque nos *πρότερον* post *ὅ* utique collocandum esse censuimus. P. 531 sub fin. *ὀνομάζω δὲ ῥίζωσιν, ὅπερ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐδείκνυον τὸ κάτωθεν μέρος ἀρχὴν εἶναι τοῦ φυτοῦ* MA (BChK), nos restituimus *ὀνομάζω δὲ ῥίζωσιν τὸ κάτωθεν μέρος, ὅπερ — φυτοῦ* coll. p. 523 extr. seqq. PP. 643 p. m. et 673 extr. *καὶ γάρ* male in MA collocatum in suam sedem restituerunt Basileenses (cf. supra p. 41). P. 666 p. in. *ἥ τε πλεονεξία καὶ ἡ ἔνδεια διαφθείρει τὴν εὐκρασίαν, ἐν ᾗ τῶν πρώτων σωμάτων ἡ ὑγίεια* MA (BChK), at sanitas ipsa in primorum quae dicuntur corporum aequabili temperatione consistit; itaque sic collocandum est *τὴν εὐκρασίαν τῶν πρώτων σωμάτων, ἐν ᾗ ἡ ὑγίεια*. P. 655 extr. *τῶν ἐξ ἀμέτρων ὀκτὼ* M *τῶν ἐξαμέτρων ὀκτὼ* A; *τῶν ὀκτὼ ἐξαμέτρων* Kuehnius demum restituit. Sed idem alio loco vitio cuidam codicum et editionum indulsit: p. 801 ante med. MABCh tradiderunt *οὔτε τὸ λευκὸν μέρος ἅμα τε λευκὸν εἶναι καὶ μέλαν οὔτε τὸ μέλαν ἅμα μέλαν τε* (*μεμελάνθαι* M) *καὶ λευκόν*; K in priore membro *ἅμα λευκόν τε* collocavit contra consuetudinem Galeni, qui in his libris duobus modis *ἅμα* cum *τε — καί* (*τε*) coniungere solet. Aut enim

ἅμα post τε aut ante τε ita ponit, ut nihil sit interiectum. Illa collocatio longe frequentissima est, nam plus viginti quatuor locis invenitur (ἐν λόγοις τε ἅμα καὶ πράξεσιν p. 320 a. med., ἐπαινεῖ τε ἅμα καὶ προσίεται p. 375 p. med. etc.); alterius haec sunt exempla: p. 247 med. ἅμα τε τὸ τέμνον τέμνει καὶ τὸ ζῷον αἰσθάνεται, p. 248 in. ἅμα τε τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικὸν ἠβουλήθη καὶ τὰ τῆς αἰσθήσεως ἐνήργησεν ὄργανα, p. 395 in. οὐκ ἐγχωρεῖ δὲ ἅμα τε παρὰ τὸν λόγον γίνεσθαί τι καὶ ὑπὸ τοῦ λόγου, p. 563 in. ἐὰν οὖν ἅμα τε τοῦτο ποιήσῃς καὶ τέμῃς ὄρθιον, p. 571 extr. ἤμελλεν ἅμα τε σκληροτέρα γενήσεσθαι καὶ κινήσεσθαι διττὴν κίνησιν. P. 522 a. med. singulariter dicitur ἵνα — ἐξεύρωμέν τι τῶν ἀμυδροτέρων ἅμα τε προτάσεων εὐπορήσωμεν εἰς αὐτά. Uno tantum, quod sciam, loco legitur ἅμα interiecto vocabulo a τε seiunctum, p. 249 ante med. πάνθ' ἅμα συγχέοντός τε καὶ συνταράττοντος, at haec collocandi proprietas — legitimam esse apud veteres scriptores constat — excusationem habet propter praegressum πάντα. Noli autem mihi alterum locum obicere, qui apud K legitur p. 554 sub fin.: τὸ πῦρ ὁμοιῶσαν τὸ ξύλον ἐξ ἑαυτοῦ ἅμα γένεσίν τε καὶ τροφὴν ἴσχει; nam ibi MA ἅμα γένεσίν τε ἅμα καὶ τροφήν praebent; K alterum ἅμα post τε eiecit, cum prius eicere deberet. Itaque loco, de quo quaerimus, non solum lectionem codicum ἅμα τε λευκόν retinuimus, sed etiam ἅμα μέλαν τε in ἅμα τε μέλαν mutavimus.

Multo difficilius est iudicare de verbis in MA aliter collocatis atque in codicibus Platonis, e cuius dialogis a Galeno in his libris non paucos locos exscriptos esse constat. Plus enim viginti locis MA ab ordine in codd. Platonicis tradito discedunt; sed rem si accuratius inquiras, ita discedunt, ut paucis locis exceptis pro lecta et exquisita collocatione verborum tritam et usitatam substitutam habeant[52]), veluti p. 680 p. in. συννοῆσαι γίγνεται pro γίγνεται ξυννοῆσαι, p. 684

[52]) Idem in locos Hippocraticos atque etiam Galeni ipsius cadere videtur, si illos cum codicibus Hippocratis optimis, hos cum excerptis Oribasii, quantum id fieri licet, comparaveris.

p. in. λόγον ἔσχεν pro ἔσχε λόγον, p. 731 p. med. καλὸν γοῦν, ὦ Σώκρατες, εἶδος εἴη ἂν pro κ. γοῦν ἂν ὦ Σ. εἶδος εἴη, p. 717 in. εὐθὺς τὸ γένος τὸ θνητόν pro τὸ γένος εὐθὺς τὸ θν., p. 728 med. ἔστιν ἑνὸς ἀνδρός pro ἔστιν ἀνδρὸς ἑνός, p. 756 post in. εἴδη λόγων μάθῃ pro εἴδη μάθῃ λόγων, p. 758 in. ὁπόσα τὰ διαστήματά ἐστιν pro τα διαστήματα ὁπόσα ἐστὶ, ib. extr. οὗτος ὁ λόγος pro ὁ λόγος οὗτος et cett. Qua re magis adducor, ut credam illam discrepantiam non a Galeni vel neglegenter vel e codice depravato transcribentis manu profectam — id enim parum convenit ei, qui non in uno exemplari acquievit, sed plurium lectiones inter se conferre solitus est (cf. Daremberg. Fragments du Commentaire de Galien p. 12) —, sed potius librariorum praepostere scribentium neglegentiae correctorumque malae sedulitati tribuendam esse, praesertim cum omnino in reddendis locis Platonicis, ut ex exemplis supra allatis patet, librarii parum accurati fuerint. Nec tamen equidem quidquam certi affirmare audeo, cum plurimi illi loci, id quod vehementer dolendum est, in schedis Cantabrigiensibus Laurentianisque non exstent atque de ea re testis gravissimus alterius familiae codicum interrogari non possit.

Quamquam autem has duas familias lectionibus scripturisque diversas esse patet, tamen ab uno eodemque codice originem ducunt, qui quidem saeculum decimum non excedens ipse multis variisque mendis et vitiis laboravit. Nam MA (FPp) vitia cum CL communia atque ea quidem habent, quorum origo nisi e fontis aetate inferioris nec iam limpidi communione repeti non potest. Ut enim nonnulla sint casu communia, velut ea, quae ex itacismo nata sunt, qualia p. 227 in. διακρίνῃ pro διακρίνοι, p. 253 in. εἴπερ pro ἤπερ, p. 458 a. m. λέγοι pro λέγει, p. 496 p. m. ἡγεῖται pro ἡγῆται, p. 483 p. in. φύσει pro φήσεις idque genus alia, tamen ne eiusmodi quidem peccata omnia ad casum revocari possunt. An casu factum est, ut p. 268 in CM ἐπὶ τῶν φόβων καὶ λοιπῶν pro λυπῶν (quod editores Aldinae correxisse videntur), p. 221 med. in MAC πεῖραν λαβεῖν μνήσεως pro μαιεύσεως, quod nos restituimus, scriptum sit?

Idem cadit in id genus mendorum, quod similitudo ductuum genuit. Ut mittam confusionem litterarum τ et γ utrique familiae communem, velut p. 487 p. m., ubi perperam ὄρεξίν τε pro ὄρεξίν γε scriptum est, litterarum η et ε, ω et ου, ut p. 262 sub fin., ubi φαίνεται pro φαίνηται, p. 279 extr., ubi προσλαμβάνουσιν pro προσλαμβάνωσιν in LMA scriptum legimus, illud admoneo, p. 381 p. in. μεμνηκέναι in MA, μεμενηκένει in C pro βεβηκέναι positum esse (cf. supra p. 87), p. 459 med. in MAL ἐστὶν οὐ τοῖς τελείοις pro ἐστιν ἢ τ. τελ., p. 484 p. in. τοῦ σώματος pro τοῦ πόματος, p. 219 p. in. in CA ἀσφαλέστερον, in M ἀσφαλατέστερον superscripto ε super syllabam ατ pro ἀσαφέστερον. Iidem codd. mirum in modum saepe concinunt in iisdem litteris syllabisve omittendis aut addendis. P. 268 sub fin. LMA ὡσανεὶ αἰσθόμενοι pro ὡσανεὶ συναισθ. (cf. p. 269 p. in. et p. 290 extr., ubi eadem verba Chrysippi repetuntur), p. 494 a. med. πράττειν pro ἀντιπράττειν, ib. ἐν ἑαυτῷ pro ἐν σεαυτῷ, p. 489 p. med. οὐκ εἶναι pro οὐκ ἐνεῖναι, p. 509 med. κατά γε τὸ πρῶτον τῆς ἐνεργείας σημαινόμενον pro κ. γ. τὸ πρότερον τ. ἐ. σ. (cf. de eadem re ib. p. in. κατὰ μὲν τὸ πρότερον ῥηθέν, p. 510 p. med. κατὰ μὲν τὸ πρότερον σημαινόμενον), p. 513 med. ἐρῶντος pro ἐρωτῶντος, quam lectionem in eodem loco Platonico p. 483 a. med. recte servaverunt, p. 459 p. in. παίδων (ποδῶν L) pro παιδίων; p. 225 med. MA ἡ δὲ ε̄ φωνή, C ἡ δὲ φωνή pro ἡ δὲ ἐγώ φ. praebent. Ubi autem olim una alterave littera vel syllaba in proposito exemplari exciderat, ibi non raro mala adhibita correctione depravationem vocabuli imminuti postea longius progressam esse satis constat. Cuius rei CMA insigne communiter exemplum praebent p. 383 ante med., ubi in MA τὰς παρὰ τὸ Ἑλλήνων ἔθος ἀναπιμπλαμένας ὁμωνυμίας, in C ἀναπιμπλάνειν obscurato exitu verbi legimus; illud ἀναπιμπλαμένας corruptum esse ex ἀναπεπλασμένας certissimum est; nam de fictis, non completis praeter Graecorum usum ὁμωνυμίαις agitur. Additarum autem iisdem vocabulis vel litterarum vel syllabarum haec sunt exempla: p. 301 med. στηθέων ἀθ' ἅμα in M, στ. ἅθ' ἁ. in L pro

στ. θ' ἅμα; p. 450 ante med. in LMA αὐτῶν κατὰ τὸ σῶμα pro τῶν κ. τ. σ., p. 261 in. καθ' ἑκάτερα pro καθ' ἕτερα, p. 487 ante med. in MA ἥδοντος, in L ἤδη ὄντος pro ἧδον scriptum invenimus. Haec omnia e communi fonte derivata esse quis non concedet? Ex eodem autem fonte vitia quaedam, quae in prava vocabulorum separatione cernuntur, utrique familiae communia fluxerunt, velut p. 218 sub fin., ubi MA πάντ' οὖν ὅσα περὶ τὰ τῶν ἐπιχειρημάτων (ἐγχ. M) praebent; illud περὶ τὰ Basileenses viderunt natum esse e male distracto vocabulo περιττά; C habet πάντ' οὖν τὰ τοιαῦτα τῶν ἐπιχ., quod nihil aliud nisi correctionem illius περὶ τά in exemplari proposito reperti esse apparet.

Iam ut ab iis, quae contra recte scribendi rationem peccata esse generatim exposuimus, ad singularia, quae in exitu vocabulorum admissa sunt, vitia descendamus, non pauca repperimus ex communi origine profecta. Eorundem enim nominum terminationes σ vel ν cum ι adscripto habent commutata, velut in MAL p. 514 p. in. τῶν λεγομένων pro τῷ λεγομένῳ, p. 481 sub f. προκειμένην αὐτῶν πραγματείαν pro π. αὐτῷ πρ. (in FP recte correctum est), p. 229 p. m. in MA τῇ μὲν — τῇ δὲ, in C τῇ μὲν — τῆς δέ pro τῆς μὲν — τῆς δέ scriptum est. Adde quod α, ας et αν, ον, ον et ω (ῳ), σ et ν in exitu eorundem nominum confusa inveniuntur; p. 217 p. m. CMA προιοῦσα pro προιοῦσαν, p. 261 m. LMA ἀμφότερα pro ἀμφοτέρας, p. 301 extr. LM θάτερον ὀλίγον, A θ. ὀλίγων pro θατέρου ὀλίγα, p. 229 p. m. CMA δυνάμεων αὐτοῦ pro δ. αὐτῷ, p. 230 m. ἀρχὴ τοῦ ζῴου pro ἀ. τῷ ζῴῳ, p. 495 m. LMA τῶν ἀκαίρως ἐπιθυμιῶν pro τ. ἀκαίρων ἐ., p. 383 in. ἀξιῶν αὐτόν pro ἀ. αὐτός praebent; iidem p. 468 m. τελειοτάτας pro τελειότητας. Multa etiam vitia ex adsimulato proximo nomini exitu nata sunt: p. 494 a. m. MAL κοινωνήσαντος αἱροῦντος pro κοινωνήσαντα αἱρ. scribunt, p. 463 p. m. περὶ δὲ τῆς ἥττης τε καὶ τῆς ἀτιμίας ὡς κακὰ pro ὡς κακῶν; illud κακά ex antecedenti ὡς ἀγαθά contrarie relato ortum esse facile intellegitur; p. 293 extr. LM ὁ θυμὸς αὐτῶν τῶν φρενῶν pro αὐτὸν τ. φρ., quod Aldinae auctores restituerunt; p. 385

sub f. CMA τῆς ἀλόγου φωνῆς pro τ. ἄλογος φ., p. 508 ante m. LMA τοῦ σφυγμοῦ ὀνόματος pro τοῦ σφυγμός ὀ., p. 500 med. τῶ ἀλογίστω θυμουμένω pro τῷ ἀλογίστως θυμουμένῳ (at p. 502 in. L ἀλογίστως scripsit, MA in eodem mendo perseverarunt). Correctoris in archetypo manus aperta est p. 466 extr., ubi LMA αὕτη γὰρ ἀρίστη παίδων παιδείας παρασκευὴ τοῦ παθητικοῦ τῆς ψυχῆς, pro quo manifestum est scribendum esse: αὕτ. γ. ἀ. π. παιδεία, παρ. τ. π. τ. ψ. hoc sensu: 'optima enim puerorum institutio in eo cernitur, quod affectibus obnoxia animi pars ita praeparatur, ut ad obtemperandum rationi quam promtissima fiat', et p. 490 extr., ubi Genetivi ἀνθρώπων ἐπιχειρούντων — κοσμούντων perperam ponuntur pro Dativis ἀνθρώποις ἐπιχειροῦσι — κοσμοῦσι, qui referuntur ad antecedentes Dativos τοῖς κωμικοῖς ἢ τραγικοῖς.

Etiam verborum quorundam vitiose terminatorum origo communis est. P. 302 a. m. LMA non ἐπιτιμῶντα, sed ἐπιτιμῶνται, p. 484 p. i. non ἐπισκέπτονται, sed ἐπισκέπτεσθαι, p. 464 p. i. non ὑπάρχειν, sed ὑπάρχει, p. 515 p. i. non εἰκάζει, sed εἰκάζειν, p. 462 p. m. non ἠλλωτρίωνται, sed ἠλλωτρίωται (cf. Progr. nostr. II, 15), p. 475 extr. non ἀναφέρειν, sed ἀναφέρεσθαι, p. 487 p. m. non ἐπιτιμηθήσεται, sed ἐπιτιμήσει tradiderunt; p. 492 p. i. in L σημαίνηται γὰρ, in MA σημαίνῃ τε submota Particula γάρ traditum est pro σημαίνει γάρ; p. 496 extr. locus e Platonis Rep. (p. 440 C) exscriptus in utriusque familiae codicibus laborat vetere labe etiam codicibus Platonicis adspersa, qua de re vid. Apparatum critic. et supra p. 59.

Denique non desunt Adverbia, Praepositiones aliaeque Particulae, quae cum propter alias causas, tum propter compendia olim non satis intellecta in utraque familia perperam aliarum loco positae videntur. P. 516 in. LMA ὁ ἀνὴρ οὕτως pro ὁ. ἀ. οὗτος, p. 278 m. ἐπ' αὐτοῖς pro ἐν αὐτ., p. 474 a. m. ἐκπίπτουσι pro ἐμπ., p. 477 p. m. προστεθέντα pro προτ., p. 495 p. i. προελθεῖν pro παρελθ. scripserunt.

Nec vero parvus est numerus eorundem vocabulorum in utraque familia omissorum. Non solum Articulus in CL

et MA saepe deest, velut p. 217 extr., ubi εἰς εὕρεσιν τοῦ ἡγεμονικοῦ μορίου, p. 234 sub fin., ubi τὴν εἴσπνοὴν ἀβίαστον altero τήν ante μετὰ βίας eiecto restituimus, p. 273 med., ubi nos τὰ μέν inter τὰ δὲ ἄλλα σύμπαντα et διαλεκτικά, p. 379 p. i., ubi Bake τῷ inter ἴσον et ἄνευ inseruit, p. 500 med. et p. 517 extr., ubi ex auctoritate codicum Platonicorum περὶ τοῦ βελτίονος et ἑκάστου τοῦ εἴδους scribendum fuit; sed etiam alia Pronomina omissa sunt; p. 292 in. deest ἡμῖν in LM inter γίνεται et ἔμφασις, quod editores Aldinae ex antecedenti loco Chrysippi (p. 291 a. med.) restituisse videntur; p. 513 m. in LMA deest οἵ post βούληται, p. 487 p. m. τις inter εἰ δέ et μή, p. 474 a. m. του (τινος) post ἐγκελευσαμένου, p. 234 a. m. in C τι post εἴτε, in MA τε ante τι (nam utique legendum est εἴτε τι), p. 382 extr. ὅς post ἄνθρωπος. His statim subiungamus alias voculas omissas, velut Particulam ἄν p. 267 p. in., p. 269 extr., p. 485 p. med., quibus locis iam Kuehnius eam inseruit, δή p. 483 in., εἰ p. 386 s. fin. et p. 458 in. post οὐχί, καί p. 499 p. m. ante τῆς κακίας aliisque locis, Praepositionem ἐν, quam nos p. 230 a. m. inter μέσην et τῷ ζῴῳ, p. 448 p. m. inter ὑπάρχειν et αὐτῇ, p. 268 med. ante ἰατροῖς τε καὶ φιλοσόφοις inseruimus. Praeter has voculas etiam eadem nomina vel verba sive singula sive plura omissa esse docent illa exempla: p. 446 s. fin. mire scriptum est in LMA(BChK) αἱ μὲν γὰρ ἔννοιαι καὶ αἵ (αἵ delendum, cf. supra p. 113) προλήψεις ἐνέργειαι τῆς ψυχῆς, ὡς αὐτὸς σὺ δι' ἑτέρων ἐκδιδάσκεις, τό τε ἀκουστικὸν πνεῦμα καὶ τὸ ὀπτικὸν κ. τ. λ., quem locum corruptum additis inter τῆς ψυχῆς et ὡς αὐτός verbis omissis μόρια δὲ αὐτῆς reparavimus; p. 474 s. f. post ἑαυτοῖς deesse παρεῖναι ἢ ἐπιφέρεσθαι (coll. eiusd. pag. in.) apertum est; p. 502 s. f. inter μεγάλην et μοῖραν censuimus ἔχει interponendum esse; p. 216 p. med. inter ἐνταῦθα et διαλύεσθαι deest οἴεσθαι vel tale quid, p. 463 p. med. inter ὁλκῆς et προηγεῖσθαι Infinitivus γίνεσθαι; p. 215 p. in. CMA orationem Chrysippi mutilatam sic tradiderunt: οὕτω δὲ καὶ τὸ ἐγώ λέγομεν κατὰ τοῦτο δεικνύντες ἑαυτοὺς ἐν τῷ ἀποφαίνεσθαι τὴν διάνοιαν εἶναι,

quam quomodo refecerimus, vide textum nostrum ipsum. Pp. 282 et 283, quibus extrema pars libri secundi continetur, ut ex adnotatione critica apparet, codices textum ita traditum habent, ut archetypum aliquid detrimenti accepisse atque totum locum non integrum reliquisse pro certo affirmari possit.

Nunc venimus ad vitiorum genus contrarium, quod ex vocabulis sive per errorem sive consulto additis constat, cuius quidem non pauca exempla in utraque familia exstant ad communem originem referenda. P. 292 extr. MAFP ὅτι οἷα διὰ πυρός γε habent, L ὅτι οἷα πρὸς γῇ; illud οἷα διά nihil aliud est nisi διά bis scriptum, nam δ et ο commutari solere Koehn. ad Gregor. p. 120 adn. ed. Schaef. docet; in L dittographia ideo tantum vitata esse videtur, quod librarius pro πυρός γε πρὸς γῇ legit ob eamque rem illud διά nihil loci habiturum eiecit (p. 713 extr., ubi idem locus ex Timaeo Platonis laudatur, MA illam dittographiam vitaverunt). P. 265 p. i. LMA ὅτι δὲ οὐκ ἐκ τῶν ἐγκεφάλου δυνάμεων ἡ καρδία τὴν πρώτην ἀρχὴν ἔχει scribunt; pro ἐκ Chart. ἔτι scribi voluit; nos eiecto illo ἐκ restituimus ὅτι δὲ οὐ τῶν κ. τ. λ. P. 379 s. f. in C scriptum legimus ὑπερβαίνοι τὸ τὰ οὕτως ἀναγκαῖα, in MA ὑπερβαίνοιτο τὰ κ. τ. λ.; utrumque mendum ex Articulo olim dupliciter scripto natum est. Eundem Articulum CMA p. 257 p. i. post ὡς εἶναι τοιόνδε insertum habent. P. 231 in C καίπερ ὄντα πολὺ μὲν — ὅμως δὲ οὐκ κ. τ. λ., MA μέν post πολύ, non δὲ post ὅμως habent; utique et hoc et illud a manu Galeni alienum est. P. 474 extr. LMA τε inter τὰ χρονίζοντα et τῶν παθῶν inepte inseruerunt, iidem p. 494 p. m. καί ante κατὰ ἐκεῖνον, p. 482 med. ἤ ante κατὰ ταὐτόν. Aperta autem glossemata, quorum origo communis est, illa sunt: p. 226 med. ἐν αὐτῇ post ἀκολουθήσας ἐπὶ πλέον, p. 272 extr. λέγειν post φαίνεσθαι, p. 294 a. m. ἐπιχειρῆσαι post πειρασθῆναι γοῦν, p. 447 p. i. καὶ καταστάσεις post μόριά τε καὶ στοιχεῖα, p. 510 p. i. καὶ ὁ θυμός post ἡ ἐπιθυμία, p. 514 p. m. εἴη post τις εἰπών.

Ex his quae elegimus exemplis luce clarius patet utram-

que familiam codicum ex eadem stirpe prognatam atque ipsum archetypum, unde originem ducunt, inferiore quodam saeculo, quo et minusculis et notis compendiisque multis utebantur librarii, exaratum scripturis vitiosis, omissionibus, interpolationibus male affectum esse. Postero autem tempore depravatio textus propagata auctaque est in apographis, e quibus illud, quod familiam CL genuit, satis accurate quidem propositum exemplar descripsisse, sed ipsum aut litterarum obscuritate aut temporum iniuria laborasse videtur, ex quo qui descriptus est liber, eius sive librarius sive corrector ductuum obscurorum vel evanidorum vim ac potestatem quacunque ratione perspicere atque Graeca verba legere studuit, qui quem fetum lectionum prodigiosarum generaverit, multis exemplis allatis demonstratum est (cf. supra p. 94). Alterius apographi, parentis familiae F(P) MAp, paulo neglegentius facta ex archetypo descriptio videtur, unde mendorum vitiorumque larga seges provenit, minus larga in F, largior in MA, atque ex eodem apographo liber primus iam evanuerat, priusquam ipsum in nova exempla transcriberetur. Idem liber primus in altera familia integer servatus erat ac pars eius in CL tum demum abscissa et deperdita videtur, cum codex ipse, quo praeter libros de Placitis alia opera Galeni continebantur (cf. Progr. nostr. I, pgg. 8 et 9), misere dilaceratus est.

Apparet igitur codices nostros omni vitiorum, quae in libris inferiorum aetatum reperiri solent, genere infectos esse atque eum, qui textum operis, de quo quaerimus, recogniturus est, tanquam 'incedere per ignes suppositos cineri doloso'. Nec tamen de vera manu scriptoris restituenda desperandum est idque de tribus potissimum causis: primum in ipsa corruptae codicum condicionis cognitione et aestimatione, modo sit diligens et accurata, inest initium salutis, quod docere maxime propositum his prolegomenis fuit; deinde multum confert ad locos depravatos sanandos sermonis, quo usus est Galenus, observatio, quam ad emendationum veritatem confirmandam et in hoc libello saepe adhibuimus et in commentariis saepius adhibebimus. At res cautionem quandam habet. Nimirum largam quidem materiam observationum non solum libri de Placitis, sed ceterorum etiam operum, quae aetatem tulerunt, multitudo praebet, sed tamen quia de horum plerisque propter editionum ad criticam rationem institutarum penuriam lectio non constat, ea Galeni consuetudinem observanti neutiquam tam certum quam quis opinetur fundamentum, quo nitatur locorum emendatio, prae-

bent. Itaque nos in iis potissimum libris contineamus oportet, qui ad codicum fidem iam recensiti sunt quorumque scripturae lectionesque minus dubitationis habent. Denique id accedit libros de Placitis emendaturo subsidii, quod Galenus, qua est explicandi abundantia, sententias vel iisdem vel similibus verbis repetere, inprimis eosdem locos ex Hippocrate, Platone, Chrysippo, Posidonio aliisque saepius exscribere solet, ad quam rem cum editorum nemo animum advertisset, et habuimus, quod inconstantiam eadem verba diversis locis diverse reddentium notaremus, et multos locos a Galeno repetitos vel sola eorum inter ipsos comparatione restituere facili negotio potuimus[53]). Itaque quamvis sint multa in textu a codicibus editionibusque tradito vitia, tamen non desunt remedia, quae his prospero successu adhibeas. Quamquam equidem omnia sanare qui possum, qui primus hos libros ad criticam rationem exigere et recognoscere institui?

Restat, ut de *interpretatione latina* textui graeco subiecta pauca addamus. Non novam ipsi confecimus, sed eam, cuius auctores saeculo XVI sunt Ianus Cornarius et Bernardus Felicianus, quorum ille primi libri fragmenta, hic ceteros libros satis eleganter ut illis temporibus in latinum transtulit, renovandam esse censuimus[54]), ita tamen, ut, quae illi aut perperam intellexissent aut non satis commode reddidissent, ea et corrigeremus et emendaremus, enixe id agentes, ut accurata, perspicua, latina interpretatio esset.

---

[53]) Oribasius ex libris de Placitis paucos locos excerpsit, qui si excerpsisset plures, nunc, cum Darembergum et Bussemakerum editores nactus est, egregium nobis ad illorum emendationem adiumentum afferret.

[54]) Praeter alias editiones has potissimum in usum meum converti: *Cl. Galeni Pergameni Opera a viris doctissimis in latinam linguam conversa Basileae. Ex tertia Offic. Frobenianae editione* MDLXII. — *Galeni Opera ex septima Iuntarum editione. Venetiis* MDXCVII. Prim. Class. pp. 231—288: 'Galeni de Hippocratis et Platonis decretis libri novem Ioanne Bernardo Feliciano interprete ab *Alexandro Justiniano Chio* medico ad vetustorum exemplarium graecorum fidem accuratissime castigati'. (Vetusta exemplaria graeca cave ne alia intellegas quam editiones Aldinam et Basileensem et Cai librum, de quo supra p. 42 exposuimus. Nonnulla tamen Al. Justinianus bene correxit.)



ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΘ ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΝ ΚΑΙ ΠΛΑΤΩΝΑ ΔΟΓΜΑΤΩΝ

ΒΙΒΛΙΑ ΕΝΝΕΑ.

GALENI DE PLACITIS HIPPOCRATIS ET PLATONIS

LIBRI NOVEM.

Sigla.

C	= schedae Cantabrigienses
L	= schedae Laurentianae
M	= codex Marcianus
F	= excerpta Florentina
P	= excerpta Parisina priora
p	= excerpta Parisina posteriora
A	= editio Aldina
B	= editio Basileensis
Ch	= editio Charterii
K	= editio Kuehnii
Cai.	= editio Caii
Corn.	= adnotationes Cornarii exemplari Aldinae in margine adscriptae
Al. Just.	= adnotationes Alexandri Justiniani in VII edit. Junt. Venet. 1597 typis expressae.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

FRAGMENTA PARTIS LIBRI PRIMI DEPERDITAE.

1. *Ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ* (annum p. Ch. 168 intellegi vult) *περὶ μὲν τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος ἓξ βιβλία προτρεψαμένου με τοῦ Βοηθοῦ* (de libr. propr. Vol. XIX, p. 35 extr. K).

2. *Προὔκειτο μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐπισκέψασθαι περὶ τῶν διοικουσῶν ἡμᾶς δυνάμεων, εἴτε ἐκ τῆς καρδίας μόνης ὁρμῶνται σύμπασαι, καθάπερ Ἀριστοτέλης τε καὶ Θεόφραστος ὑπελάμβανον, εἴτε τρεῖς ἀρχὰς αὐτῶν τίθεσθαι βέλτιον, ὡς Ἱπποκράτης τε καὶ Πλάτων ἐδόξαζον* (de Plac. p. 505 K).

3. *Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐναργές ἐστιν, ὡς τὸ δυνάμεις τινὰς ἐν ταῖς ἡμετέραις εἶναι ψυχαῖς ἐφιεμένας φύσει, τὴν μὲν ἡδονῆς, τὴν δὲ κράτους καὶ νίκης, ἃς ἐναργῶς ὁρᾶσθαί φησι κἀν τοῖς ἄλλοις ζῴοις ὁ Ποσειδώνιος, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ἐπεδείξαμεν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τοῦ πρώτου γράμματος* (l. l. p. 424 med.).

4. *Ἐπεὶ δὲ Χρύσιππος οὐ περὶ τῶν ἀρχῶν μόνον ἠμφισβήτησε πρὸς τοὺς παλαιούς, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν δυνάμεων αὐτῶν οὔτε τὴν θυμοειδῆ συγχωρήσας ὑπάρχειν οὔτε τὴν ἐπιθυμητικήν, ἔδοξε χρῆναι τὴν τούτου πρότερον δόξαν ἐπισκεψαμένους οὕτως ἐπανέρχεσθαι πάλιν ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐξ ἀρχῆς, ὡς ἐγκέφαλός τε καὶ καρδία καὶ ἧπαρ ἀρχαὶ τῶν διοικουσῶν ἡμᾶς δυνάμεών εἰσιν* (l. l. pp. 505. 506).

5. *Ὅτι μὲν ἀναγκαῖόν ἐστιν οὐ φιλοσόφοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἰατροῖς, ὅσοι γε μὴ ἀλογίστως ἅπτονται*

τῆς τέχνης, ἐσκέφθαι περὶ τῶν διοικουσῶν ἡμᾶς δυνάμεων, ὁπόσαι τέ εἰσι κατὰ γένος ὁποία τέ τις ἑκάστη κατὰ εἶδος ἐν τίνι τε μάλιστα τοῦ ζῴου μορίῳ καθίδρυται, διὰ τοῦ πρώτου δέδεικται λόγου. ὅτι δὲ οἱ κάλλιστα περὶ αὐτῶν ἀποφηνάμενοι Πλάτων καὶ Ἱπποκράτης εἰσίν, ἐρρέθη μὲν οὐκ ὀλίγα καὶ διὰ τοῦ πρώτου βιβλίου. (p. 258). Cf. p. 648: Περὶ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων ἐπισκέψασθαι προθέμενοι πρῶτον μὲν ἐδιδάξαμεν ἀναγκαιότατον ὑπάρχειν ἰατρικῇ τε καὶ φιλοσοφίᾳ, εἴτε πλείους εἰσὶ δυνάμεις αἱ διοικοῦσαι τὸν ἄνθρωπον εἴτε μία, βεβαίως ἐξευρεῖν. Oribas. III, p. 215 ed. Daremb. et Bussem.

6. Εἴρηται δέ μοι καὶ διώρισται σαφῶς ὑπὲρ τῆς διαφορᾶς τῶν ἀρχῶν ἐν τῷ πρόσθεν λόγῳ (p. 277 p. med.). Cf. p. 553 p. in.: ἆρα οὖν, ὅτι κατὰ τὴν πρώτην διάπλασιν ἐκ καρδίας ἡ γένεσις αὐτῶν ἐστι, διὰ τοῦτο ἀρχὴν ἔξουσι τὴν καρδίαν αἱ φλέβες; ἀλλὰ οὔτε περὶ τῆς τοιαύτης ἀρχῆς ἡ ζήτησις ἦν, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ γράμματι κατὰ ἀρχὰς εὐθέως διώρισται.

7. Περὶ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων ἐπισκέψασθαι προθέμενος ἀπὸ τοῦ πρώτου κατὰ δύναμιν ὑπηρξάμην, ᾧ καὶ τἆλλα σχεδὸν ἅπαντα τὰ κατὰ μέρος ἀκολουθεῖν ἔδειξα, τοῦτο δέ ἐστι τὰ περὶ τῶν διοικουσῶν ἡμᾶς δυνάμεων ὁπόσαι τέ εἰσι κ. τ. λ. (p. 211).

8. Ἠξίουν τε μηδὲν οὕτω φυλάττεσθαι κατὰ τὸν λόγον, ὡς τὸ τοῖς ἐναργῶς φαινομένοις ἐναντία τίθεσθαι, καθάπερ οἵ τε μηδὲν ἄλογον ζῷον ἐπιθυμεῖν ἢ θυμοῦσθαι φάσκοντες οἵ τε τὴν ἀρχὴν τῶν νεύρων ὑπάρχειν ἐν τῇ καρδίᾳ (p. 212; cf. p. 309 extr.).

9. Ἅπασαν ἐδήλωσα τὴν ἀποδεικτικὴν μέθοδον — παρεκάλουν τε διὰ τοῦ πρώτου τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων ἐν ἐκείνῃ γυμνάσασθαι πρότερον, ὅστις ὁτιοῦν ἀποδεικνύειν ἐπιχειροῖ (p. 213 a. med.).

10. Ἐφεξῆς δὲ ἐπὶ τὴν ζήτησιν αὐτῶν τραπόμενοι κατὰ τὸν ἀποδεικτικὸν νόμον ἔννοιαν ὁμολογουμένην ἔφαμεν εἶναι τοῦ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικοῦ τὸ κατάρχον αἰσθήσεώς τε καὶ κινήσεως τῆς κατὰ προαίρεσιν (p. 648).

11. *Ἀπὸ τῶν προαιρετικῶν* (sc. *κινήσεων*) *ἀρξάμενοι, καθ' ἃς καὶ τὸ καλούμενον ἰδίως ἡγεμονικόν ἐστι τῆς ψυχῆς, ἕνα λόγον ἐδείκνυμεν ἠρωτῆσθαι μόνον ἐπιστημονικῶς, ἀπὸ αὐτοῦ τοῦ ζητουμένου τῆς οὐσίας ἔχοντα τὰς προτάσεις, ὄντα τοιοῦτον· 'ὅπου τῶν νεύρων ἡ ἀρχή, ἐνταῦθα καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικόν'. αὕτη μὲν ἡ τοῦ λόγου κυριωτάτη πρότασις ὡμολογημένη πᾶσιν ἰατροῖς τε καὶ φιλοσόφοις· ἡ δὲ οἷον πρόσληψις αὐτῆς ἀληθὴς μέν 'ἡ ἀρχὴ τῶν νεύρων ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ', ψευδὴς δέ 'ἡ ἀρχὴ τῶν νεύρων ἐν τῇ καρδίᾳ' γράφειν μὲν ταύτην τὴν πρότασιν ἢ καὶ λέγειν τοῖς ἀπείροις ἀνατομῆς δυναμένου τινός, οὐ μὴν δεῖξαί γε δυναμένου κ. τ. λ.* (p. 649 p. med.). Cf. p. 212 extr.: *ἄντικρυς μὲν ψευδῆ τὰ τοιαῦτα, περὶ ὧν ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ διῆλθον ἐπὶ πλέον, ὅταν ἤτοι μηδὲν τῶν ἀλόγων ζῴων ἐπιθυμεῖν τις ἢ θυμοῦσθαι φάσκῃ, καθάπερ οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς, ἢ πάλιν ἐκ καρδίας πεφυκέναι τὰ νεῦρα;* p. 212 p. in.: *ἀποτετόλμηται γὰρ ἅπαντα τὰ τοιαῦτα πρὸς ἀνθρώπων ἀνατρέψαι φιλονεικούντων, ὅσα καλῶς εἴρηται τοῖς παλαιοῖς, ὑπὲρ τοῦ νεωτέραν αἵρεσιν ἰδίαν συστήσασθαι. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα τῶν ψευσμάτων ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ διήλεγξα.*

12. *Μακροτέρων οὖν λόγων ἐδεήθημεν εὐθὺς ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ διὰ τούς, ἃ μηδὲ ὅλως εἶδον, ὡς ἀκριβῶς ἰδόντας ἐπιχειρήσαντας γράφειν ἠναγκάσθημέν τε καὶ τὴν νεύρων καὶ ἀρτηριῶν ἀνατομὴν ἐπὶ κεφαλαίων ἐν αὐτῷ διελθεῖν* (p. 650 sub fin. Cf. p. 189 sub fin.: *οὐκ ὀκνήσομεν ἐνταῦθα τὴν ἀνατομὴν ἑρμηνεῦσαι τῶν ἀρτηριῶν, ὥσπερ ἔμπροσθεν τῶν νεύρων.*

13. *Φαίνεται γάρ, ὡς ἔμπροσθεν ἐδήλωσα, τὰ μὲν τῶν νεύρων ἐξ ἐγκεφάλου ἄντικρυς ἐκπεφυκότα, τὰ δὲ ἐκ τοῦ νωτιαίου μυελοῦ, νωτιαῖος δὲ αὐτὸς ἐξ ἐγκεφάλου* (p. 188 p. in.) Cf. p. 207 a. med. et de usu part. Vol. III, p. 45: *ὅτι μὲν γὰρ ἀρχὴ νεύρων ἁπάντων ἐγκέφαλος καὶ νωτιαῖος καὶ ὡς αὐτοῦ τοῦ νωτιαίου πάλιν ἐγκέφαλος — καὶ ὡς τὰ μὲν νεῦρα παρὰ ἐγκεφάλου τὴν ψυχικὴν δύναμιν ἔχει —, ἐν τοῖς περὶ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων ἀποδέδεικται.*

14. Ὡς ἔμπροσθεν ἐδήλωσα τὴν τῶν νεύρων εἰς ἅπαντα τοῦ ζῴου τὰ μόρια νομήν (p. 194 p. in.).

15. Ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται, σμικρὸν ἀπὸ ἐγκεφάλου κατιὸν (sc. νεῦρον) εἰς αὐτὴν (sc. τὴν καρδίαν) ἐμφύεται (p. 206 a. med.).

16. Ἐπεδείξαμεν οὖν ἤδη καὶ διὰ τοῦ πρώτου βιβλίου περὶ τῆς πρὸς ἑαυτὸν ἐναντιολογίας τοῦ Χρυσίππου (p. 320 extr.).

17. Χρύσιππος δὲ τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος πλήρη φησὶν εἶναι τὴν κοιλίαν ταύτην i. e. τὴν ἀριστερὰν κοιλίαν τῆς καρδίας (p. 185 a. med.).

18. 'In primo capitulo de oppositione (sic) Ypocratis et Platonis dixit: quidam infans passus est fistulam in pectore provenientem usque ad os, quod erat in medio toracis (sic) eius, et discooperiendo totum id, quod attinebat ei, invenimus, quod ibi erat corruptio. unde coacti fuimus ad incidendum (sic) eam; sed locus corruptus de ea erat ille, super quem iacebat cellula cordis. Cumque viderimus hoc, dubitabamus vehementer de expoliatione carnis corruptae sequi (?), cum fuerit propositum nostrum ad conservandum panniculum indutum super eum intrinsecus, et de salute ipsius; et opportune totum id, quod continuatum erat cum torace, putrefactum fuerat similiter.' (Rhazis Continens trad. ex arabico in lat. per magistrum Feragium. Venetiis 1515 XIV, 4 fol. 294[b] X. Cf. Galen. de anatom. administr. Vol. II, pp. 632. 633).

Vol. V, 181 K.

..... τὸ πάμπαν. ἀλλὰ κἀκείνου τὸ συνεχὲς τῷ στέρνῳ διασεσήπει καὶ ἦν οὕτω σαφῶς θεάσασθαι τὴν καρδίαν, ὡς κἀν ταῖς τῶν ζῴων ἀνατομαῖς, ἐπειδὰν ἑκόντες ἀναγυμνῶμεν. τὸ μὲν οὖν παιδάριον ἐσώθη σαρκωθέντων τε τῶν περὶ τὸ στέρνον καὶ συμφύντων ἀλλήλοις καὶ τοιούτου ἐπιθέματος γενομένων τῆς καρδίας, οἷόν περ ἡ ἔμπροσθεν ἦν κορυφὴ τοῦ χιτῶνος. καὶ οὐ χρὴ θαυμάζειν, εἰ γυμνωθείσης τῆς καρδίας | ἐσώθη τὸ παιδάριον. οὐδὲν γὰρ περιττότερον ἡ 182
διάθεσις εἶχε τῶν ὁσημέραι γινομένων εἰς τὸν θώρακα συντρήσεων. οὐ μὴν οὐδὲ ὁ περικάρδιος ἴδιον ἐξαίρετον ἐπιφέρει τινὰ κίνδυνον, ὥσπερ που καὶ Ἡρόφιλος εἴρηκε καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἰατρῶν. οὔτε οὖν τὸ παιδάριον ἐκεῖνο παρὰ

Adnotatio critica.

Γαληνοῦ περὶ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων βιβλίον πρῶτον ἀκέφαλον C. — *τὸ πάμπαν* C; om. Cai. Ch K. — *τὸ* ante *συνεχὲς* om. C, add. Cai. — *τὸ στέρνῳ* Cai. Ch *τῷ στ.* C. — 2 *διασεσήπει* C Cai. *διεσ.* Ch K. — *καὶ — θεάσασθαι* in ras. C. — 3 *κἂν* C *κἀν* Cai.; cf. Proll. p. 43. — 5 *τοιοῦτον ἐπίθεμα* C Cai. Ch K *τοιούτου ἐπιθέματος* nos. — 11 *ὥσπέρ που* C Cai. *ὥσπερ π.* Ch K. —

I

..... Sed et illius pars ea, quae cum pectoris osse cohaerebat, computruerat et ita manifesto inspicere cor licebat, sicut fit in animalibus insecandis, cum dedita opera id denudamus. Itaque puer servatus est, cum partes circa pectus carne obductae essent et inter se concrevissent, ut tale operculum cordis efficerent, quale prius apex tunicae erat. Nec mirandum est, quod denudato corde servatus est puer, quippe cum nihil amplius affectio illa mali attulerit quam, quae quotidie in thoracem fiunt, terebrationes neque ea, quae cor circumdat, tunica singulare aliquod periculum inferat, quemadmodum et Herophilus et multi alii medici dixerunt. Neque

μόνον εἰ σμιλην καθείης εἰς τὴν ἀριστεραν κοιλίαν, αἷμα προχεόμενον εὐθέως, ἀλλὰ καὶ γραφεῖον ἢ· βελόνην ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον. καίτοι γε, εἴπερ ἀναγκαῖον ἦν, ἐχρῆν ἐκκενωθῆναι τὸ πνεῦμα πρότερον, ἵνα ἀκολουθήσῃ τὸ αἷμα· τὸ γὰρ στενὸν τῆς ὀπῆς ἂν εἰς χρόνου μῆκος οὐ σμικρὰ συνετέλεσεν. ἀλλὰ οὐχ ὧδε ἔχει τἀληθές· ἕπεται γὰρ αὐτίκα μάλα τῷ τρώσαντι τὸ αἷμα, ὥστε οὐκ ἄν, οὐδὲ εἰ πάνυ σφόδρα ταχύνοις ἐν τῇ χειρουργίᾳ, δυνήσαιό ποτε ἀναίμακτον ἐξαρπάσαι τὸ τρῶσαν. ᾧ δῆλον, ὡς πλήρης ἐστὶν αἵματος ἡ ἀριστερὰ κοιλία.

Τὸ γὰρ ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἐρασίστρατον λεγόμενον, ὡς πρὶν μὲν τοῦ γυμνωθῆναι πνεῦμα μόνον ἐν αὐτῇ περιείχετο, γυμνωθείσης δὲ παρεμπίπτει τὸ αἷμα, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ἀνθρώπων λόγος ἀναισχύντων πρὸς τὸν ἔλεγχον. ἀλλὰ καὶ τοῦτο αὐτῶν ἐλέγξαι τὸ ἀναισχύντημα ῥᾷστόν ἐστιν.
185 εἰ γὰρ δὴ παρὰ φύσιν εἰς τὴν πνευματικὴν | κοιλίαν τῆς

1 σμίλην C cett. σμιλὴν nos. — 2 κἂν C cett. καὶ nos. — ἤ τὶ C Cai. ἤ τι Ch. — 5 στεγνὸν C cett. στενὸν nos. — 8 ταχύνης C Cai. Ch ταχύνῃς K ταχύνοις nos; cf. Proll. p. 79. — 8 δυνήσῃ C δυνήσῃ Cai. Ch K δυνήσαιο nos. — 15 ῥᾶστον ἔστιν C Cai. ῥᾷστόν ἐστιν Ch. —

si scalpellum, verum etiam si stilum vel acum vel aliud quid huiusmodi in sinistrum ventriculum immiseris. At, si quidem necessarium esset, evacuari prius spiritum oportebat, ut subsequeretur sanguis, quippe cum foraminis angustia non paulum ad moram temporis conferret. Sed res non ita se habet: confestim enim id, quod vulnus intulit, consequitur sanguis, ut, quamvis in adhibendo scalpello festines, incruentum extrahere nunquam possis. Qua re perspicuum est sanguinis plenum esse ventriculum sinistrum.

Nam quod ab Erasistrato eiusque sectatoribus dicitur, priusquam denudetur, spiritum solum in eo contineri, ubi vero sit denudatum, sanguinem interlabi, nihil aliud est quam sermo hominum, quos redargui non pudet. Sed et haec eorum impudentia facillime redargui potest. Si enim praeter naturam in cordis ventriculum eum, quo spiritus continetur,

καρδίας ἐμπεπτώκει τὸ αἷμα, πάντα ἐχρῆν, οἶμαι, συγκεχύσθαι τὰ κατὰ φύσιν αὐτῆς ἔργα καὶ μήτε τὰς ἀρτηρίας ἔθ' ὁμοίως σφύζειν, ὡς ὅτε τοῦ παρὰ αὐτῆς ἐπληροῦντο πνεύματος, ἀπολωλέναι τε παμπόλλας ἐνεργείας, ὡς ἂν τῆς πηγῆς αὐτῶν οὐκέτι οὔσης. Ἐρασίστρατος μὲν γὰρ ζωτικοῦ πνεύματος, Χρύσιππος δὲ τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος πλήρη φησὶν εἶναι τὴν κοιλίαν ταύτην. ἀλλὰ οὐδὲν ὅλως τὸ ζῷον καταλαμβάνει σύμπτωμα. καὶ τοῦτο ἔνεστι τῷ βουλομένῳ μαθεῖν παρὰ ἡμῶν, ὥσπερ ἀμέλει πολλάκις μὲν ἐδείξαμεν οὐκ ὀλίγοις τῶν ἀπιστούντων εὐθὺς ἀντιπαραβάλλοντες αὐτοῖς ἐφ' ἑτέρου ζῴου, πολλάκις δὲ καὶ καθ' ἓν ὁτιοῦν ταὐτόν, ὁπόσα τε καὶ ὁποῖα καταλαμβάνει τὸ σύμπαν σῶμα παθήματα κοιλίας ἐγκεφάλου τρωθείσης. καίτοι τί λέγω τρωθείσης; εἰ γὰρ καὶ πρὶν τρῶσαι θλίψεις ἡντινοῦν αὐτῶν, ἀκίνητόν τε καὶ ἀναίσθητον, ἄπνουν τε καὶ ἄφωνον εὐθὺς ἔσται τὸ ζῷον. οὕτω δὲ κἀπὶ τῶν ἀνθρώπων αὐτῶν ἀνατιτραμένων φαίνεται συμ|πῖπτον. ἐν γὰρ τῷ τὰ κατεαγότα 186

1 ἐκπέπτωκε C cett. (ἐκπέμπτ. Cai.) ἐμπεπτώκει nos. — 3 ὡς ὅτ' ἐκ τοῦ C cett. ὡς ὅτε τοῦ nos. — 3 ἐπληροῦτο C cett. ἐπληροῦντο nos. — 7 φασὶν C cett. φησὶν nos. — 9 post πολλάκις μέν inseruimus. — 14 θλίψεις C θλίψῃς Cai. Ch θλίψῃς K; cf. Proll. p. 45. —

sanguis incidisset, omnia, opinor, naturalia eius opera confundi necesse erat, ut nec arteriae amplius similiter micarent ac tum, cum spiritu ex ipso corde proficiscente replebantur, et plurimae actiones interirent, utpote cum fons earum non amplius exstaret. Erasistratus enim vitalis, Chrysippus animalis spiritus plenum esse hunc ventriculum ait. At nulla omnino eiusmodi tentatio animal occupat, id quod, qui volet, a nobis discere poterit, quemadmodum videlicet non paucis, qui non credebant, et in alio statim animali vicissim comparatione facta et in uno eodemque saepe ostendimus, quot et quales affectiones universum corpus corriperent cerebri ventriculo vulnerato. Quamquam quid dico vulnerato? Immo si etiam prius quam vulneres, quemlibet eorum compresseris, continuo motu et sensu spirituque item et voce privabitur animal. Idem in hominibus ipsis, cum terebratio fit, evenire manifestum est. Nam in fractis

τῶν ὀστῶν ἐκκόπτειν ὑποβάλλειν ἀναγκαζομένων ἡμῶν ἀσφαλείας ἕνεκα τοὺς καλουμένους μηνιγγοφύλακας, εἰ βραχεῖ βιαιότερον ἐπιθλίψει τις αὐτοῖς τὸν ἐγκέφαλον, ἀναίσθητός τε καὶ ἀκίνητος ἁπασῶν τῶν καθ' ὁρμὴν κινήσεων ὁ ἄνθρωπος ἀποτελεῖται, οὐ μὴν τήν γε καρδίαν γυμνωθεῖσαν θλιβόντων. ἀλλὰ ἔγωγε οἶδα καὶ πυράγρᾳ ποτὲ χαλκέως ἐπιτρέψας τινὶ περιλαβεῖν αὐτήν, ἐπειδὴ [καὶ] τῶν δακτύλων ἐξεπήδα βιαίως παλλομένη· ἀλλὰ οὐδὲν οὐδὲ τότε τὸ ζῷον ἔπασχεν οὔτε εἰς αἴσθησιν οὔτε εἰς κίνησιν τὴν καθ' ὁρμήν, ἀλλὰ ἐκεκράγει τε μεγάλα καὶ ἀκωλύτως ἀνέπνει καὶ πάντα ἐκίνει σφοδρῶς τὰ κῶλα. μόνη γὰρ ἡ τῶν ἀρτηριῶν βλάπτεται κίνησις οὕτω διαληφθείσης τῆς καρδίας, ἄλλο δὲ οὐδὲν πάσχει τὸ ζῷον, ἀλλά, ἄχρι περ ἂν ζῇ, καὶ κινεῖ πάντα τὰ μέλη καὶ ἀναπνεῖ. ἐγκεφάλου δὲ οὕτω θλιφθέντος ἔμπαλιν ἅπαντα συμπίπτει· σφύζουσι μὲν αἱ ἀρτηρίαι κατὰ φύσιν ἅμα τῇ καρδίᾳ, κινεῖται δὲ οὐδὲν μέλος οὐδὲ ἀναπνεῖ τὸ ζῷον οὐδὲ ἐκφωνεῖ. ἤδη μὲν οὖν ἐκ τῶνδε καὶ ἄλλο τι

---

3 ἐπιθλίψει τὶς C Cai. ἐ. τις Ch. — 7 καὶ ante τῶν δακτύλων uncis inclusimus. — 11 σαφῶς C' σφόδρως C² σφοδρῶς Cai. — 12 pro διαληφθείσης Al. Just. θλιφθείσης legi vult. — 17 ἄλλό τι C ἄλλο τὶ Cai. ἄλλο τι Ch. —

---

'κεῖτ' ἐγρηγορόων· .ταὶ δ' ἐκ μεγάροιο γυναῖκες

4 καιρὸς pro κίνδυνος L. — 5 ὥσπερ γὰρ Σκύθαις MA ὥσπ. ἐν Σκ. LB (cf. Proll. p. 41). — 8 ὅμηρος δὴ L. — 10 νεάνσκους M. — 14 ὀδυσέ M. — 16 seqq. Odyss. XX, 5—22. ὀδυσσεὺς M ὀδυσσεὺς L. — 17 ἐγρηγορόων LM ἐγρηγορέων ABChK. —

rationem infirmam vel indoctam secum trahat. Quodsi et robore et scientia valent, vincet utique et ratio iracundiam et equum eques; sin vel altero vel utroque carent, periculum est, ne, quod natura infirmius est, id, quod praestantius est, vincat; velut Scythis et Gallis multisque aliis nationibus barbaris et apud nos vel pueris vel ineruditis hominibus usu venit, ut iracundia ratione plus valeat. Id ipsum Homerus cum vellet ostendere, Hectorem et Achillem et quosdam alios huiusmodi iuvenes iracundiae succumbentes induxit, Ulixem vero et Polydamantem et Nestorem ratione illam cohibentes, plerumque adeo graviter, ut ne excitaretur quidem ad insanum aliquid agendum, interdum ita, ut excitaretur quidem, sed a ratione compesceretur; velut hisce versibus Ulixem poeta finxit (omnes ordine adscribam):

'Atque ibi sollicitus vigilansque iacebat Ulixes
secum animo volvens pugnam caedemque procorum,

ʽἤϊσαν, αἳ μνηστῆρσιν ἐμισγέσκοντο πάροιθεν,
ʽἀλλήλῃσι γέλωτα καὶ εὐφροσύνην παρέχουσαι.
ʽτοῦ δ' ὠρίνετο θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοισι·
ʽπολλὰ δὲ μερμήριζε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,
ʽἠὲ μεταΐξας θάνατον τεύξειεν ἑκάστῃ,
ʽἢ ἔτ' ἐῷ μνηστῆρσιν ὑπερφιάλοισι μιγῆναι
ʽὕστατα καὶ πύματα· κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει.
ʽὡς δὲ κύων ἀμαλῇσι περὶ σκυλάκεσσι βεβῶσα
ʽἄνδρ' ἀγνοιήσασ' ὑλάει μέμονέν τε μάχεσθαι, |
ʽὥς ῥα τοῦ ἔνδον ὑλάκτει ἀγαζομένου κακὰ ἔργα·
ʽστῆθος δὲ πλήξας κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ·
ʽτέτλαθι δή, κραδίη· καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης
ʽἤματι τῷ, ὅτε τοι μένος ἄσχετος ἤσθιε Κύκλωψ
ʽἰφθίμους ἑτάρους, σὺ δ' ἐτόλμας, ὄφρα σε μῆτις

1 ἦσαν L. — ἐμιγέσκοντο LMABCh ἐμισγέσκοντο K. — 2 ἀλλήλοισι LMABChK ἀλλήλῃσι restituimus. — γέλωτα τε καὶ MAB γέλωτα καὶ LChK. — 4 μερμέριζε L. — 5 θανάτου L. — 6 ἢ ἐτεὸν μνηστ. L ἢ ἐτεῶ M ἢ ἐτ' ἐῶ (sic) A Ἦ ἐτ' ἐῶ B. — 7 Post ὑλάκτει verba ἀγαζομένου κακὰ ἔργα στῆθος δὲ πλήξας in L inculcata; in M ἀγαζομ. κ. ἔργ. — 8 ἁπαλοῖσι ABChK ἀπαλῇσι M ὁμαλῇσι L. — σκυλάκεσι L. — 9 ἀγνοιήσας MAB. — μέμηνέ τε LM μέμονέ τε AB. — 10 ὥς ῥά του L. — ἀγαζομένου (A) κακὰ ἔργα om. LM. — 11 στῆθος δὲ πλήξας om. L. — καρδίην M. — ἠνείπαπε LMA ἠνείπατε B. — 12 καρδίη M. — 13 ὅτι ἥμενος pro ὅτε τοι μένος L. — 14 δὲ ἔτλης MABChK δ' ἐτόλμας L. — ὄφρα LMAB. — μήτις LMAB. —

cum videt ex aula laetas prodire catervas
servarum risum inter se blandumque susurrum
miscentes, quae nocte procis iunxisse cubile
consuerant, pectusque illi subito arsit in iram.
Multum agitat secum, surgensne occideret omnes
an sineret tunc illa procis conubia iungi
ultima; valde intus corda ipsi in pectore latrant.
Utque canis teneros catulos, sua pignora, servans
ignoto oblatrans homini pugnaciter instat,
sic indignanti corda oblatrant. At Ulixes
pectora percutiens cor verbis increpat hisce:
cor, tolera, graviora alias peioraque passum
illo scilicet horrendus quo tempore Cyclops
mandebat miseros socios: tantisque periclis

'ἐξάγαγ' ἐξ ἄντροιο ὀιόμενον θανέεσθαι.
'ὢς ἔφατ' ἐν στήθεσσι καθαπτόμενος φίλον ἦτορ.'

εἰ μὴ σαφῶς ἐν τούτοις Ὅμηρος ἐκδιηγεῖται μάχην θυμοῦ πρὸς λογισμὸν ἐν ἀνδρὶ φρονίμῳ καὶ νίκην μὲν τοῦ λογισμοῦ, τοῦ θυμοῦ δὲ εὐπείθειαν πρὸς αὐτόν, οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν ἄν τις ἡμῖν συγχωρήσειε μανθάνειν τοῦ ποιητοῦ. τῶν γὰρ οὕτως ἐναργῶς λεγομένων εἰς ἀμφιβολίαν ἀχθέντων οὐδὲ τοῖς ἄλλοις ἂν ἔχοι τις ὅ τι χρήσαιτο. τὰς γὰρ θεραπαίνας ἁμαρτανούσας ὁρῶν Ὀδυσσεὺς ὑπὸ μὲν τοῦ θυμοῦ βιαίως εἵλκετο πρὸς τὴν τιμωρίαν αὐτῶν, ὑπὸ δὲ τοῦ λογισμοῦ κατείχετο τὴν ἀκαιρίαν ἐκδιδάσκοντος. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἠδύνατο ῥᾳδίως πείθειν ὁ λογισμὸς τὸν θυμὸν ἀνα|βάλλεσθαι τὴν **306** τιμωρίαν εἰς ἐπιτηδειότερον καιρόν, σφοδρότερον αὐτῷ προσφέρεται, καθάπερ ἵππον ἐκφερόμενον ἡνίοχος ἀντισπῶν βιαίως ἰσχυρῷ χαλινῷ, καὶ δὴ καὶ ταῦτά φησι πρὸς ἑαυτόν· 'καρτέρει κατὰ τὸ παρόν, ὦ γενναιοτάτη καρδία, καθάπερ

1 ἐξαγάγετ' ἀντροῖο L. — 2 ἔφαντ' M. — 4 ἐν ἀνδρὶ L ἐν om. MABChK; cf. Proll. p. 107. — 5 ἂν om. L. — 6 συγχωρήσει ἐκμανθάνειν MABCh συγχωρήσειεν ἐκμ. K συγχωρήσειε μανθάνειν L; cf. Proll. p. 63. — 7 φαινομένων pro λεγομένων L. — λεχθέντων pro ἀχθέντων L. — οὔτε L. — 8 γὰρ om. L. — 9 ὁρῶν δ' L. — 15 πρὸς αὐτόν M. —

durasti, ex antri donec te limine prudens
consilium eripuit, cum iam interiisse putares.
Sic ait his cor castigans sub pectore dictis.'

His versibus nisi Homerus rationis et iracundiae certamen in viro prudente aperte explicat rationisque victoriam et alterius oboedientiam, nihil profecto aliud erit, quod quis e poeta nobis discere concedat. Nam si tam aperta in ambiguitatem trahuntur, ne aliis quidem quomodo utatur quisquam habebit. Nimirum flagitia ancillarum Ulixes videns cum ab iracundia ad puniendas eas violenter traheretur, ratio eum rei importunitate demonstrata cohibebat. Quoniam autem ea non facile poterat iracundiam permovere ad vindictam in tempus magis opportunum differendam, vehementius eam corripit, quemadmodum equum effrenatum sessor validus iniecto freno violenter retrahit, atque haec secum: 'dura'

που καὶ πρότερον ἐκαρτέρησας ὑπὸ τοῦ Κύκλωπος ὁρῶσα τοὺς ἑταίρους διαφθειρομένους.' ἐμοὶ μὲν δὴ τούτων τῶν ἐπῶν εὐκαιρότατα μὲν ὁ Πλάτων δοκεῖ μνημονεύειν ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς Πολιτείας, ἀκαιρότατα δὲ ὁ Χρύσιππος, ἔτι δὲ μᾶλλον ὧν Εὐριπίδης ἐποίησε λέγουσαν τὴν Μήδειαν, ἡνίκα καὶ κατὰ τὴν ἐκείνης ψυχὴν ὁ λογισμὸς ἐστασίαζε πρὸς τὸν θυμόν. ᾔδει μὲν γάρ, ὡς ἀνόσιόν τι καὶ δεινὸν ἔργον ἐργάζοιτο τῇ τῶν παίδων ἐπιχειροῦσα σφαγῇ, καὶ διὰ τοῦτο ὤκνει τε καὶ ἀνεβάλλετο καὶ οὐκ εὐθὺς ὁρμήσασα ἔπραξε τοὔργον. αὖθις δὲ αὐτὴν ὁ θυμὸς ὥσπερ τις ἵππος δυσπειθὴς νικήσας τὸν ἡνίοχον ἐπὶ τοὺς παῖδας εἷλκε βίᾳ καὶ ἔπειτα πάλιν ὁ λογισμὸς ἀντέσπα τε καὶ ἀπῆγεν, εἶτα αὖθις ἀνθεῖλκεν ὁ θυμός, εἶτα αὖθις ὁ λογισμός. ὥστε πολλάκις ἄνω καὶ κάτω
307 *πρὸς ἀμφοῖν ἀγομένη ὡς συνεχώ|ρησε τῷ θυμῷ, τηνικαῦτα ποιεῖ τοιαῦτα λέγουσαν ὁ Εὐριπίδης αὐτήν·*

---

1 *ἐπὶ Κύκλωπα* MABChK *ὑπὸ τοῦ Κύκλωπος* L; cf. Proll. p. 104. — 2 *ὑπ' αὐτοῦ διαφθειρομένους* MABChK *ὑπ' αὐτοῦ* non habet L. — 3 *ἐν τετάρτω* MABChK *ἐν τῷ τ.* L. — 4 *τῆς* ante *Πολιτείας* om. LMABChK; cf. Progr. II, 10 adn. 7. — 8 *φαγῇ* M. — 9 *ἀνεβάλετο* L. — 10 *αὖθις δ' ἂν αὐτὴν* L. — 14 *τοιαῦτα ποιεῖ τηνικαῦτα λέγουσαν* L *τηνικαῦτα ποιεῖ λέγουσαν* MABChK. —

---

inquit 'in praesentia, cor generosissimum, ut prius etiam durasti, cum a Cyclope socios interimi conspiceres.' Ut igitur admodum opportune mea quidem sententia a Platone in quarto Reipublicae, ita importunissime a Chrysippo hi versus commemorantur, multo autem magis ea, quae Medea apud Euripidem dicit, cum ipsius quoque animus rationis et iracundiae seditione agitaretur. Intellegebat nimirum, quam nefarium quamque atrox facinus esset perpetratura, si liberorum caedem aggrederetur, ac propterea cunctabatur et differebat nec statim excitata facinus peregit. Rursus eam iracundia, ut equus contumax victo sessore, ad liberos trucidandos vi trahebat; deinde rursus ratio retrahebat ac revocabat; mox contra impellebat iracundia, ratio renitebatur. Ubi vero saepius hinc illinc distracta tandem iracundiae concessit, tum ita loquentem eam facit Euripides:

'καὶ μανθάνω μέν, οἷα δρᾶν μέλλω κακά,
'θυμὸς δὲ κρείττων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.'

μανθάνει μὲν δήπου τὸ μέγεθος ὧν μέλλει δράσειν κακῶν ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ διδασκομένη, κρείττονα δὲ εἶναί φησιν αὐτοῦ τὸν θυμὸν καὶ διὰ τοῦθ' ὑπὸ ἐκείνου πρὸς τοὔργον ἀπάγεσθαι βιαίως ἔμπαλιν Ὀδυσσεῖ τῷ λογισμῷ τὸν θυμὸν ἐπισχόντι. βαρβάρων μὲν γὰρ καὶ ἀπαιδεύτων ἀνθρώπων ἔθετο παράδειγμα τὴν Μήδειαν Εὐριπίδης, οἷς ὁ θυμὸς ἰσχυρότερος τοῦ λογισμοῦ· Ἑλλήνων δὲ καὶ πεπαιδευμένων, οἷόνπερ αὖ πάλιν ὁ ποιητὴς ὑπέθετο τὸν Ὀδυσσέα, κρείττων ὁ λογισμὸς τοῦ θυμοῦ. πολλάκις μὲν οὖν ὁ λογισμὸς εἰς τοσοῦτο τοῦ θυμοειδοῦς μέρους τῆς ψυχῆς κρείττων ἐστίν, ὡς μηδέποτε μάχην αὐτοῖς γίνεσθαι πρὸς ἀλλήλους, ἀλλὰ τὸν μὲν ἄρχειν, τὸν δὲ ἄρχεσθαι, καὶ τοῦτο μὲν τοῖς εἰς τέλος ἥκουσι φιλοσοφίας ὑπάρχει· πολλάκις δὲ ὁ θυμὸς τοῦ λογισμοῦ κρατεῖ τοσοῦτον, ὡς | ἄρχειν τε καὶ ἡγεῖσθαι διὰ 308 παντός, ὁρᾶται δὲ ἔν τε τοῖς πολλοῖς τῶν βαρβάρων τοῦτο

1 Eur. Med. vv. 1078. 1079 μανθάνομεν M. — 3 δήπου τὸ LMAB δή πού τι τὸ ChK; cf. Proll. p. 58. — 4 φησὶ AB φησι ChK. — 8 ὡς pro οἷς L. — 11 εἰς τοῦτο L. — 13 μάχην αὐτὴν M. — 16 διαπαντὸς L. — 17 ἐν τοῖς πολλοῖς L ἔν τε πολλοῖς MABChK ἔν τε τοῖς π. nos. —

'cognosco, quam nefanda nunc patrem mala,
sed ira consilio est potentior meo.'

Cognoscit nimirum a ratione edocta sceleris, quod sit factura, immanitatem, sed potentiorem illa iracundiam esse ait ideoque se violenter ad facinus impelli, contra atque Ulixes, qui iracundiam ratione cohibuit. Barbarorum enim et ineruditorum hominum exemplum proposuit Medeam Euripides, in quibus fortior ratione iracundia esset; Graecorum contra et eruditorum, qui rationem ira superiorem haberent, Ulixem Homerus finxit. Saepenumero autem ratio in animae partem, in qua iracundia versatur, tantum imperium exercet, ut nulla unquam inter eas pugna oriatur, sed altera imperet, altera dicto audiens sit, quod iis contingit, qui ad summum philosophiae fastigium pervenerunt; saepius etiam iracundia ratione adeo superior est, ut ipsa sola perpetuo regnet imperiumque

καὶ τῶν παίδων τοῖς φύσει θυμικοῖς, ἔτι δὲ θηρίων οὐκ ὀλίγοις καὶ ἀνθρώπων τοῖς θηριώδεσιν· ἔστιν ὅτε δὲ οὐδέτερον εἰς τοσοῦτον ἰσχυρότερόν ἐστιν, ὡς ἐφέλκεσθαι παραχρῆμα θάτερον, ἀλλὰ ἐναντιοῦταί τε πρὸς ἄλληλα καὶ διαμάχεται καὶ νικᾷ τῷ χρόνῳ θάτερον, ἐπὶ Ὀδυσσέως μὲν ὁ λογισμός, ἐπὶ Μηδείας δὲ ὁ θυμός, ὡς δύο ὄντα αὐτὰ μόρια τῆς ψυχῆς, ἤ, εἰ μὴ μόρια, πάντως γε δυνάμεις τινές. ὁ δὲ Χρύσιππος οὔτε μόρια ψυχῆς ταῦτα εἶναι νομίζων οὔτε δυνάμεις ἀλόγους ἑτέρας τῆς λογικῆς ὅμως οὐκ ὀκνεῖ τῶν Ὀδυσσέως τε καὶ Μηδείας ἐπῶν μνημονεύειν ἐναργῶς καταβαλλόντων τὴν δόξαν αὐτοῦ. πῶς ἂν οὖν τις ἔτι διαλέγοιτο τοιούτοις ἀνδράσι μήτε τῶν ἐναργῶς φαινομένων φροντίζουσιν, ὡς ἤδη πολλάκις ἔδειξα, καὶ τῶν ἐξελεγχόντων τὰ δόγματα αὐτῶν ὡς μαρτυρούντων μνημονεύουσιν; ἐμπέπλησται γὰρ ὁ περὶ ἡγεμονικοῦ λόγος ὑπὸ Χρυσίππου γεγραμμένος ἐπῶν ποιητικῶν ἤτοι τὰ πάθη περὶ τὸν θώρακά τε καὶ τὴν καρ-
309 *δίαν | συνίστασθαι μαρτυρούντων ἢ δύο εἶναι τῆς ψυχῆς*

1 In verbis *ἔτι δὲ θηρί|ων* terminatur quaternio XXVI codicis Laurent.; cf. Proll. p. 72, Programm. I, 8. 9. — 4 *θάτερον ἐπ' Ὀδυσσέως* (v. 5) omissis, quae interiecta sunt, verbis M. — 10 *καταβαλόντων* M. —

obtineat, quod tum in plerisque barbaris, tum in pueris, qui natura iracundiores sunt, tum etiam in feris non paucis hominibusque illarum similibus videre licet; interdum neutra usque adeo valet, ut alteram statim secum rapiat, sed adversantur inter se et digladiantur, quoad altera tandem victoria potitur, ut in Ulixe ratio, iracundia in Medea, tamquam duae ac diversae animae partes vel si minus partes, certe facultates quaedam. Chrysippus vero cum has nec partes animae nec facultates irrationales esse diversas a rationali existimaret, tamen non dubitat et Ulixis et Medeae versus, quibus manifesto sententia eius ruit, in medium afferre. Quo pacto igitur cum huiusmodi hominibus agas, qui nec ullam, ut saepius iam dixi, evidentissimarum rerum curam habent et ea, quae eorum sententias refellunt, quasi iis suffragentur, adhibent? Refertus est versibus poetarum totus tractatus Chrysippi de animae principatu, qui vel affectus in

δυνάμεις ὅλῳ τῷ γένει διαφερούσας ἀλλήλων, τὴν μὲν ἄλογον, τὴν δὲ λογικήν. ὥσπερ γὰρ ἐξ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου βραχέα παρεθέμην ὀλίγῳ πρόσθεν ὧν ὁ Χρύσιππος ἔγραψεν, οὕτως ἐξ Ὀρφέως καὶ Ἐμπεδοκλέους καὶ Τυρταίου καὶ Στησιχόρου καὶ Εὐριπίδου καὶ ἑτέρων ποιητῶν ἐπῶν μνημονεύει παμπόλλων ὁμοίαν ἐχόντων ἀτοπίαν, οἷον καὶ ὅταν ἐπαινῇ Τυρταῖον λέγοντα

'αἴθωνος δὲ λέοντος ἔχων ἐν στήθεσι θυμόν.'

ὅτι μὲν γὰρ ἔχει ὁ λέων θυμόν, ἀκριβῶς ἅπαντες ἄνθρωποι καὶ πρὶν ἀκοῦσαι Τυρταίου γινώσκομεν, οὐ μὴν Χρυσίππῳ γε ἔπρεπε παραθέσθαι τὸ ἔπος ἀφαιρουμένῳ τοὺς λέοντας τὸν θυμόν. οὐδὲν γάρ, ὡς οἴεται, τῶν ἀλόγων ζῴων οὔτε τὸ θυμοειδὲς οὔτε τὸ ἐπιθυμητικὸν οὔτε τὸ λογιστικὸν ἔχει, ἀλλά, ὡς εἴρηταί μοι καὶ κατὰ τὸ πρῶτον γράμμα, παρὰ πᾶσαν τὴν ἐνέργειαν ἀφαιροῦνται τῶν εἰρημένων ἁπάντων αὐτὰ σχεδὸν ἅπαντες οἱ Στωϊκοί. Τυρταῖος δέ γε, | καθάπερ **310**

4 οὕτω ABChK οὕτως M. — 6 παμπόλων M. — εἴπῃ Τυρταῖον codd. edd. ἐπαινῇ nos. — 8 Tyrtaei fragm. XIII apud Bergk. Poet. lyr. II³, 404. —

thorace et pectore esse testantur vel duas esse animae facultates toto inter se genere discrepantes, unam, quae rationis expers, alteram, quae particeps sit. Nam quemadmodum ex Homero et Hesiodo pauca quaedam paulo ante apposui ex iis, quae Chrysippus exscripsit, ita Orphei, Empedoclis, Tyrtaei, Stesichori, Euripidis ceterorumque poetarum versus plurimos cum simili perversitate affert, velut cum Tyrtaei illud laudat:

'iram ardentis habens in pectore vimque leonis.'

Leonem enim iram habere etiam priusquam Tyrtaeum audiverimus, omnes homines plane novimus; Chrysippo tamen, quippe qui leones ira privaret, neutiquam conveniebat versum illum adscribere. Nullum enim brutum animal opinatur neque iracundam neque appetentem neque ratione praeditam partem habere, sed, quod in primo etiam libro dixi, Stoici fere omnes haec omnia a brutis in omni actione abiudicant. Tyrtaeus autem, sicut etiam Homerus et Hesiodus et, ut

οὖν καὶ Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἅπαντες οἱ ποιηταὶ σφοδρότατον ἔχειν φασὶ τοὺς λέοντας τὸν θυμόν, ὥστε καὶ τῶν ἀνθρώπων ὅστις ἂν ᾖ θυμοειδέστατος, εἰκάζουσι λέοντι καὶ χωρὶς δὲ τῶν ποιητῶν ἅπαντες ἄνθρωποι τοὺς θυμικωτάτους λέοντας ὀνομάζουσιν. οὕτως οὐδὲ τοῖς ἀθληταῖς παύονται καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐγκελευόμενοι. καὶ τοὐναντίον ἔοικεν ἅπαν ἢ βούλεται συμπίπτειν τῷ Χρυσίππῳ. τ. ν γὰρ ἀπὸ τῆς φύσεως αὐτοῦ τοῦ ζητουμένου πράγματος ἐπιχειρημάτων ἀποχωρῶν ἑκάστοτε καὶ ῥητορικῶς μᾶλλον ἢ φιλοσόφως ἐν πλήθει μαρτύρων τὸ νικᾶν θέμενος ὑπὸ αὐτῶν ὧν ἐπικαλεῖται προπαραδίδοται.

Καὶ γὰρ οὖν, ὅταν εἴπῃ διὰ τοῦτο λέγεσθαί τινας ἀκαρδίους, ὅτι πεπιστεύκασιν ἅπαντες ἄνθρωποι τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς ἐν τῇ καρδίᾳ περιέχεσθαι, θαυμάζειν ἄξιον τἀνδρός, εἰ μὴ ἄχρι τοσούτου παρακολουθεῖ τοῖς λεγομένοις, ὡς γνωρίζειν, ὅτι μηδένα τῶν ἀνοήτων τε καὶ ἀσυνέτων
311 ἀκάρδιον ὀνομάζουσιν, ἀλλὰ ἐκείνους μὲν ἅπαντας, | ἐπειδὰν σκώπτωσιν, οὐκ ἔχειν ἐγκέφαλόν φασι, τοὺς ἀτόλμους δὲ καὶ

6 οὕτως ἐγκελευόμενοι codd. edd. οὕτως delevimus. — 17 ἀκάρδιος Corn. — 18 σκόπτωσιν M. — φασιν ABChK φασι M. —

semel dicam, omnes poetae iram habere vehementissimam leones dicunt, adeo ut vel hominem animosissimum iracundissimumque leoni adsimulent atque omnino, ut poetas mittaus, animosissimum quemque nemo non leonem appellet; nec desinit vulgus hac compellatione quotidie athletas incitare. Itaque fit, ut in contrarium prorsus ac voluit Chrysippo res cedat. Nam cum argumenta, quae a natura rei ipsius, de qua quaestio est, ducuntur, ubique omiserit et oratoris magis quam philosophi more in testium multitudine victoriam ponat, ab iisdem ipsis, quos citat, proditur.

Etenim quod a·t propterea quosdam ἀκαρδίους i. e. excordes appellari, quod omnes sibi persuasum habeant principatum animae in corde contineri, virum admirari satis non queo, qui ne usque eo quidem ea, quae dicuntur, assequatur, ut cognoscat homines stultum aut imprudentem neminem sic vocitare, sed, ubi eorum aliquem irridere velint, eum dicere

δειλοὺς ἀκαρδίους ὀνομάζουσιν. ἐξελέγχεται τοίνυν κἀνταῦθα τὸ τοῦ Χρυσίππου δόγμα πρὸς αὐτῶν ὧν ἐπικαλεῖται μαρτύρων ἐν ἐγκεφάλῳ μὲν ὑπολαμβανόντων εἶναι τὸ λογιζόμενον, ἐν καρδίᾳ δὲ τὸ θυμοειδές. ἀλλὰ νὴ Δία θαυμασίως ὅπως ἐξηγεῖται τοὔνομα τὸ ἀκάρδιον [ἢ] τίνι διανοίᾳ λέγουσιν οἱ πολλοί, συνάπτων εὐθὺς καὶ τὸ ἄσπλαγχνον· ἔχει δὲ ἡ ῥῆσις ὧδε· ‛παραβάλλουσι δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ‛λεγομένων, οἷον τοὺς ἀσπλάγχνους, καθ' ὅ φαμεν μὴ ἔχειν ‛τινὰς ἐγκέφαλον καὶ ἔχειν, οὕτως ἡμᾶς ὑπονοοῦντες λέγειν ‛καὶ μὴ ἔχειν καρδίαν τινὰς καὶ ἔχειν κατὰ τὰ προειρημένα ‛τῶν μὲν ἀσπλάγχνων τάχα λαμβανομένων κατὰ τὸ μηθὲν ‛ἔχειν ἔνδον συναλγοῦν κατὰ τὰ ἐναντία καὶ ἀπὸ τῆς καρδίας ‛οὕτως αὐτῶν κοινότερον λεγομένων, τοῦ δὲ ἐγκεφάλου λαμ‛βανομένου ἤτοι κατὰ τὰ αὐτὰ ὁμοίου τινὸς ὄντος ἢ διὰ τὸ ‛καὶ τοῦτον ἔχειν τινὰ κυρίαν τοῖς σπλάγχνοις ὁμοίαν.' ἱ

5 ἢ uncis inclusimus. — 8 καθὸ M. — 9 *ἐγκέφαλον καὶ ἔχειν καρδίαν τινὰς* omissis, quae interiecta sunt M. —

sine cerebro esse, contra meticulosos et timidos appellare excordes. Itaque hic quoque ab iisdem, quos produxit, testibus, quippe qui rationem in cerebro, iracundiam in corde esse existiment, Chrysippi sententia redarguitur. At ipse per Iovem mirum in modum vocem illam excors explanat quo sensu ab hominibus dicatur, statimque ei vocem *ἄσπλαγχνος*, i. e. evisceratus coniungit. Verba eius haec sunt: ‛Comparant autem cum iis, quae commemoravimus, etiam dicta huiuscemodi, velut cum evisceratos appellant, quo sensu dicimus cerebrum quosdam non habere vel habere, eodem dicere nos arbitrantes cor habere quosdam, quosdam non habere secundum ea, quae supra dicta sunt, cum eviscerati fortasse accipiantur pro iis, qui nihil intus in alterius rebus adversis doloris habeant, et a corde communiore vocabulo ita appellentur, cerebri autem vox assumatur vel quia eiusdem generis simile quiddam est vel quia potentiam quandam ipsum quoque habet

μὲν ῥῆσις αὕτη· χρὴ δὲ αὐτὴν ἀναγνῶναί τινα καὶ τρὶς καὶ
312 *τετράκις | ἐπὶ σχολῇ πολλῇ ἀκριβῶς προσέχοντα τὸν νοῦν τοῖς λεγομένοις. οὕτω γὰρ μόνως, οἶμαι, πεισθήσεται τὸ κατὰ τὴν παροιμίαν λεγόμενον ὑπάρχειν αὐτῇ, τό 'λαβὲ μηδὲν καὶ κράτει καλῶς.' ἔγωγε οὖν ἐν πολλοῖς πολλάκις βιβλίοις ἀνεγνωκὼς ῥήσεις, ἐν αἷς ὀνόματα καὶ ῥήματα συνάπτεται μηδεμίαν ἔχοντα διάνοιαν, οὐδαμόθι τοῦτο ἀκριβούμενον εἶδον οὕτως, ὡς κατὰ τήνδε τὴν νῦν ἡμῖν προγεγραμμένην λέξιν. αἴνιγμα γάρ ἐστιν ὁ λόγος τοῦ Χρυσίππου θαυμαστῇ τινι καταπεπλεγμένον ἀσαφείᾳ μετὰ συντομίας ἀκαίρου. καίτοι τήν γε συντομίαν οὐδὲ καθ' ἕνα τῶν ἑαυτοῦ λόγων ἐζήλωκεν, ἀλλὰ οὕτω μακρός ἐστιν, ὡς πολλάκις ἐν ὅλῳ βιβλίῳ πολυειδῶς ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἄνω τε καὶ κάτω τοὺς λόγους ἑλίττειν. τὸ μὲν δὴ τῆς ἀσαφείας αὐτῷ σύνηθες ἀσθενείᾳ τῆς ἑρμηνευτικῆς δυνάμεως ἑπόμενον καί μοι δοκεῖ καὶ αὐτὸς αἰσθανόμενος αὐτῆς τρὶς καὶ τετράκις ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἐπὶ πλεῖ-*

1 *ῥῆ* M *σις* addidit m. recentiss.; cf. Progr. I, 5. Proll. p. 71. — 3 *οὕτως γὰρ* M. — *πεισθήσεσθαι* M. — 7 *οὐδαμόθεν* codd. edd. *οὐδαμόθι* nos; cf. Proll. p. 102. — 13 *ἐλίττειν* MA. —

visceribus non dissimilem.' Verba haec sunt, quae te oportet ter quaterve multo cum otio animum diligenter advertentem ad ea, quae dicuntur, perlegere atque ita demum persuasum tibi habebis illa pertinere ad id, quod est in proverbio: 'nihil apprehende et fortiter tene.' Ego quidem cum multos saepenumero in multis libris locos legissem, in quibus nomina et verba sine ullo sensu inter se struuntur, nusquam id tam exquisite factum vidi quam hoc loco, quem modo laudavi. Aenigma enim est locus Chrysippi mira quadam obscuritate cum intempestiva brevitate perplexum. Quamquam brevitatem in nullo suo scripto sectatus est, sed tam longus verbosusque est, ut saepe per totum librum de iisdem rebus orationem ultro citroque invertat. Obscuritas quidem ei familiaris est, quae explanandi imbecillitatem sequitur, quod ipse etiam agnoscere mihi videtur, qui ter quaterve de iisdem rebus quam longissime extendere

στον ἐκτείνειν τοὺς λόγους οὐκ ὀκνεῖν· τὸ δὲ τῆς βραχυλογίας ἄηθές τε καὶ σπανίως ὑπὸ αὐτοῦ γινόμενον, ἐν οἷς ἂν μάλιστα | λόγοις ἄφυκτον αἰσθάνηται τὸ σφάλμα τῶν 313 ἑαυτοῦ δογμάτων. βούλεται γάρ, οἶμαι, παρατρέχειν αὐτὸ διὰ ταχέων ἄλλως ὑπομένων ἐξελέγχεσθαι. καί μοι δοκεῖ, καθάπερ ἐν τοῖς ἄλλοις λόγοις ἀγωνίζεται σαφῶς ἑρμηνεύειν, οὕτως ἐν οἷς ἐξελέγχεται συγκρύπτειν τὸν λόγον ἀσαφείᾳ μετὰ βραχυλογίας, ἵνα δηλαδὴ δοκῇ μὲν ἀπολελογῆσθαι πρὸς τοὔγκλημα καὶ μὴ παρεληλυθέναι τελέως αὐτό, μηδὲν δὲ ἡμεῖς ἔχωμεν ἀντιλέγειν τοῖς εἰρημένοις, ὧν οὐδὲ ὅλως μανθάνομεν. αὐτίκα γέ τοι κατὰ τὴν προγεγραμμένην ῥῆσιν, ἐν ᾗ τὸ ἄσπλαγχνον καὶ τὸ μὴ ἔχειν ἐγκέφαλον ὅπως οἱ πολλοὶ λέγουσιν ἐξηγεῖται, ἐμοὶ μὲν δοκεῖ τοιόνδε τι δηλοῦν· ἀσπλάγχνους μὲν καλοῦσιν ἐνίους ἐν ἴσῳ τῷ ἀκαρδίους, ἐπειδὴ σπλάγχνον ἡ καρδία, τὸ δὲ ἐγκέφαλον μὴ ἔχειν ἐν ἴσῳ τῷ ἄσπλαγχνον εἶναι λέγουσιν, ἐπειδὴ καὶ οὗτος σπλάγχνον τέ ἐστι καὶ κύριον. οὐ μὴν προσίενταί γε πάντες οἱ

---

1 ὀκνεῖ codd. edd. ὀκνεῖν nos; cf. Proll. p. 99. — 5 ἀλλ' ὑπομένων MAB pro ἀλλ' Corn. legi vult ἵνα μή: ἄλλο ὑπομ. Al. Just. ChK ἄλλως ὑπ. nos. — 13 λέγουσι M. — 14 ἴσω τὸ M. —

---

verba non gravetur. Brevitas autem et insueta ei est et raro ab eo usurpatur eaque in iis potissimum locis, ubi ruinam sententiarum suarum evitari non posse sentit. Quam cursim transmittere vult; aliter enim recusare non potest, quin confutetur. Sicut enim in ceteris locis id contendit, ut sensa aperte exprimat, ita in iis, ubi redarguitur, videtur mihi ea obscuritate quadam ac brevitate contegere, ut scilicet diluisse, si quae obicerentur crimina, non penitus omisisse existimetur, nos autem nihil habeamus, quod contra ea, quae pronuntiaverit, dicamus, quippe quorum omnino nihil intellegamus. Sic statim eo loco, quem supra adscripsi, ubi evisceratum esse et cerebrum non habere quo sensu vulgus dicat, explanat, talia declarare mihi videtur: evisceratos quosdam eadem sententia vocant, qua excordes, quia viscus cor est; cerebrum autem non habere eosdem dicunt, quos eviscceratos nuncupant, quia cerebrum et viscus est et principale.

Στωϊκοὶ τὴν τοιαύτην ἐξήγησιν, ἀλλὰ ἕτερον μέν τι λέγεσθαί
φασιν, οὐ δηλοῦσι δὲ αὐτό, τῶν ἐσωτερικῶν ὑπάρχον δηλο-
314 *νότι, καὶ ἐπιτιμῶσιν ἡμῖν εὐθέως ὡς προπετῶς | ἀντιλέγουσι,*
πρὶν γνῶναι τὸ λεγόμενον· οἱ δὲ καὶ λοιδοροῦντες σφοδρό-
τερον ἀνεισάκτους τε καὶ φιλονείκους ἀποκαλοῦσιν οὔ φασί
τε διδάξειν τὸ λεγόμενον ἀπαιδεύτους ἀνθρώπους. καίτοι
τά γε ἄλλα καὶ μὴ βουλομένων ἡμῶν διεξέρχονται μακρῶς
ἀλλὰ ὅταν, ὡς εἶπον, ἐπί τι τοιοῦτον ἀφίκωνται μηδεμίαν
ἔχον εὐπορίαν φλυαρίας, οἱ μὲν γράφοντες τὰ βιβλία ταχέως
τε ἅμα καὶ ἀσαφῶς παρατρέχουσιν, οἱ δὲ ἐξηγούμενοι τὰ
τούτων συγγράμματα φθόνου μᾶλλον ὑπόνοιαν εἰς τοὺς
ἀκούοντας εἰσπέμπειν ἕτοιμοι γίνονται προσποιούμενοι μὴ
βούλεσθαι διδάσκειν ἡμᾶς ἧπερ ὁμολογοῦσι νενικῆσθαι. ἀλλὰ
τοὺς μὲν ἀσπλάγχνους τε καὶ ἀνεγκεφάλους ἤδη παρέλθωμεν,
ἵνα μὴ λυπῶμεν ἐπὶ πλέον τοὺς περὶ τὸν Χρύσιππον ἐναργῶς
καταμαρτυρουμένους ὑφ' ὧν ἐπικαλοῦνται μαρτύρων· ὅθεν δὲ

---

5 *ἀνεισάκτους ἡμᾶς καὶ* p. — 9 *ἀπορίαν* MAB. — 10 *σαφῶς* codd. edd. *ἀσαφῶς* nos. — 12 *ἐκπέμπειν* codd. edd. *εἰσπέμπειν* nos. — 13 *ὁμολογοῦντες* codd. edd. *ὁμολογοῦσι* nos. —

Non tamen hanc explanationem admittunt omnes Stoici, sed aliud quiddam dici aiunt, quale vero sit, non declarant, subtilius scilicet quam pro hominum extra scholam intellectu, atque nos statim increpant, quod temere contra dicere audeamus, priusquam vim verborum exploratam habuerimus; nonnulli etiam vehementius in nos invehentes profanos litigiososque appellant negantque se illa velle explicare hominibus indoctis. Quamquam cetera iidem etiam invitis nobis satis verbose exponunt. At ubi, quemadmodum dixi, ad aliquid eiusmodi pervenerunt, quod nullam garrulitatis opportunitatem habeat, qui libros componunt, cito simul et obscure praetervolant, hos qui interpretantur, invidiae suspicionem audientibus inicere malunt simulando se nolle alios docere quam ut victos se fateantur. Sed evisceratos et cerebri expertes iam omittamus, ne amplius negotium facessamus Chrysippo eiusque sectae a testibus, quos produxerunt, con-

ἀπελίπομεν, ἐκεῖσε πάλιν ἐπανέλθωμεν. ἐμπλήσας ὁ Χρύσιππος ὅλον τὸ βιβλίον ἐπῶν Ὁμηρικῶν καὶ Ἡσιοδείων καὶ Στησιχορείων Ἐμπεδοκλείων τε καὶ Ὀρφικῶν, ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἐκ τῆς τραγῳδίας καὶ παρὰ Τυρταίου καὶ τῶν | ἄλλων 315 ποιητῶν οὐκ ὀλίγα παραθέμενος, εἶτα συνεὶς τῆς θαυμαστῆς δὴ ταύτης ἀπεραντολογίας, τοῦτο γὰρ αὐτῇ μᾶλλον ἡγοῦμαι προσήκειν τοὔνομα, ταῦτα κατὰ λέξιν ἐπιφέρει· 'ταυτὶ μὲν 'φήσουσιν ἀδολεσχίαν εἶναι γραώδη, τυχὸν δὲ καὶ γραμμά'των διδασκάλου βουλομένου στίχους ὅτι πλείστους ὑπὸ τὸ 'αὐτὸ διανόημα τάξαι.' καλῶς εἶπες, ὦ Χρύσιππε, ταῦτα, κάλλιον δὲ ἦν, εἰ μὴ μόνον εἶπες, ἀλλὰ καὶ παντάπασιν ἐφυλάξω τὴν γραώδη ταύτην ἀδολεσχίαν. τί γὰρ ἂν εἴη γραωδέστερον ἢ ἀδολεσχότερον ἢ γραμματιστῇ πρεπωδέστερον ἢ πόρρω μᾶλλον ἀπεληλαμένον ἀποδείξεως προσηκούσης ἀνδρὶ φιλοσόφῳ τοῦ μνημονεύσαντα κατὰ ἀρχὰς εὐθὺς τοῦ Πλάτωνος δόγματος ἐᾶσαι μὲν τοῦτο καὶ ἀπορρῖψαι παντάπασιν οὐδὲ ὡς ὑπὸ τῶν μετὰ αὐτὸν κατεσκεύασται προσγράψαντα,

1 ἀπελείπομεν MAB. — ἐκεῖθεν MABCh. — 5 εἶτα μὴ συνεὶς codd. edd. μὴ eiecimus; cf. Proll. p. 116. — 17 κατεσκευᾶσθαι M — προγράψαντα MABCh προσγρ. K; cf. Proll. p. 103. —

victis; ad id, unde degressi sumus, redeamus. Chrysippus postquam librum totum Homeri, Hesiodi, Stesichori, Empedoclis, Orphei versibus implevit atque insuper e tragicis et Tyrtaeo ceterisque poetis non paucos addidit, deinde animadvertit mirabilem suam loquacitatem infinitam — hoc enim convenire illi magis nomen arbitror —, haec ad verbum subnectit: 'Hanc quidem garrulitatem aniculae, fortasse etiam ludimagistri esse dicent, qui versus quam plurimos velit sub eandem sententiam redigere.' Bene dixisti, Chrysippe, melius tamen fuerat, si non dixisses tantum, sed vitasses prorsus anilem hanc garrulitatem. Quid enim magis anile, quid loquacius, quid grammatistae convenientius, quid alienius remotiusque a demonstratione, quae philosophum decet, quam cum iste statim in principio Platonis decretum commemoraverit, id omittere et penitus reicere nec, quo modo ab iis, qui post eum floruerunt, con-

παρελθεῖν δὲ καὶ τὴν πρὸς τοὺς ἠρωτημένους ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν λόγους ἀντιλογίαν τε καὶ λύσιν, ἐφ' ᾗ δίκαιον ἦν αὐτὸν ἀποδείξεσι χρησάμενον ἐπιστημονικαῖς ἐμπεδῶσαι τὸ ἑαυτοῦ δόγμα, ποιητῶν δὲ μεμνῆσθαι καὶ πλῆθος ἰδιωτῶν
316 καλεῖν μαρτυρῆσον καὶ τί | λέγουσιν αἱ γυναῖκες, γράφειν, οὐδὲ οὖν οὐδὲ ἐν αὐτοῖς οἷς καλεῖ μάρτυσιν εὐτυχοῦντα; καὶ γὰρ οἱ ποιηταὶ κατὰ αὐτοῦ λέγουσιν ἅπαντες τὰ πλείω καὶ οἱ ἰδιῶται. τίς γοῦν οὐκ ἔγραψε ποιητὴς ἐπιθυμεῖν τε καὶ θυμοῦσθαι πολλὰ τῶν ζῴων ἀνθρώπου σφοδρότερον; τίς δὲ ἰδιώτης οὐχ οὕτω χρῆται τοῖς ὀνόμασιν, ὡς τὸ Πλάτωνος βούλεται δόγμα, τὸν μὲν ἀκάρδιον ἐν ἴσῳ τῷ δειλὸν καὶ ἄτολμον καὶ ἄνανδρον ὀνομάζων, καρδίαν δὲ λαβεῖν ἐγκελευόμενος, ἐπειδὰν εἰς ἀνδρείαν πρᾶξιν ἐπεγείρῃ τὸν πέλας, ἐπεγγελῶν δὲ τοῖς ἀνόητον εἰποῦσιν ἀνεγκεφάλους καὶ ἀσυνέτους ὀνομάζων αὐτούς, ἑτέρους δὲ ἀγχίνους καὶ ἔννους φάσκων, οὓς ἂν ὡς συνετοὺς ἐπαινῇ, ἀσπλάγχνους δὲ ἀποκαλῶν τοὺς μήτε

---

2 ἀντιλογίαν καὶ λύσιν M. — 3 ἐπιστημονικῶς MAB. — 7 ποιηταὶ κατ' αὐτοῦ MAB π. καὶ κατ' αὐτοῦ ChK; cf. Proll. p. 58. — 11 τὸ μὲν ABChK τὸν μὲν M; cf. Proll. p. 37. — 12 καρδίην MABCh. — 14 κενεγκεφάλους M. — 16 μὴ ἐλεοῦντας codd. edd. μήτε ἐ. nos. —

---

firmatum sit, adscribere, praeterire etiam controversias de eorum rationibus interrogationibusque ortas solutionesque, quibus adhibitis debuit demonstrationibus elegantibus uti atque ita suum decretum confirmare, tum poetarum dicta colligere et imperitorum vulgus in testimonium vocare et, quid mulierculae dicant, litteris mandare, quamquam parum feliciter his etiam testibus res agitur? Poetae enim ac vulgus pleraque contra eum dicunt. Quis enim poeta est, qui multa animalia bruta homine vehementius et concupiscere et irasci non tradat? Quis e vulgo verbis non ita utitur, ut Platonis decretum vult? excordem enim eum appellat, qui meticulosus, timidus imbellisque est; et cum ad rem fortiter aggrediendam alterum incitat, cor ut capiat, hortatur; eos, qui stulte dixerunt, cerebri expertes et insipientes irridens nominat; alios contra sagaces et intellegentes, quorum prudentiam laudat; at qui neminem miserantur, neminem amant nec, sive lau-

ἐλεοῦντας μηδένα μήτε φιλοῦντας μήθ' ὅλως φροντίζοντας ἢ ἐπαινούντων ἢ ψεγόντων ἢ ἀδικούντων ἢ ὠφελούντων, ἀλλὰ ὥσπερ λίθους ἀναισθήτους ὑπάρχοντας; οὓς γὰρ ἂν εἰς ἀναισθησίαν παντελῆ σκῶψαι βουληθῶσιν, ἀσπλάγχνους ὀνομάζουσιν, ὥσπερ τοὺς ἀνάνδρους μὲν ἀκαρδίους, ἀνεγκεφάλους δὲ τοὺς ἄφρονας. ἐπεὶ δέ ἐστι καὶ τρίτον τι | σπλάγχνον, 317 τὸ ἧπαρ, ἐν ᾧ τὸ ἐπιθυμητικὸν ἵδρυται τῆς ψυχῆς, καὶ χρὴ καὶ τούτῳ συμμετρίαν τινὰ τῶν οἰκείων ὑπάρχειν κινήσεων, εἰ μέλλει τελέως κεκοσμῆσθαι τὴν ψυχὴν ὁ ἄνθρωπος, εἴη ἂν καὶ ὁ κατὰ τοῦτο ἀναίσθητος, ὡς ἐπὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς δύο, καὶ μοχθηρῶς διακείμενος ἄσπλαγχνος ὀρθῶς ὀνομαζόμενος. ὁ δὲ ἐναντίος αὐτῷ μεγαλόσπλαγχνος λέγεται, καθάπερ ὁ Εὐριπίδης εἰσάγει τὴν Μήδειαν ὄντως μεγαλόσπλαγχνον, ἁπάσας τὰς τῶν τριῶν σπλάγχνων δυνάμεις τε καὶ κινήσεις ἰσχυρὰς ἔχουσαν. ἐπιθυμητικωτάτην μὲν γὰρ προτίθεται τὴν γυναῖκα καὶ θυμικωτάτην ἅμα καὶ λογίσασθαι δεινήν. ἱκανὰ δὲ γνωρίσματα τοῦ μὲν ἐπιθυμητικοῦ τῆς ψυχῆς, εἰς

---

5 τοὺς ἄνδρας MABCh τοὺς ἀνάνδρας (i. e. ἀνάνδρους) Corn. τ. ἀνάνδρους K. — 9 μέλλοι codd. edd. μέλλει nos. — 16 θυμητικωτάτην M θυμικ. AB. — λογισάσασθαι M. —

---

dentur sive vituperentur sive laedantur sive iuventur, parum curant, sed tamquam lapides sensu carentes eos evisceratos vocat. Ita igitur homines loquuntur, ut, quorum summam stupiditatem illudere velint, evisceratos, quorum ignaviam, excordes, quorum insipientiam, cerebri expertes nuncupent. Quoniam vero tertium aliud est viscus, iecur, in quo pars animae appetens collocata est, atque, si perfectus animae humanae cultus ornatusque futurus est, huic quoque propriarum motionum congruentia aliqua sit necesse est, recte etiam ille, qui in hoc, sicut in duobus aliis, torpet maleque affectus est, evisceratus appellari potest. Cui qui contrarius est, magnis visceribus praeditus, Graece *μεγαλόσπλαγχνος* dicitur, qualem Euripides vere fuisse fingit Medeam, quippe quae omnes trium viscerum facultates et motiones validas haberet, libidinosissimam mulierum, iracundissimam eandemque callidissimam. Atque appetens huius animae pars in quantam

ὅσον ἀμέτρου κινήσεως ἀφῖκται, τὰ περὶ τὸν ἔρωτα τοῦ Ἰάσονος, ὑφ' οὗ νικηθεῖσα προὔδωκεν ἅμα καὶ κατέλιπε τοὺς οἰκείους, ἐπηκολούθησε δὲ καὶ τελέως ἐπίστευσεν ἑαυτὴν ἀνθρώπῳ ξένῳ· τοῦ δὲ θυμικοῦ τῆς σφοδρότητος, οἷα περὶ τοὺς παῖδας ἐμήνισεν, οὐ σμικρὰ γνωρίσματα· τοῦ δὲ λογιστικοῦ τῆς συνέσεως, ὑποτίθεται γὰρ κἀν τούτοις αὐτὴν ὁ
318 Εὐριπίδης οὐ τὴν τυχοῦσαν, | οὐ σμικρὰ σημεῖα τὰ πρὸς τὸ τιμωρήσασθαι τοὺς ἐχθροὺς ἐπινοηθέντα καὶ ὅσα πρὸς ἑαυτὴν διεξέρχεται καταστέλλουσα καὶ πείθουσα τὸν θυμὸν ἀποχωρεῖν ἔργων ἀνοσίων. ὥστε εὐλόγως ἐπὶ αὐτῆς ὁ Εὐριπίδης εἶπε

'τί ποτ' ἐργάσεται
'μεγαλόσπλαγχνος, δυσκατάπαυστος
'ψυχὴ δηχθεῖσα κακοῖσι;'

αὕτη μὲν οὖν μεγαλόσπλαγχνος· ἄσπλαγχνος δὲ καὶ σμικρόσπλαγχνος, ᾧ φαῦλα καὶ σμικρὰ καὶ βραδυκίνητα καὶ δυσκίνητα τὰ τρία τῆς ψυχῆς μόρια. μεταξὺ δέ μοι τῶν λόγων

---

2 ἄσωνος M ἰάσωνος AB. — 4 θυμηκοῦ M. — οἵαπερ τοὺς codd. edd. οἷα περὶ τοὺς nos. — 9 καὶ στέλουσα A καὶ στέλλουσα BChK καταστέλλουσα M; cf. Proll. p. 25. — 10 Eurip. Med. vv. 108 et seqq. — 12 τί ποτε MABCh. — 15 μικρόσπλαγχνος et μικρὰ codd. edd. σμικρόσπλγχν. et σμικρὰ nos. —

---

intemperantiam fuerit effusa, satis argumenti est, quod de amore Jasonis memoriae proditur, quo victa suis proditis ac desertis peregrinum hominem secuta est totamque se ei credidit; eiusdem iracundia quam vehemens fuerit, non parva sunt indicia, quod tantum in liberos odium profudit, mentis autem prudentia — nam in hac quoque parte non ut una de multis ab Euripide fingitur — ex eis agnosci optime potest, quae ad poenas ab inimicis sumendas excogitavit quaeque secum ipsa disputat reprimens iracundiam suadensque, ut a nefariis sceleribus absistat. Unde non immerito de ea Euripides: 'Quid tandem faciet anima magnis visceribus praedita, implacabilis, stimulo lacessita malorum?' Haec igitur *μεγαλόσπλαγχνος*; evisceratus autem et parvis visceribus — Graeci *σμικρόσπλαγχνος* appellant — ille est, cui tum pravae, tum parvae, tum ad motionem vel lentae vel difficiles sunt tres

*ὧν διεξέρχομαι τὸ παραστὰν οὐκ ὀκνήσω φράσαι· λέλεκται
δὲ ὑπὸ τῶν παλαιῶν φιλοσόφων, ὡς οὐκ ἐνδέχεταί τινα δια-
λεγόμενον ἀδολέσχοις ἀνθρώποις ἀποσχέσθαι τελέως ἁπάσης
ἀδολεσχίας. ἔγωγε οὖν ἠναγκάσθην ὑπὸ τοῦ Χρυσίππου
προσχυθεὶς ἀδολεσχίας ἐξηγεῖσθαι τάς τε τῶν ἰδιωτῶν καὶ
τὰς Εὐριπίδου φωνάς, ὃ μήποτε ἂν ἑκὼν ἐτόλμησα πρᾶξαι
περὶ τηλικούτου δόγματος ἀποδείξεις γράφων. οὐχ ὅπως
γὰρ Εὐριπίδης ἢ Τυρταῖος ἤ τις ἄλλος ποιη|τὴς ἢ καὶ παντά- 319
πασιν ἰδιώτης ἱκανὸς πιστεύεσθαι περὶ δόγματος ἁπάσης
ἀποδείξεως χωρίς, ἀλλὰ οὐδὲ αὐτὸς ὁ πάντων ἰατρῶν ὁμολο-
γουμένως ἄριστος Ἱπποκράτης, ὥσπερ οὐδὲ ὁ πρῶτος ἁπάν-
των φιλοσόφων Πλάτων. οὐδὲ γὰρ ἂν ῥαγῶσιν ὑπὸ φθόνου
σύμπαντες οἱ μετὰ αὐτὸν οὐδὲ ἂν ὑπὸ φιλονεικίας ἀναί-
σχυντα σοφίζωνται, καθάπερ οἱ περὶ τὸν Χρύσιππον, ἢ τὴν
δόξαν ὑπερβαλέσθαι ποτὲ δυνήσονται τοῦ Πλάτωνος ἢ τὸν
τῶν ἀποδείξεων μιμήσασθαι κόσμον· ἀλλὰ ὅμως οὐδὲ τούτοις*

1 *ὀκνῆσαι* M. — 3 *ἀποδέχεσθαι* pro *ἀποσχέσθαι* M. — 5 *προαχθεὶς* M. — 7 A verbis *οὐχ ὅπως γὰρ* inc. excerpt. VIII codicum FP. — 9 *ἱκανῶς* FPMABCh *ἱκανὸς* K. — 10 *αὐτὸς ἁπάντων* MABChK *αὐτὸς ὁ πάντων* (*ὁ. π.* P) F; cf. Proll. p. 76. — 12 *ῥαγεῖεν* MABChK *ῥαγῶσιν* FP; cf. Proll. l. l. — 14 *σοφίζονται* PAB. — 15 *ὑπερβαλλέσθαι* (sic) AB *ὑπερβάλλεσθαι* ChK *ὑπερβαλέσθαι* FPM; cf. Proll. p. 28. — *τὴν Πλάτωνος* P. —

animae partes. Sed quod mihi inter hanc disputationem in mentem venit, dicere non gravabor: dictum a veteribus philosophis est fieri non posse, ut, qui cum garrulis disputaret, is ab omni garrulitate prorsus abstineret. Itaque ego Chrysippi garrulitate perfusus coactus sum et vulgi et Euripidis dicta explanare, quod nunquam animo libenti ausus essem facere tanti decreti demonstrationes scribens. Nam non modo Euripides vel Tyrtaeus vel quivis alius poeta vel etiam omnino e vulgo aliquis non satis locuples testis est, cui sine ulla demonstratione de decreto fides omnis habeatur, sed ne ipse quidem medicorum consensu omnium praestantissimus Hippocrates nec Plato philosophorum omnium princeps. Neque enim, si vel omnes posteriores invidia rumpantur vel contentionis studio absurda impudenter comminiscantur, quemadmodum Chrysippi sectatores, Platonis vel gloriam unquam

τοῖς ἀνδράσι τοσοῦτον ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἐπιστήμῃ τὴν ψυχὴν κεκοσμημένοις οὐδεὶς νοῦν ἔχων ἁπλῶς εἰποῦσιν ἀξιοῖ πιστεύειν, ἀλλὰ ἀναμένει τὴν ἀπόδειξιν. ὁ δέ γε Χρύσιππος ὧν μὲν οὗτοι λέγουσιν ἀποδείξεων ὑπὲρ τοῦ προκειμένου δόγματος οὔτε ἐμνημόνευσεν οὐδεμιᾶς οὔτε ἐξελέγχειν ἐπεχείρησεν, οὐκ αἰδεῖται δὲ Τυρταῖόν τε καὶ Στησίχορον ἐπικαλούμενος μάρτυρας, οὓς εἰ καὶ ζῶντας ἤρετό τις, εἰ περὶ τῆς τούτων τῶν δογμάτων ἐπιστήμης ἀμφισβητοῦσιν, ἐξω-
320 μολογήσαντο ἂν εὖ οἶδ' ὅτι μηδὲν ἐπαΐειν αὐτῶν, | αὐτοὶ δὲ μᾶλλον ἄν, οἶμαι, παρὰ Χρυσίππου τι μαθεῖν ἢ παρὰ αὐτῶν ἀποδεικνύειν ἠξίωσαν. εἶτα δηλαδὴ Χρύσιππος ἂν ἐπὶ τοὺς ἰδιώτας ἦγεν αὐτούς, ὁ σοφὸς ἐπὶ τοὺς ἀμαθεῖς, ὁ σώφρων ἐπὶ τοὺς μαινομένους, ὁ λόγων ἀκολουθίαν εἰδὼς ἐπὶ τοὺς διαφερομένους πρὸς ἀλλήλους τε καὶ ἑαυτοὺς κατὰ πάντα καιρὸν ἔν λόγοις τε ἅμα καὶ πράξεσιν. ἀλλὰ εἰ καὶ μαίνονται τὰ πάντα καὶ διαφέρονται πρὸς ἀλλήλους τε καὶ ἑαυτοὺς

---

2 κεκοσμημένος P. — 6 οὐ καὶ δεῖται P. — Τυρταῖον καὶ P. — 7 ὡς εἰ P. — ἤρετό τις εἰ τῆς περὶ τούτων FPMA ἤ. τ. περὶ τούτων BChK ἤ. τις, εἰ περὶ τῆς τούτων nos; cf. Progr. II, 19. — 9 in verbis ἐπαΐειν αὐτῶν desin. excerpt. VIII codd. FP. — 10 παρ' αὐτῶν codd. edd. παρὰ αὐτῶν nos. —

---

superare vel demonstrationum ornatum assequi poterunt; non tamen vel his viris, qui longe aliis scientia praestiterint, si quid absolute dixerint, quisquam, qui recte sentit, fidem habere vult, sed probationem exspectat. At Chrysippus ne unam quidem demonstrationem ex illis, quas illi de proposito decreto attulerunt, nec refert nec refellit, sed Tyrtaeum et Stesichorum ad testimonium vocare non veretur, qui si viverent interrogarenturque, horumne decretorum de doctrina altercarentur, faterentur sine dubio se nihil harum rerum intellegere, ipsi autem, opinor, a Chrysippo aliquid discere quam ex sese demonstrare mallent. Tum Chrysippus hos ad imperitos homines scilicet deduceret, doctus ad indoctos, prudens ad insanientes, rationum consecutionis peritus ad eos, qui non modo cum aliis, sed etiam secum omni tempore et in verbis et in actionibus dissentiunt. Quodsi etiam prorsus insaniant et secum et cum aliis

ἅπαντες οἱ ἰδιῶται, τοῦτο γοῦν, οἶμαι, σῶφρον ἔχουσι, τὸ μὴ καλεῖν ἐφ' ἃ λέγουσι τοὺς καταμαρτυρήσοντας ἑαυτῶν. ἡ δὲ Χρυσίππου σοφία καὶ τῆς τῶν ἰδιωτῶν ἀμαθίας ἐπέκεινα προελήλυθεν· ἐπικαλεῖται γὰρ μάρτυρας, ὑφ' ὧν κατακρίνεται. τούτου χάριν ἠναγκάσθην κἀγὼ νῦν ἀδολεσχεῖν, ἵνα ἐπιδείξω τὸν Χρύσιππον ἐν ἅπασι μέγιστα σφαλλόμενον. οὔτε γὰρ ἐμνημόνευσεν οὐδεμιᾶς τῶν ὑπὸ Πλάτωνός τε καὶ Ἱπποκράτους εἰρημένων ἀποδείξεων οὔτε ἀντεῖπεν οὔτε αὐτός τινα εἶπεν ἑτέραν ἀπόδειξιν οὔτε οἶδεν, οὓς χρὴ καλεῖν μάρτυρας. ἐπεδείξαμεν οὖν ἤδη καὶ διὰ τοῦ πρώτου βιβλίου
περὶ τῆς πρὸς ἑαυτὸν ἐναντιολογίας | τοῦ Χρυσίππου· πρόδη- 321
λος δὲ καὶ νῦν ἐστιν ἡ ἀναισθησία τἀνδρός, ἃ χρῆν ἀποκρύπτειν ἐναργῶς καταβάλλοντα τὸν λόγον αὐτοῦ, ταῦτα οὐ μόνον οὐκ ἀποκρύπτοντος, ἀλλὰ καὶ μαρτυρεῖν ὑπολαμβάνοντος.

*Ἀποχωρήσαντες οὖν ἤδη τῶν τοιούτων ἴδωμεν ἑξῆς ἅπαντας οὓς ἐρωτᾷ λόγους ἐπὶ τὴν*ἀρχὴν αὖθις ἀνελθόντες*

---

4 *προελήλυθε* M. — *ἐπικαλεῖται γοῦν* M. — 14 *οὐκ* ante *ἀποκρύπτοντος* nos inseruimus. — 17 *ἐρωτῶ* M; cf. Proll. p. 83. —

---

dissideant homines de vulgo omnes, id saltem, ut videntur, prudentiae habent, ut ad ea, quae dicunt, eos, qui contra se testificentur, minime adhibeant. Chrysippi autem sapientia imperitorum etiam insipientiam transgressa est; citat testes, quibus condemnatur. Quare ego quoque nunc nugari coactus sum, ut Chrysippum in omnibus rebus vehementer errare docerem. Neque enim ullam a Platone et Hippocrate allatam demonstrationem memoravit neque contra dixit neque ipse aliam quampiam protulit neque, quibus agi testibus oporteret, satis cognovit. Quam quidem sibi pugnantia diceret, iam in primo libro nos ostendimus; non minus autem hoc loco hominis stupiditas cernitur, quippe qui, quae rationes suas manifesto evertant, ea non modo non celet, ut facere debuit, verum etiam pro se testari existimet.

Sed missis iam talibus rebus omnes, quas interrogat, rationes deinceps videamus a principio rursus, ne quid

ἅπαντος τοῦ λόγου πρὸς τὸ μηδὲν παρελθεῖν. παραθήσομαι δὲ τὴν ῥῆσιν ἅπασαν, εἰ καὶ μακροτέρα πώς ἐστιν, ἔχουσαν ὧδε· ‛τῆς μὲν οὖν ὀργῆς γινομένης ἐνταῦθα εὔλογον καὶ ‛τὰς λοιπὰς ἐπιθυμίας ἐνταῦθα εἶναι καὶ νὴ Δία καὶ τὰ ‛λοιπὰ πάθη καὶ τοὺς διαλογισμοὺς καὶ ὅσα τούτοις ἐστὶ ‛παραπλήσια. σαινόμενοι δὲ φήμῃ οἱ πολλοὶ τούτων πολλὰ ‛κατὰ τὴν ἀλήθειαν ἐπιλέγουσι τοιαῦτα ἐχόμενοι τῆς ῥηθείσης ‛φορᾶς. πρῶτον μὲν γάρ, ἵνα πάντως ἐντεῦθεν ἄρξωμαι, ‛κατὰ τοῦτό φασιν ἀναβαίνειν τισὶ τὸν θυμὸν καὶ καταπίνειν ‛τὴν χολήν τινας ἀξιοῦσι λέγοντές τε καταπίνεσθαί τινα αὐ‛τοῖς σπαράγματα καὶ μὴ καταπίνεσθαι κατὰ τὴν τοιαύτην
322 ‛φορὰν λέγομεν. οὕτω δὲ καὶ λέγεται | μηδὲν αὐτοῖς τού‛των καταβαίνειν καὶ ὅτι ‛καταπιὼν τὸ ῥηθὲν ἀπῆλθεν’, ὅ‛τε Ζήνων πρὸς τοὺς ἐπιλαμβανομένους, ὅτι πάντα τὰ ζητού‛μενα εἰς τὸ στόμα φέρει, ἔφησεν ‛ἀλλ’ οὐ πάντα καταπίνε‛ται’, οὔτε τῆς καταπόσεως ἄλλως ἂν οἰκειότερον λεγομένης

4 καὶ ἤδη καὶ codd. edd. καὶ νὴ Δία καὶ nos coll. p. 259, 13. — 8 πάντες codd. edd. πάντως Corn. — 9 τινὰ τὸν θυμὸν M τινὰς τ. θ. AB τινὲς τ. θ. Corn. ChK τισὶ τ. θ. nos. — 12 οὕτω δὲ λέγεσθαι καὶ codd. edd. οὕτω δὲ καὶ λέγεται nos; cf. Proll. p. 101. — τοῦτον M. — 15 φέρειν codd. edd. φέρει nos; cf. Proll. p. 99. —

praetermittatur, tota disputatione repetita. Locum, quamquam paulo longior est, totum apponam; haec sunt verba: ‛Cum igitur hoc loco ira nascatur, consentaneum est etiam reliquas cupiditates et certe reliquos affectus et meditationes et, quae sunt generis eiusdem, ibi collocari. Rumori autem cuidam obsecundantes plerique horum multa eiusmodi vere dicta addunt propensionem, de qua diximus, secuti. Primum enim, ut hinc omnino ordiamur, hoc nomine dicunt ascendere quibusdam iram et devorare bilem quosdam volunt atque etiam cum dicimus devorari ab iis contumeliose dicta vel non devorari, ex eadem propensione dicimus. Similiter dicimus nihil eiusmodi illis descendere et ‛devorato dicto abiit’ et Zeno reprehendentibus, quod omnia, quae in quaestionem vocarentur, in ore gestaret, ‛at’ inquit ‛non

'οὔτε τῆς καταβάσεως τῶν ῥηθέντων, εἰ μὴ περὶ τὸν θώρακα 'τὸ ἡγεμονικὸν ἡμῶν ἦν, εἰς ὃ ταῦτα πάντα φέρεται. ἐν 'γοῦν τῇ κεφαλῇ ὄντος αὐτοῦ γελοίως ῥηθήσεται καὶ ἀλλο-'τρίως καταβαίνειν, ἀναβαίνειν ἂν οἶμαι οἰκειότερον αὐτῶν 'λεγομένων καὶ οὐ καταβαίνειν τὸν προειρημένον τρόπον 'τῆς κατὰ τὴν ἀκοὴν αἰσθήσεως καταφερομένης περὶ τὴν 'διάνοιαν, ἢ ἐὰν ᾖ περὶ τὸν θώρακα, οἰκείως κατάβασις ῥη-'θήσεται, ἐὰν δὲ περὶ τὴν κεφαλήν, ἀλλοτριώτερον.' ἐν τούτοις πάλιν ὁ Χρύσιππος οὐκ αἰσθάνεται τοὺς ἰδιώτας ἐφ' ἑαυτὸν καλῶν· τὸ γὰρ ἀναβαίνειν τὸν θυμὸν ἢ καταβαίνειν τὴν χολὴν ὅσα τε ἄλλα τοιαῦτα λέγεται, μαρτυρεῖ τοῖς τὸν θυμόν τε καὶ ὅλως τὰ πάθη κάτω που τετάχθαι νομίζουσιν, ὥσπερ ἐν τῇ κεφαλῇ τὸν λογισμόν. 'τηνικαῦτα γὰρ οἶδα καὶ τὸ μὴ | καταβαίνειν ἑαυτοῖς τὰ εἰρημένα λέγοντας τοὺς πολ- 323
λοὺς οὐκ ἐπειδὰν μὴ παρακολουθῶσι μηδὲ μανθάνωσι τῶν λεγομένων, ἀλλὰ ἐπειδὰν λέγηται μέν τινα ὡς ὀργὴν ἢ λύ-

3 ὄντως M. — 4 ἀναβαίνειν δ' ἂν codd. edd. δ' delevimus. — 6 παρὰ τὴν διάνοιαν M. — 7 ἢ ante ἐὰν nos inseruimus. — 10 καταβαίνει M. — 14 τὸ μὲν M. — 16 ἀλλὰ ante ἐπειδὰν inseruimus. — λέγεται A. —

omnia a me devorantur', cum nec devoratio nec descensus dictorum alias dici posset proprie, nisi circa thoracem esset principatus animae nostrae, ad quem haec omnia referrentur. Qui si in capite esset, ridicule et improprie descendere diceretur de verbis; immo propria eorum esset ascensio potius quam descensio, quoniam sensus auditus eo, quem antea diximus, modo ad mentem reflectitur, quae si in thorace erit, descensus proprie dicitur, si in capite, admodum improprie.' Hoc loco rursus Chrysippus vulgi testimonium, quod attulit, contra se esse non animadvertit; ascendere enim iram vel descendere bilem ceteraque id genus, quae dicuntur, pro illis testantur, qui iram omnesque affectus in inferiore quadam corporis parte collocatam esse itemque rationem in capite censent. Quin etiam animadverti solere dicere homines sibi verba non descendere, non cum non percipiunt neque intellegunt ea,

πην ἢ θυμὸν ἤ τι τοιοῦτον πάθος ἐκκαλεσόμενα, μὴ φροντίζῃ δὲ αὐτῶν ὁ ἀκούων μηδὲ κινῆται κατὰ πάθος. αὕτη μὲν οὖν ἡ ἀδολεσχία τοῦτο τὸ πέρας ἐχέτω. μετὰ ταῦτα δὲ ὁ Χρύσιππος τοιᾶσδε ἑτέρας μέμνηται· ʻαἱ δὲ γυναῖκες καὶ ʻμᾶλλόν τι τούτων ἐμφαίνουσιν. εἰ γὰρ μὴ καταβαίνει αὐʻταῖς τὰ λεγόμενα, πολλάκις τὸν δάκτυλον κατάγουσιν ἕως ʻτοῦ κατὰ τὴν καρδίαν τόπου οὐ φάσκουσαι καταβαίνειν ʻὧδε τὰ εἰρημένα.ʼ τοῦτο τὸ ἐπιχείρημα τοῖς ἔμπροσθεν ὁμογενές ἐστι δύο ἕτερα προσειληφὸς ἐπιχειρήματα πάνσοφα, τό τε γυναῖκας εἶναι τὰς λεγούσας αὐτὰ καὶ μή, ὥσπερ τὰ πρόσθεν, τοὺς ἄνδρας τό τε καὶ τῇ δείξει δηλοῦν ὥσπερ ὀρχουμένας, ἅπερ ὁ λόγος ἐπὶ τῶν ἑδρῶν ἐδήλου. ἀλλά τοι κἀνταῦθα, γενναιότατε Χρύσιππε, κατὰ σαυτοῦ καλεῖς τὰς γυναῖκας μάρτυρας. οὐδὲ γὰρ αὗται λέγουσιν οὕτως οὐδὲ |
324 ὀρχοῦνται ταῖς χερσίν, ὡς εἴρηκας, ἐπειδὰν ἀρνῶνται συνιέναι τῶν λεγομένων, ἀλλὰ ὅταν ὑπὸ λοιδορίας ἢ ἀπειλῆς ἤ τινος

1 ἐγκαλεσόμενα ABChK ἐκκαλεσόμενα M; cf. Proll. p. 23. — 2 κινεῖται MABCh κινῆται K. — 6 τὸν κτύλον M. — κατάγουσι codd. edd. κατάγουσιν nos. — 8 ὧδε τὰ εἰρημένα τοῦτο in rasura M. — 12 ἐπὶ τῶν ἑδρῶν MAB ἐ. τ. ἀνδρῶν ChK. — 13 καλεῖ M. —

quae dicuntur, sed cum, quando quid dictum est vel iram vel tristitiam vel impetum animi vel eiusmodi affectum excitaturum, aut parum curant aut non perturbantur. De hoc quidem genere garrulitatis satis multa. Deinceps alterius meminit Chrysippus his verbis: ʻMulieres autem etiam manifestius tale quid prae se ferunt. Cum enim iis non descendunt ea, quae dicuntur, saepe digitum ad cordis sedem deducunt negantes dicta huc descendereʼ. Hoc argumentum superioribus cognatum duo alia quam scitissima assumsit, unum, quod, quae haec dicunt, mulieres sunt, non, ut in superioribus, viri; alterum, quod etiam monstrando quasi gestu ac saltatu quodam exprimunt, quae oratio de his sedibus exponit. At etiam hic, optime Chrysippe, contra te feminarum testimonium citas. Neque enim hae ita loquuntur vel, ut tu dixisti, manu saltant, cum intellegi a se negant ea, quae dicuntur, sed cum vel conviciis

τοιούτου μήτε ὀργίζεσθαι φάσκωσι μήτε θυμοῦσθαι μήθ' ὅλως ἀγανακτεῖν· ὅπερ οὐδὲ αὐτόν, οἶμαι, λανθάνει τὸν Χρύσιππον. ἀντιφθεγγόμενος γοῦν κἀνταῦθα ἑαυτῷ μετὰ ὀλίγον ὡδί πως γράφει· 'ἀφ' ἧς τε φορᾶς λέγομεν μὴ καταβαίνειν 'τὰ λεγόμενα εἴτε ἀπειλὰς εἴτε λοιδορίας, ὥστε καθικέσθαι 'καὶ ἅπτεσθαι αὐτῶν καὶ οὕτως κινεῖσθαι τὴν διάνοιαν, ἀπὸ 'τῆς φορᾶς ταύτης καὶ βαθείας τινάς φαμεν εἶναι διὰ τὸ 'μηδὲν τῶν τοιούτων καταβῆναι καὶ ἐφικνεῖσθαι αὐτῶν.' ὅτι μὲν οὖν ἐπὶ τῶν ἀπειλούντων ἢ λοιδορούντων λέγεται τὸ μὴ καταβαίνειν εἰς τὸ στῆθος τὰ εἰρημένα, καὶ αὐτὸς ὁ Χρύσιππος μαρτυρεῖ. προσέρριψε δὲ τῷ λόγῳ τὸ τῆς διανοίας ὄνομα, δέον εἰπεῖν θυμοῦ· τὸ μὲν γὰρ λογίζεσθαί τε καὶ νοεῖν τὰ λεγόμενα καὶ τὸ μαχόμενον ἢ ἀκόλουθον ἐπίστασθαι τῆς λογιστικῆς δυνάμεως ἔργον· τὸ δὲ ἐπὶ λοιδορίαις ἢ ἀπειλαῖς μήτε ὀργισθῆναι μήτε | θυμωθῆναι τῆς θυμοει- 325

1 φάσκουσι MABCh. — 2 ὅλων M. — λανθάνειν M. — 4 γράφη A. — 7 τὸ διὰ ABChK διὰ τὸ M Corn. — 8 ἐφικνεῖσθαι καταβῆναι αὐτῶν M ἐφικεῖσθαι (sic) AB ἐφικέσθαι ChK καταβῆναι καὶ ἐφικνεῖσθαι nos. — 10 ὁ ante Χρύσιππος om. M. —

vel minis vel tali quapiam iniuria lacessitae significant se neque irasci neque excandescere neque aegre ferre omnino, id quod ne ipsum quidem, opinor, Chrysippum fugit. Nam et hic secum pugnans paulo post in hunc modum scripsit: 'Et ex qua propensione dicimus non descendere ea, quae dicuntur, sive minas sive convicia, adeo ut feriant aut attingant eas atque ita perturbetur mens, ex eadem etiam altas quasdam dicimus esse, propterea quod nihil huiuscemodi eo usque descendit, ut ipsas attingat.' In minantibus igitur vel conviciantibus non descendere in pectus dicta solere dici ipse etiam Chrysippus testatur; mentis tamen nomen orationi iniecit, cum iracundiae deberet; considerare enim et intellegere, quae dicuntur et, quid repugnet quidque consequatur, cognoscere, facultatis ratiocinantis est, minis contra aut conviciis provocatum neque irasci neque excandescere partis est, in qua

δοῦς ἴδιον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς ἐφεξῆς ὁ Χρύσιππος λέγει. μεταξὺ δὲ ταύτης τῆς τε νῦν γεγραμμένης ῥήσεως καὶ ἧς ὀλίγον ἔμπροσθεν ἔγραψα περὶ τῶν γυναικῶν, ἑτέρα ῥῆσίς ἐστιν, ἣν ἤδη παραγράψω πρὸς τὸ μηδὲν ὅλως ὑπερβαίνειν δοκεῖν· ἔχει δὲ ὧδε· 'τούτοις δὲ ἀκολούθως ἀνεμεῖν τέ τινάς 'φαμεν τὰ φανέντα αὐτοῖς καὶ ἔτι τὸν βαθὺν λέγομεν πολλῶν 'τοιούτων συμφώνως τοῖς εἰρημένοις· καταπιόντες γὰρ ὅμοιον 'εἰπεῖν, ὅτι ἡμέρα ἐστί, καὶ ἐναποθέμενοι τοῦτο εἰς τὴν διά-'νοιαν καὶ πάλιν ἐκεῖνο λέγοντες, ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμέρα, μενόν-'των τῶν πραγμάτων, οὐκ ἀλλοτρίως οὐδὲ ἀνοικείως ἀνεμεῖν 'λέγονται.' τοῦτο τὸ ἀνεμεῖν ἐγὼ μὲν οὐδὲ ἤκουσά τινος λέγοντος, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποπτύσαι καὶ ἐκπτύσαι καὶ ἐκβαλεῖν καὶ ἀπορρῖψαι καὶ ἀποθέσθαι λέγουσιν, ἐπειδὰν λέγωσί τινα δοξῶν ἀποστῆναι μοχθηρῶν. εἰ δὲ ἄρα καὶ τὸ ἐξεμέσαι λέγοιτο πρός τινων, εἴη ἂν ταὐτὸν τῷ ἀποπτύσαι καὶ ἀπορρῖψαι καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐκ μεταφορᾶς λεγομένοις ὁμοίως

6 τὸν βαθύν codd. edd. τινὰ β. Corn. — ἐπὶ ante πολλῶν excidisse videtur. — 14 τὸ ἐξεμέσαι codd. edd.; an τὸ ἀνεμέσαι ἢ ἐξεμέσαι? —

est iracundia. Sed haec Chrysippus in sequentibus dicit. Inter hanc vero, quam modo adscripsimus, orationem et eam, quam paulo ante rettuli de mulieribus, alia quaedam intercedit, quam, ne videar quidquam omnino praetermisisse, nunc adscribam; verba haec sunt: 'His vero consentaneum est, cum dicimus quosdam evomere, quae sibi visa fuerint; item in aliquo altitudinem quandam animi inesse in multis eiusmodi rebus dicimus convenienter iis, quae diximus; nam cum, id quod simile dictu est, diem esse devoravimus atque in mente hoc recondidimus, postea rebus eodem, quo prius, modo se habentibus diem non esse affirmamus, non absurde neque improprie evomere id dicimur.' Equidem illud evomere ne audivi quidem quemquam dicentem, sed respuere, exspuere, eicere, reicere, deponere dicunt, cum volunt significare a pravis opinionibus aliquem recedere. Quodsi etiam evomere a quibusdam diceretur, non aliam vim haberet quam respuere et reicere atque ceteris, quae per translatio-

ἔχοι. ὅτι δὲ οὐ μόνον ἀνδρὶ φιλοσοφοῦντι τῶν | τοιούτων 326 ἐπιχειρημάτων οὐδέν ἐστι μεταχειριστέον, ἀλλὰ οὐδὲ ῥητορικῷ, δέδεικται μὲν ἤδη μοι καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ νῦν ἔνεστιν ἐνδείξασθαι διὰ βραχέων ἀναμνήσαντα τῶν ῥητορικῶν τεχνῶν, ἃς ἐκεῖνοι γράφουσι διδάσκοντες ἡμᾶς τόπους ἐπιχειρημάτων εἰς ἑκάστην ὑπόθεσιν. οὐδενὸς γὰρ τοιούτων μνημονεύουσιν, οἵων ὁ Χρύσιππος ἐνέπλησε τὰ ἑαυτοῦ συγγράμματα. ἀλλὰ γὰρ εἴπερ πᾶσαν ῥῆσιν ἀκριβολογεῖσθαι βουληθείην, ὡς μηδὲν τῶν ἁμαρτημάτων ἀνέλεγκτον παραλιπεῖν, εἰς ἄπειρον ἄν τι μῆκος ἐκταθείη τὸ βιβλίον. ἀφέμενος οὖν ἤδη τῶν προγεγραμμένων ἐπὶ τὰ ἐφεξῆς τρέψομαι, διὰ ὧν ὁ Χρύσιππος ἀπάρχεται παρατίθεσθαι τὰς τῶν ποιητῶν μαρτυρίας μεταξὺ παρεντιθεὶς αὐτῶν ὀλίγους λόγους ἑαυτοῦ, πολλάκις μὲν ὥσπερ ἐξήγησιν ὧν ἡ ῥῆσις βούλεται, πολλάκις δὲ ὥσπερ ἐπιτομήν τινα καὶ οἷον καθόλου τι κεφάλαιον. ἀρξάμενος οὖν ἀπό τινος Ἐμπεδοκλείου ῥήσεως ἐξηγεῖταί τε αὐτὴν καί τινων κατὰ τὴν ἐξή-

1 ἔχον ABChK ἔχοιε M ἔχοι nos. — 7 τοιούτου M. — 9 ἀνέλεγκτον παραλιπεῖν εἰς in rasura M. — 12 ἀπάρχεται MABCh ἄρχεται K. — 14 ὦπερ M. —

nem dicuntur, similiter se haberet. Sed huiuscemodi argumenta non modo non philosopho, sed ne oratori quidem tractanda esse et in superioribus libris iam demonstravimus et nunc etiam possumus breviter ostendere revocantes memoriam artium rhetoricarum, quibus illi, e quibus locis in unaquaque causa sumenda sint argumenta, praecipiunt. Nihil enim huiuscemodi tradunt, qualia sunt, quibus Chrysippus libros suos refersit. At enim si totum illum Chrysippi locum vellem ita exacte persequi, ut nullum vitium sine refutatione praetermitterem, liber in infinitum extenderetur. Quare missis his, quae supra diximus, ad ea, quae sequuntur, me vertam, ubi Chrysippus poetarum testimonia afferre incipit paucis quibusdam suis verbis interpositis, quibus saepe, quid sibi velint verba, explanat, saepe etiam quasi epitomen quandam atque universam rei summam colligit. Exorsus igitur a quodam dicto Empedoclis enarrat illud

327 γησιν ἀξιολογωτέρων ἄρχεται | λόγων, ἐν οἷς ἐστι καὶ ὁ περὶ τῆς φωνῆς, οὗ κατὰ τὸ δεύτερον ἐμνημόνευσα τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων, ἐν ᾧ βιβλίῳ πάντας ἔδοξέ μοι κάλλιον εἶναι παραθέσθαι τοὺς λόγους, οἳ τὸ πιθανὸν ἔχουσι καὶ οὐχὶ ἀπόβλητοι τελέως εἰσὶν οὐδὲ γυναῖκας οὐδὲ ἰδιώτας οὐδὲ ἐτυμολογίας ἢ φορὰς χειρῶν ἢ ἐπινεύσεις ἢ ἀνανεύσεις κεφαλῆς ἢ ποιητὰς ἐπικαλοῦνται μάρτυρας· ἐφ' ὧν καὶ μόνων ἐγνώκειν καταμεῖναι μὴ προσθεὶς αὐτοῖς ταυτὶ τὰ νῦν μοι γραφόμενα. δόξαν δὲ τοῖς ἑταίροις ἄμεινον εἶναι, μηδὲ ὅσα παντάπασιν ἠδολέσχηται τῷ Χρυσίππῳ, μηδὲ ταῦθ' ὑπερβῆναι παντελῶς, ἀλλὰ ἐπισημήνασθαί τε τὴν ἀτοπίαν αὐτῶν ἐπιδεῖξαί τε πρὸς τῷ μηδὲν πλέον ἀνύειν αὐτὰ κατὰ τῶν Στωϊκῶν δογμάτων παρειλημμένα, διὰ τοῦτο προσέθηκα πάντα ταῦτα κατὰ τόδε τὸ βιβλίον. περὶ μὲν δὴ τῆς φωνῆς οὐδὲν ἔτι δέομαι λέγειν ἐν τῷδε σύμπαντα τὸν λόγον ἱκανῶς ἐξειργασμένος ἐν τῷ πρὸ τούτου βιβλίῳ, ὅσα δὲ ἐφεξῆς ἔτι τοῦ περὶ ταύτης λόγου κατὰ τὸ τοῦ Χρυσίππου βιβλίον

1 ἀξιολογοτέρων M. — 7 ἐπικαλῶνται M. — 8 ἐγνώσκειν M. — 12 πρὸς τὸ codd. edd. πρὸς τῷ nos; cf. Proll. p. 81. — 15 τρόπον MABCh τόπον K λόγον nos. —

atque in ipsa enarratione rationes aggreditur paulo graviores, e quarum numero illa est de voce, cuius in secundo horum commentariorum mentionem feci, ubi mihi visum erat satius esse apponere omnes eas rationes, quae probabilitatem aliquam haberent, non, quae prorsus abiciendae essent atque mulieres, vulgus, etymologiam vel manuum admotiones nutusque ac renutus capitis vel poetas in testimonium proferrent, in hisque solis decreveram acquiescere nec quidquam adicere eorum, quae nunc a me scribuntur. Sed quoniam amicis melius visum est ne meras quidem Chrysippi nugas omnino praetermittere, sed cum, quam absurdae essent, notare, tum demonstrare, praeterquam quod nihil amplius perficerent, contra ipsorum Stoicorum decreta assumtas esse, propterea haec omnia hoc libro addidi. De voce quidem quoniam in superiore libro satis superque omnia persecuti sumus, nihil nunc opus est amplius disserere; quae vero post hunc de voce

εἰρημένα, τούτων ἤδη μνημονεύσω. ἔστι δὲ | τά τε κατὰ 328 τὰς φορὰς τῶν χειρῶν, ὅταν ἐφαπτώμεθα τῶν στέρνων ἡμᾶς αὐτοὺς δεικνύντες, ἔτι τε τὰ κατὰ τὴν ἐγώ φωνήν, ἃ δὴ κἀν τοῖς ἐτυμολογικοῖς εἶπεν ἔχειν τι φάσκων αὐτὴν δεικτικὸν ἐκ τοῦ φαινομένου διὰ τὸ κατὰ τὴν πρώτην ἐν αὐτῇ συλλαβὴν ὡς ἐπὶ τὸ στῆθος ἀπάγεσθαι τήν τε κάτω γένυν καὶ τὸ χεῖλος. εἴρηταί μοι καὶ περὶ τούτων ἤδη κατὰ τὸ δεύτερον τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων κἀν τοῖς περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος. ὅμοια δὲ τοῖς τοιούτοις ἐπιχειρήμασι καὶ τὰ κατὰ τὴν ἐτυμολογίαν εἰσὶ τοῦ τῆς καρδίας ὀνόματος ἑξῆς τῶν προειρημένων ὑπὸ τοῦ Χρυσίππου γεγραμμένα κατὰ τὸ πρῶτον περὶ ψυχῆς ὧδέ πως ἔχοντα· ʽτούτοις πᾶσι συμφώʽνως καὶ τοὔνομα τοῦτο ἔσχηκεν ἡ καρδία κατά τινα κράʽτησιν καὶ κυρείαν ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ εἶναι τὸ κυριεῦον καὶ ʽκρατοῦν τῆς ψυχῆς μέρος, ὡς ἂν κρατία λεγομένη.ʼ τὸ μὲν οὖν ὡς πρὸς τὴν ζωὴν ἡμῶν κυριώτατον εἶναι τὸ σπλάγχνον

---

2 ὅταν ἐφαπτώμεθα M ὅτε ἐφ. AB ὅτε ἐφαπτόμεθα ChK. — 4 ἔχειν τέ τί (sic) M. — αὐτὰ codd. edd. αὐτὴν Corn.; cf. Proll. p. 96. — 15 τὸ μὲν οὖν ὡς M τὸ μὲν ὡς ABChK. —

---

locum in Chrysippi libro allata sunt, eorum iam mentionem faciam. Sunt autem ea, quae pertinent et ad manuum admotiones, cum pectus nos ipsos monstrantes attingimus, et ad vocem ego, qua de re etiam in Etymologicis disputavit affirmans in ea aliquid demonstrationis ex evidentia petitae inesse propterea, quod in prima eius syllaba pronuntianda mentum labiumque inferius tamquam ad pectus deducerentur. Verum de his quoque in secundo horum commentariorum et in libris, qui sunt de recta nominum ratione, satis dictum est. Sequuntur, quae de cordis etymologia his argumentis similia in primo de anima libro a Chrysippo scripta sunt his verbis: 'His omnibus consentit nomen ipsum cordis, quod Graeci *καρδίαν* nuncupant. Ita enim dictum est quasi *κρατία* ex quadam dominatione et principatu, quia in ipso princeps ac dominans animae pars contineatur.' Quantum ad vitam quidem attinet, illud viscus esse in nobis praecipuum ne nos quidem

οὐδὲ ἡμεῖς ἀμφισβητοῦμεν, ὦ γενναιότατε Χρύσιππε, οὐ μὴν
329 *ἁπλῶς γε κυριώτατον εἶναι συγχωροῦ|μεν. οὐ γὰρ ἄρχειν αὐτὸ καὶ δεσπόζειν τῶν ἄλλων ἡ φύσις ἔνειμεν, ὅταν γε προσηκόντως μέλλῃ διοικῆσαι τὰ κατὰ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ ἐγκεφάλῳ μὲν ἄρχειν, ὑπακούειν δὲ τῇ καρδίᾳ, καθάπερ ἡμεῖς ἀποδείκνυμεν. ἐφεξῆς δὲ τοῖς εἰρημένοις ὁ Χρύσιππος τάδε γράφει· ‘ὁρμῶμεν κατὰ τοῦτο τὸ μέρος καὶ συγκατατιθέμεθα τούτῳ καὶ εἰς τοῦτο συντείνει τὰ αἰσθητήρια πάντα.’ ταῦτα τὰ κεφάλαια μόνα τῶν ἐπιστημονικῶν ἐστι καὶ εἴπερ ἀπέδειξεν ὁ Χρύσιππος αὐτά, τότε ἂν ἐπῃνοῦμέν τε τὸν ἄνδρα καὶ τοῖς δόγμασιν ἐπειθόμεθα τῶν Στωϊκῶν. ἐπεὶ δὲ ἀποδεῖξαι μὲν οὐκ ἐπεχείρησεν, ἀπεφήνατο δὲ μόνον, ἡμεῖς δὲ πρόσθεν ἤδη περὶ τῶν αὐτῶν ἀπεδείξαμεν, ὡς οὔτε κατὰ τὴν καρδίαν γίνεται καὶ πάντων αὐτῶν ἐγκέφαλός ἐστιν ἀρχή, καὶ διὰ τῶν ἐφεξῆς δὲ οὐδὲν ἧττον ἀποδείξομεν, οὐκέτι ἂν οἶμαι δίκαιον εἶναι τοῖς Χρυσίππου πιστεύειν δόγμασιν,*

4 *προσηκόντως διοικῆσαι* MABCh *πρ. διοικήσαι* K *πρ. μέλλῃ διοικῆσαι* nos; cf. Proll. pp. 63 et 108 *ὅτανγε πρ. διοικῆται* Corn. — 8 *εἰς τοῦ συντείνει* M. — 9 *ἐπιτημονικῶν* M. — 10 *ἐπινοοῦμεν* AB. — 11 *ἐπειθώμεθα* MAB. — 13 *πρόσθεν μὲν ἤδη* ABChK *πρ. ἤδη* M; cf. Proll. p. 36. —

negamus, optime Chrysippe; sed absolute praecipuum esse non concedimus. Neque enim id natura ei tribuit, ut dominetur aliisque partibus imperet, si quidem res hominum convenienter administratura est, sed cerebro imperium, cordi oboedientiam, ut nos demonstramus, demandavit. Deinceps Chrysippus haec scribit: ‘Hac parte incitamur, hac assentimur, ad hanc sensuum omnia instrumenta pertinent.’ Haec demum sola in disserendi subtilitate versantur capita. Quodsi ea probasset, et hominem laudaremus et Stoicorum decreta amplecteremur. Quoniam vero ea, quae dixit, confirmare non conatus est, sed pronuntiavit tantum, nos autem haec eadem iam supra probavimus neque in corde fieri et illorum omnium originem cerebrum esse nec minus infra idem probaturi sumus, iam non aequum esse arbitror Chrysippi, sed Hippocratis et Platonis decretis fidem habere.

ἀλλὰ τοῖς Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος. ταυτὶ μὲν οὖν τὰ κεφάλαια τὸ σύμπαν κῦρος ἐν αὐτοῖς ἔχοντα περὶ τῶν προκειμένων ἡμῖν δογμάτων οὕτω ταχέως ὁ Χρύσιππος παρέδραμεν, | ὡς ἐπιμνησθῆναι μόνον· ἐν οἷς δὲ οὐ χρή, μηκύνει 330 περιττῶς. ἑξῆς δὲ περί τε φωνῆς μνημονεύει καὶ νεύρων ἀρχῆς, ὑπὲρ ὧν ἀμφοτέρων εἴρηταί μοι κατὰ τὰ πρόσθεν ὑπομνήματα. καὶ μετὰ ταῦτα τὴν ἀκάρδιος ἐξηγεῖται προσηγορίαν, ὑπὲρ ἧς ἔμπροσθεν ἤδη μοι λέλεκται, τοσοῦτον δὲ ἐπισημανοῦμαι καὶ νῦν ἀπὸ αὐτῆς τῆς λέξεως τοῦ Χρυσίππου μαρτυρούσης οἷς προεῖπον· ἔχει δὲ ὧδε· 'κατὰ τοῦτο καὶ 'εὐκάρδιοι λέγονταί που εἶναί τινες καθάπερ εὔψυχοι καὶ 'καρδίαν ἀλγεῖν οἱ κηδόμενοί τινων, ὡς ἂν κατὰ τὴν καρδίαν 'τῆς κατὰ τὴν λύπην ἀλγηδόνος γινομένης.' ἐν ταύτῃ γὰρ τῇ ῥήσει σαφῶς ὁ Χρύσιππος ἐμαρτύρησεν ἡμῖν, ὡς οὐδέποτε τὸ λογιζόμενον τῆς ψυχῆς οὐδεὶς τῶν ἰδιωτῶν ἐν καρδίᾳ νενόμικεν ὑπάρχειν, οὐδὲ ὁ ἀκάρδιος τὸν ἄψυχον, ὡς οἴεται ὁ Χρύσιππος, ἀλλὰ τὸν ἄτολμον δηλοῖ παρὰ αὐτοῖς.

2 ἐν αὐτοῖς MABCh ἐν αὑτοῖς K. — 3 οὕτως codd. edd. οὕτω nos. — 7 ἀκάρδιος M ἀκάρδιον ABChK; cf. Proll. p. 32. — 11 ποι MA τοι BChK που nos. — 13 γενομένης M γιγνομένης ABChK. —

Illa igitur capita, in quibus tota decretorum, quae quaerimus, vis firmitasque consistit, tam cito Chrysippus praetervolat, ut mentionem tantum de illis iniciat; ubi vero opus non est, inutiliter longus est. Deinceps de voce nervorumque origine memorat, de quibus superioribus libris a me disputatum est. Tum vocis excors vim explanat, qua de re iam supra dictum est; illud tantum in praesentia adnotabo ex ipso loco Chrysippi, qui his, quae supra dixi, adstipulatur his verbis: 'Secundum hoc et bene cordati quidam dicuntur esse, quemadmodum bene animati, et cordis dolore laborare, qui curis vexantur, quippe cum in corde ille e maestitia conceptus dolor exsistat.' His verbis aperte Chrysippus nobis testatus est neminem e vulgo esse, qui unquam rationalem vim animae in corde esse existimaverit, neque excors eam habet vim apud vulgus, quam ipse putat, ut inanimem significet, sed timidum. Sic

οὕτω δὲ καὶ τὴν καρδίαν ἀλγεῖν τὸ λυπεῖσθαι λέγουσιν, ὡς καὶ τοῦτο αὐτὸς μαρτυρεῖ διὰ τῆς αὐτῆς ταύτης ῥήσεως τῆς νυνὶ γεγραμμένης, ἐν ᾗ φησιν 'ὡς ἂν κατὰ τὴν καρδίαν
331 τῆς κατὰ τὴν λύπην ἀλγηδόνος γινομένης.' οὕτως ἐν | ἅπασι τοῖς λόγοις ὁ Χρύσιππος οὐκ αἰσθάνεται τὰ πάθη τῆς ψυχῆς ἐν τοῖς κάτω τῆς κεφαλῆς μέρεσιν ὑπάρχειν κατασκευάζων, οὐ τὸ λογιζόμενον ἢ ἐπιστήμην δεχόμενον ἢ ἀλήθειαν σπουδάζον. οὕτω δὲ κἀπειδὰν ἐπιφέρων εἴπῃ 'τὸ γὰρ ὅλον, καθάπερ ἐν ἀρχῇ εἶπον, εὖ μάλα ἐμφαίνουσιν οἵ τε φόβοι καὶ αἱ λῦπαι κατὰ τοῦτο τὸ μέρος γινόμεναι'. μαρτυρεῖ κἀνταῦθα τῷ τοῦ Πλάτωνος λόγῳ. καὶ διὰ τῶν ἑξῆς δὲ παραπλήσιον τρόπον οὐκ αἰσθάνεται κατασκευάζων, ὡς ἐν τῇ καρδίᾳ τὸ θυμοειδὲς ἵδρυται τῆς ψυχῆς· 'ἥ τε γὰρ ἐν τοῖς ψόφοις πάλσις τῆς καρδίας ἐκφανής ἐστι καὶ ἡ εἰς τοῦτο τῆς ὅλης ψυχῆς συνδρομὴ οὐκ ἄλλως ἐπιγεννηματικῶς γινομένων αὐτῶν, καθάπερ ἄλλοις ἄλλων συμπάσχειν πεφυκότος.

1 λυπεῖσθαι δὲ λέγουσιν M. — 8 ἐπιφέρει M. — 11 ἑξῆς δὲ παραπλήσιον M ; δὲ κατὰ τὸν π. ABCEK: cf Prell. p. 86. — 12 ὡς καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ om. M — 13 οὕτως ante ἥ τε inseri vult Corn. — 14 πάλσις M — 15 ἐπιγεννηματικῶς MA —

quoque cor dolere maestitia affici intelligunt. id quod ipse quoque testatur iisdem his, quae modo adscripsi verbis, cum dicit 'quippe cum in corde [illegible] dolor existat.' Ita [illegible] ut Chrysippus [illegible] [illegible]

ʽκαθο συνιζάνουσιν εἰς αὐτοὺς συναγόμενοι προς τοῦτο ὡς ʽἂν τὸ ἡγεμονικὸν καὶ κατὰ αὐτὴν ὡς ἂν τούτου φυλακτικήν. ʽκαὶ τὰ τῆς λύπης πάθη ἐνταυθοῖ που εὐφυῶς γίνεται οὐδε-ʽνὸς ἄλλου συμπάσχοντος οὐδὲ συναλγοῦντος τόπου. ἀλγη-ʽδόνων γάρ τινων κατὰ ταῦτα γινομένων σφοδρῶν ἕτερος ʽμὲν οὐδεὶς | ἐμφαίνει τόπος τὰ πάθη ταῦτα, ὁ δὲ περὶ τὴν 332 ʽκαρδίαν μάλιστα.' ταῦτα πάντα φήσομεν ἀληθῶς ὑπὸ τοῦ Χρυσίππου λέγεσθαι καὶ παρακαλέσομέν γε τοὺς ἀπὸ αὐτοῦ μεμνῆσθαί τε αὐτῶν καὶ μηκέτι παρὰ ἡμῶν ἑτέραν ἐπιζητεῖν ἀπόδειξιν ὑπὲρ τοῦ τοὺς φόβους καὶ τὰς λύπας καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτα πάθη κατὰ τὴν καρδίαν συνίστασθαι. ἀλλὰ τοῦτο μὲν καὶ πρὸς αὐτῶν ὁμολογούμενον λαμβάνεται τῶν Στωϊκῶν· οὐ μόνον γὰρ Χρύσιππος, ἀλλὰ καὶ Κλεάνθης καὶ Ζήνων ἑτοίμως αὐτὸ τιθέασιν· ἐκεῖνο δὲ ἐπισκέπτεσθαι χρὴ μόνον, ἐν ᾧ τὴν πᾶσαν ἀμφισβήτησιν εἶναι συμβέβηκεν, εἰ καὶ τὸ λογιζόμενόν ἐστιν ἐνταῦθα. εἰ γάρ, ὥσπερ τὸ θυ-

1 καθὸ MABCh καθ' ὃ K. — εἰς αὐτοὺς MABCh εἰς αὐτοὺς K. — 2 καὶ κατὰ τὴν codd. edd. καὶ καρδίαν τὴν Corn. καὶ κατὰ αὐτὴν nos. — αὐτῶν τούτου codd. edd. αὐτοῦ τ. Corn. αὐτῶν delevimus. — 12 παρ' αὐτῶν codd. edd. πρὸς αὐτῶν nos. — 14 αὐτὰ codd. edd. αὐτὸ nos. —

considunt, cum ad hunc velut principatum et ad cor velut huius principatus custodem colliguntur. Maeroris quoque affectus ibidem oboriuntur naturaliter nullo alio corporis loco contagionem consensumque doloris patiente. Si enim vehementes quidam eorum exsistunt dolores, nullus alius est locus, qui hos affectus declaret, at cordis vel maxime'. Omnia haec a Chrysippo vere dici affirmabimus et monebimus istius sectae homines, ut memoria teneant neve amplius aliam a nobis demonstrationem requirant, cur timores et aegritudines omnesque id genus affectus in corde consistant. Quamquam hoc quasi concessum ab ipsis Stoicis sumitur; non enim Chrysippus solum, sed Cleanthes etiam et Zeno id absolute ponunt. Verum illud tantum anquirendum est, in quo tota huius rei controversia consistit, sitne hoc loco sita etiam pars rationalis. Si enim, quemadmodum iis, quae

μοειδὲς ἐναργῶς ἐπιδείκνυται διὰ ὧν ὁ Χρύσιππος ἤδη πολλάκις εἴρηκε λόγων περιεχόμενον ἐν τῇ καρδίᾳ, ἡμεῖς καὶ περὶ τοῦ λογιζομένου παραπλησίας ταύταις ἢ καὶ σφοδροτέρας ἔτι προσθείημεν ἀποδείξεις ὑπὲρ τοῦ κατὰ τὴν κεφαλήν τε καὶ τὸν ἐγκέφαλον ὑπάρχειν αὐτό, τί ἄλλο ἢ τὸ Πλάτωνός
333 τε καὶ | Ἱπποκράτους ἀποδειχθήσεται δόγμα τὰς ἀποδείξεις ἀμφοτέρας ἡμῶν συνθέντων;

Ἴσως οὖν ἄμεινον, ἐπειδὴ κατὰ τοῦτο τοῦ λόγου γεγόναμεν, ἀναμνῆσαι τῶν ἐπιστημονικῶν ἀποδείξεων, ὑπὲρ ὧν ἐπὶ πλέον ἐν τῷ πρὸ τούτου διελέχθην ὑπομνήματι τὰ λήμματα δεικνύς, ἐξ ὧν ἄν τις ἀποδείξειε τὸ προκείμενον. ἦν δὲ αὐτὸ τὸ κεφάλαιον ἐκ τῶν ὑπαρχόντων καὶ συμβεβηκότων ἑκατέρῳ τῶν σπλάγχνων κατὰ τὴν οὐσίαν τοῦ ζητουμένου πράγματος ἄρχεσθαι χρῆναι· καὶ δὴ τὰ ὑπάρχοντά τε καὶ συμβαίνοντα καθ' ἑκάτερον ἰδίᾳ πάντα διήλθομεν ἔμπροσθεν. ἦν δὲ καὶ τούτων κεφάλαια ταυτί· πρῶτον μέν, ὡς τῶν αἴσθησίν τε καὶ κίνησιν τὴν κατὰ προαίρεσιν ἅπασι τοῖς τοῦ

---

2 ἡμεῖς δὲ καὶ MA ἡ. δὲ εἰ BChK; cf. Progr. II, 18. Proll. p. 115. — 3 ταύτας MABCh ταύταις K. — 7 συνθέτων M. — 11 ἀποδείξει M. — ἦν δ' ἂν τὸ τὸ M. — 13 ἑκάτερον M. — 16 ταῦτα ABChK ταυτί M. —

---

a Chrysippo iam saepe repetita sunt, perspicue ostenditur iracundiam in corde contineri, sic nos quoque similes illis vel etiam firmiores probationes attulerimus, quibus rationalem partem in capite et cerebro collocatam esse doceamus, quid aliud nisi Platonis et Hippocratis decretum demonstrabitur utraque demonstratione a nobis coniuncta?

Praestat igitur fortasse, quandoquidem in hunc sermonem incidimus, commemorare demonstrationes elegantes, de quibus in superiore libro fusius disseruimus, cum sumtiones docuimus, a quibus peti posset cuiusque rei propositae probatio. Summa haec erat, ab iis, quae inessent et acciderent utrique visceri, secundum rei quaesitae naturam incipi oportere; quae vero utrique singulariter inessent et acciderent, omnia antea exposueramus. Quorum capita haec erant, primum, sicut arteriarum cor, ita cerebrum instru-

ζῴου μέλεσι παραγόντων ὀργάνων, ἅπερ ὀνομάζεται νεῦρα, τὸν ἐγκέφαλον ἀρχὴν ὑπάρχειν συμβέβηκεν, ὥσπερ τῶν ἀρτηριῶν τὴν καρδίαν· ἔπειτα δέ, ὅτι θλιφθεισῶν μὲν ἢ τρωθεισῶν τῶν κατὰ τὸν ἐγκέφαλον κοιλιῶν ὅλον τὸ ζῷον αὐτίκα γίνεται καρῶδες, οὐ μὴν ἀπόλλυταί γε οὔτε ἡ κατὰ τὰς ἀρτηρίας οὔτε ἡ κατὰ τὴν | καρδίαν κίνησις, ὥσπερ γε 334
κἀπειδὰν ὁμοίως τὴν καρδίαν διαθῶμεν, αἱ μὲν κατὰ τὰς ἀρτηρίας κινήσεις παραβλάπτονται, τὸ δὲ ὅλον ζῷον οὔτε εἰς αἴσθησιν οὐδεμίαν οὔτε κίνησιν οὐδὲν φαίνεται βλαπτόμενον. ἐπεδείξαμεν δὲ καί, ὡς οὐδέτερον οὐδετέρῳ χορηγεῖ τῶν εἰρημένων δυνάμεων, οὔθ' ἡ καρδία τῷ ἐγκεφάλῳ τῆς αἰσθητικῆς τε καὶ κατὰ προαίρεσιν κινητικῆς οὔθ' ὁ ἐγκέφαλος τῇ καρδίᾳ τῆς σφυγμικῆς, ἀλλὰ ἔστιν ἑκάτερον τῶν μορίων ἑτέρας δυνάμεως οἷον πηγή τις. ἐνδείκνυται δὲ ὁ λόγος ἤδη καὶ τὴν ἀπὸ τῶν νοσημάτων μαρτυρίαν, ὑπὲρ ἧς ἐν τοῖς ἑξῆς ἐπὶ πλέον ἐροῦμεν. ἐγκεφάλου μὲν γὰρ πάσχοντος ἕτοιμον παραφρονῆσαί τε καὶ ἀκίνητον καὶ ἀναίσθητον

---

3 θιλιφθεισῶν M. — 12 αἰσθητῆς AB. — 13 σφυμικῆς M. — 14 ἑκατέρας codd. edd. ἑτέρας nos; cf. supra p. 223, 10. — 15 τῇ — μαρτυρίᾳ Corn. —

---

mentorum omnium, quae sensum motumque voluntarium in omnia animalis membra traducerent, qui nervi appellarentur, originem esse, deinde cerebri ventriculis collisis vel vulneratis totum animal repente sopitum collabi neque tamen vel arteriarum vel cordis motum interire, itemque corde eodem modo affecto arteriarum quidem motus laedi, totius vero animalis neque sensum neque motum ullum detrimentum videri capere. Atque ostendimus etiam neutrum alteri suggerere facultates, de quibus diximus, neque cor cerebro facultatem sensiferam quaeque motuum voluntariorum causa esset, neque cerebrum cordi pulsuum incitatricem; sed haec viscera alterius utrumque facultatis quasi fontem exsistere. Disputatio autem iam morborum quoque testimonio, de quo in sequentibus fusius disseram, comprobari potest. Si enim cerebrum laborat, fieri facile potest, ut animal deliret et motu sensuque

γενέσθαι το ζῷον, καρδίας δὲ συγκοπῆναι μὲν καὶ ἀπολέσθαι, τῶν προειρημένων δὲ οὐδὲ ἓν παθεῖν. εἴπερ οὖν οὕτω ταῦτα ἔχει, καθάπερ ἔχει, οἱ λέγοντες ἐκ καρδίας πεφυκέναι τὰ νεῦρα λέγειν μὲν δύνανται τοῦτο καὶ γράφειν, ὥσπερ καὶ ἄλλα πολλὰ λέγουσί τε καὶ γράφουσιν, οὐ μὴν ἐπί γε τῶν
335 ζῴων ἐναργῶς δεικνύναι. | τὴν μὲν γὰρ λεγομένην ἀρχήν, ἀφ' ἧς τὰ νεῦρα πέφυκεν, ἐγκέφαλον ἀναγκαῖον ὑπάρχειν· ὅσα δὲ ὁ Χρύσιππος ἐπὶ πλεῖστον μηκύνων ἐπὶ τῆς καρδίας διεξῆλθεν, οὐ τὸ λογίζεσθαι δείκνυσι τὸ σπλάγχνον, ἀλλὰ τὸ θυμοῦσθαι καὶ τὸ φοβεῖσθαι καὶ τὸ λυπεῖσθαι καὶ πάνθ' ὅσα τοῦ θυμοειδοῦς τῆς ψυχῆς ἐστιν ἔργα τε καὶ πάθη.

Ὅπερ οὖν εἶπον ἤδη πρόσθεν ἐν τῷδε τῷ γράμματι, τοῦτο καὶ νῦν ἀναγκαῖον ἀναμνῆσαι, ὅτι ὁ Χρύσιππος ἐν τῇ μετὰ τὰς προγεγραμμένας ῥήσεις λέξει προχείρως πάλιν ἐξ ἑνὸς ἄρχεσθαι μορίου τὰς δυνάμεις ἀμφοτέρας λαμβάνει μηδὲ μίαν ἀπόδειξιν ἢ παραμυθίαν ἢ πιθανότητα τῷ λόγῳ

1 τὸ ζωὴν M. — 3 καὶ οἱ λέγοντες codd. edd. καὶ nos delevimus. — 5 ἐπεί γε M. — 6 λογιζομένην pro λεγομένην M; cf. Proll. p. 83. — 8 δὲ Χρύσιππος ABChK δ' ὁ Χρ. M. — 11 ἔργα τὲ (sic) δὲ πάθη A. — 15 μόνου ABChK μορίου M; cf. Proll. p. 23. —

privetur; si cor, ut collabatur et intereat, eorum autem, quae modo dixi, nihil quidquam patiatur. Quodsi haec ita se habent, sicut se habent, qui dicunt nervos e corde oriri, possunt illi quidem ita dicere et scribere, ut alia multa, non tamen evidenter in animalibus monstrare id possunt. Principium enim, quod dicitur, unde nervi oriuntur, cerebrum esse necesse est; quae autem Chrysippus effusa admodum oratione de corde disseruit, ea huius visceris docent non esse ratiocinari, sed irasci, sed timere, sed docere ceteraque, quae partis animae iracundiae plenae operationes et affectus sunt.

Quod igitur iam supra in hoc libro dixi, id etiam nunc in memoriam revocandum est, Chrysippum in oratione, quae locos a me ante adscriptos sequitur, absolute rursus ita ponere, ex eadem parte utramque facultatem oriri, nulla neque demonstratione neque persuasione neque probabilitate

προστιθείς, ὡς ἐξ αὐτῆς φανερὸν ἔσται τῆς λέξεως αὐτοῦ ʽτόνδε τὸν τρόπον ἐχούσης· ʽἀτόπως οὖν αὐτὸ κατὰ ταῦτα † ʽἐξαχθησόμενον, ἐάν τε μὴ φῶσι τὴν λύπην καὶ τὴν ἀγωνίαν ʽκαὶ τὴν ὀδύνην ἀλγηδόνας εἶναι ἐάν τε ἀλγηδόνας, ἐν ἄλλῳ ʽγίνονται τόπῳ ἢ τῷ ἡγεμονικῷ. τὰ δὲ αὐτὰ καὶ ἐπὶ τῆς ʽχαρᾶς καὶ ἐπὶ τοῦ θάρσους ἐροῦμεν, ἅπερ ἐμφαίνει περὶ ʽτὴν καρδίαν γινόμενα. ὃν τρόπον γάρ, ὅταν τὸν | πόδα 336 ʽπονῶμεν ἢ τὴν κεφαλήν, περὶ τούτους τοὺς τόπους ὁ πόνος ʽγίνεται, οὕτως συναισθανόμεθα καὶ τῆς κατὰ τὴν λύπην ʽἀλγηδόνος περὶ τὸν θώρακα γινομένης, οὔτε τῆς λύπης οὐκ ʽοὔσης ἀλγηδόνος οὔτε ἐν ἑτέρῳ τινὶ τόπῳ ἢ τῷ ἡγεμονικῷ ʽαὐτῆς γινομένης.ʼ πρὸς ταύτην τὴν ῥῆσιν δίκαιον ἀποκρίνασθαι τῷ Χρυσίππῳ καθʼ ἕκαστον ὧν ἐρωτᾷ κεφαλαίων εὐθέως ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τὸ πρῶτον ἀναλαβόντας, ἔνθα φησὶ τὴν λύπην καὶ τὴν ἀγωνίαν καὶ τὴν ὀδύνην ἀλγηδόνας ὑπάρχειν. εἴτε γὰρ ἐρωτῶν ἡμᾶς οὕτως εἴποι τις, ὡς Χρύ-

---

1 αὐτῶν τόνδε τῶν A. — 3 ἐξαχθησόμενον corruptum videtur; fortasse λεχθήσεται ὡς. — ἀγωνίαν ἀλγηδόνας codd. edd. ἀγωνίαν καὶ τὴν ὀδύνην ἀλγ. Corn.; cf. infra v. 15. — 5 γίνονται MAB γίνεσθαι ChK. — 13 ἐρωτῶ MABChK ἐρωτᾷ nos; cf. Proll. p. 83. — 15 ὀδύνην καὶ ἀλγηδόνα M. —

---

adiuncta, ut ex ipsis verbis patebit, quae in hunc modum se habent: ʽAbsurde igitur secundum haec id pronuntiabitur, sive maestitiam et angorem et afflictationem dolores esse negant sive dicunt, eos alio loco quam in principatu animae fieri. Eadem de laetitia et fiducia, quarum in corde ortus apparet, dicere possumus. Quo enim modo, cum pes dolet vel caput, his in locis dolor accidit, ita dolorem e maestitia conceptum in pectore exsistere sentimus, cum neque maestitia dolor non sit nec alio quopiam in loco quam in principatu concipiatur.ʼ Ad haec respondere Chrysippo aequum est idque ad singula quaeque, quae proponit, capita exordio statim sumto a principio, ubi maestitiam et angorem et afflictationem dolores esse ait. Sive enim quis, ut Chrysippus, interrogando

σιππος εἴρηκεν, εἴτε ἀποφαινόμενος, ἐπαινέσομεν αὐτοῦ τὸν λόγον καὶ φήσομεν ἀγωνίαν καὶ λύπην καὶ ὀδύνην ἀλγηδόνας εἶναι τῷ γένει, μᾶλλον δέ, εἰ χρὴ τοῖς ὀνόμασι κατὰ τὴν τῶν Ἑλλήνων χρήσασθαι συνήθειαν, ὀδύνας καὶ ἀλγηδόνας οὐδέτερον ἀλλήλων διαφέρειν, ὥσπερ οὐδὲ κίονα οὐδὲ στύλον οὐδὲ ὦπας καὶ ὀφθαλμούς· ἀγωνίας μέντοι καὶ λύπης οἷον γένος εἶναί τι τὴν ἀλγηδόνα. τὸ δὲ ἐν τῷ ἡγεμονικῷ τόπῳ τὰς ἀλγηδόνας γίνεσθαι, τοῦτο οὐκέτι τῷ Χρυσίππῳ
337 συγχωρήσομεν [αὐτῷ τὴν ἀλγηδόνα κατά γε τὸ | ἡγεμονικὸν συνίστασθαι]. δίκαιος οὖν ἐστιν ἐπιδεῖξαι καθ' ἓν καὶ ταὐτὸν σπλάγχνον ἀμφοτέρας ᾠκισμένας τὰς δυνάμεις. καίτοι τί λέγω καθ' ἓν καὶ ταὐτόν; οὐ γὰρ πρὸς Χρύσιππον οὕτω χρὴ ποιεῖσθαι τὸν λόγον, ἀλλὰ πρὸς Ἀριστοτέλην συγχωροῦντα μὲν εἶναι πλείους δυνάμεις ἡμῶν ἐν τῇ ψυχῇ τῷ γένει διαφερούσας, οὐ μὴν ἐν ἄλλῳ γε καὶ ἄλλῳ σπλάγχνῳ καθιδρῦσθαι· πάντων γὰρ ἀρχὴν εἶναι βούλεται τὴν καρδίαν.

---

4 *ὀδύνας δὲ καὶ* MAB *ὀδ. τε καὶ* ChK *δὲ* vel *τε* delevimus. — 9 verba inde ab *αὐτῷ* usque ad *συνίστασθαι* delevit Corn. — 10 *καθ' ἓν ταὐτὸν* M. — 12 *λέγω καὶ καθ' ἓν* M; cf. Proll. p. 112. — A verbis *οὐ γὰρ* incipit excerpt. IX codicum FP continuaturque ad verba *ἑτέρᾳ δὲ λογίζεσθαι* (p. 305, 3). — 14 *εἰμῶν* P. — 15 *ἄλλον σπλάγχνον* M. — 16 *τὴν* ante *καρδίαν* om. ABChK; cf. Proll. p. 35. —

---

sive affirmando ita dicet, orationem eius laudabimus concedemusque maestitiam et angorem et afflictationem dolores esse genere vel potius, si nominibus e Graecorum consuetudine uti volumus, afflictationem et dolorem non inter se differre, sicut neque pilam a columna neque lumina ab oculis; angoris tamen et maestitiae quasi genus esse dolorem. Quod vero ait in principatus loco dolores effici, hoc iam minime ei concedemus. Aequum igitur est eum ostendere in uno eodemque viscere utramque facultatem collocatam esse. Sed quid in uno eodemque viscere dico? Non ita cum Chrysippo loquendum est, sed cum Aristotele; is enim plures quidem in anima facultates, quae genere inter se discrepent, esse non negat, non tamen in alio atque alio viscere collocari vult, cum cor unum omnium principium

ὁ δὲ Χρύσιππος οὐδὲ τὰς δυνάμεις αὐτὰς διαλλάττειν ἀλλήλων ὁμολογεῖ οὐδὲ ἑτέρᾳ μέν τινι δυνάμει θυμοῦσθαι τὸ ζῷον, ἑτέρᾳ δὲ ἐπιθυμεῖν, ἑτέρᾳ δὲ λογίζεσθαι. οὔκουν οὐδὲ ἡμᾶς οὕτω χρὴ προβάλλειν αὐτό, καθάπερ ὀλίγον ἔμπροσθεν εἴπομεν, ἐπιδεῖξαι παρακαλοῦντας, ὡς ἐν ταὐτῷ τόπῳ τοῦ ζῴου καὶ τὸ θυμοειδές ἐστι καὶ τὸ λογιστικὸν καὶ τὸ ἐπιθυμητικόν. τὸ τοίνυν πρότερόν τε τούτου καὶ γενικώτερον ζήτημα τοῦτο παρακαλέσομεν ἢ Χρύσιππον ἤ τινα τῶν ἀπὸ αὐτοῦ καταστήσασθαί τε καὶ ἀποδεῖξαι· τοῦτο δέ ἐστι τὸ τῆς αὐτῆς εἶναι δυνάμεως ἔργα τό τε λογίζεσθαι καὶ τὸ θυμοῦσθαι καὶ τὸ βρωμάτων τε | καὶ πομάτων καὶ ἀφροδισίων ἐπιθυ- 338
μεῖν. ἡμεῖς μὲν γὰρ ἐπί τε τῶν ἀλόγων ζῴων ἐναργῶς ἐπιδείκνυμεν αὐτὰ κεχωρισμένα καὶ προσέτι τῶν παίδων οἳ λογισμῷ μὲν ἥκιστα χρῶνται, θυμοῖς δὲ καὶ ἐπιθυμίαις ἰσχυροτάταις ὥσπερ τὰ θηρία δουλεύουσι. καὶ ἡμῶν γε αὐτῶν ὁ μὲν τῷ λογισμῷ μάλιστα χρώμενος ἥκιστα ἐπιθυμητικός τέ ἐστι καὶ θυμικός, ὁ δὲ ὑπό τινος τῶν ἀλόγων τῆς ψυχῆς

3 λυπεῖσθαι MP λογίσθαι A λογίζεσθαι F Corn. BChK; cf. Proll. p. 41. — 10 τό τε λυπεῖσθαι M. — 12 ἀλόγων M ἄλλων ABChK. —

statuat. Chrysippus vero ne facultates quidem ipsas inter se distare concedit neque alia excandescere animal, alia concupiscere, alia ratiocinari. Quocirca ne a nobis quidem quaestio ita proponenda est, ut modo fecimus, ut ab illo probationem aliquam exigamus, qua in eodem loco iracundiam et rationem et cupiditatem esse confirmet, sed illud a Chrysippo vel a quopiam alio eiusdem familiae philosopho requirendum, ut id, quod prius et communius est, constituant ac demonstrent, id est, ut ratiocinationem, iracundiam, cibi potionisque ac veneris appetentiam eiusdem esse facultatis ostendant. Nos enim cum in brutis animalibus seiuncta haec esse evidenter monstrare possumus tum in pueris, qui, ut ratione minime utuntur, ita irae et cupiditatibus vehementissimis tamquam bestiae serviunt. Atque ex nobis ipsis quidem ille, qui ratione plurimum utitur, minime cupiditatibus iraque afficitur, contra qui irrationali alicui animi parti

μορίων ἀρχόμενος ἥκιστα χρῆται λογισμῷ. καὶ τῆς Μηδείας δὲ ἀναμνηστέον ἐν τούτῳ τῆς Εὐριπίδου καὶ τοῦ Ὁμηρικοῦ Ὀδυσσέως, ἐν οἷς ἐστασίασε μὲν ἑκάτερα πρὸς ἄλληλα τῆς ψυχῆς τὰ μόρια δηλοῦντα σαφῶς, ὡς οὐχ ἕν ἐστιν, ἐνίκησε δὲ ἐπὶ τοῦ σοφωτέρου τὸ βέλτιον, ἐπὶ δὲ τῆς ἀπαιδεύτου τε καὶ βαρβάρου τὸ χεῖρον. καὶ ἐπὶ πολλῶν ἀνθρώπων τοιαῦτά ἐστι γινόμενα κατὰ τὴν ψυχὴν τοῦ λογισμοῦ ποτὲ μὲν τῷ θυμοειδεῖ μαχομένου, ποτὲ δὲ τῷ ἐπιθυμητικῷ. ὁ δὲ Χρύσιππος ἅμα τοῖς ἄλλοις Στωϊκοῖς ἐπὶ μὲν τῶν ἀλόγων ζῴων ὁμόσε χωρεῖ πρὸς τὸ δόγμα μηδὲ ἐπιθυμεῖν φάσκων· καί
339 *μοι περὶ τῆς ἀναισχυντίας τοῦ λόγου πρόσθεν | εἴρηται· ἐπὶ δὲ τῶν παίδων ἄνω καὶ κάτω περιπλέκουσιν, οὐχ ὡσαύτως μὲν ἅπαντες, ἀναισχυντοῦντες δὲ καὶ παρὰ τὸ φαινόμενον ἀποφαινόμενοι πάντες. εἰρήσεται δέ μοι καὶ περὶ τούτων ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς ἐφεξῆς. ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῶν κατὰ τὴν ψυχὴν παθῶν τῆς διαφορᾶς οὐδὲν ὁμολογούμενον οὔτε τοῖς ἐναργέσιν οὔτε ἀλλήλοις λέγουσιν οὔθ' ἕκαστος ἑαυτῷ.*

---

8 *τὸ ἐπιθυμητικῷ* M. — 14 *εἰρήσεταί μοι δὲ* MABCh *εἰρ. δέ μοι* K. —

---

succumbit, is minime utitur ratione. Hic Medeae Euripidis, hic Ulixis Homeri exemplum est memoria repetendum, in quibus duae illae animi partes inter se dissidentes non unam esse facultatem manifesto declarant, pervicit autem in sapiente potior, in indocta barbaraque deterior pars. Quod in multis hominibus videre licet, in quorum animo id accidit, ut ratio modo cum ira, modo cum cupiditate certet ac pugnet. At vero Chrysippus una cum ceteris Stoicis de rationis quidem expertibus animalibus nobiscum pedem confert ac repugnat decreto ne concupiscere quidem bruta contendens, de cuius orationis impudentia supra iam dixi; de pueris autem ultro citroque tergiversantur, non omnes uno modo, aeque impudenter tamen omnes et contra ea, quae perspicua sunt, reclamantes. Qua de re postea plura disseremus. Pari ratione etiam de animi affectuum differentia nihil afferunt, in quo vel cum evidentibus rebus vel inter se vel secum quisque

περὶ ὧν ἁπάντων ἔγνωκα κατὰ τὸν ἑξῆς λόγον τὸν δ᾽ διελθεῖν· οὑτοσὶ γὰρ ὁ τρίτος οὐκ οἶδα ὅπως παρενέπεσε διὰ τὰς τῶν Στωϊκῶν ἔρεις ἀξιούντων μὴ πρός τινα τῶν ὑπὸ Χρυσίππου γεγραμμένων, ἀλλὰ πρὸς ἅπαντα τὴν ἀντιλογίαν ποιεῖσθαι. ἐγὼ δὲ ὧν μὲν καὶ αὐτὸς ὁ Χρύσιππος ᾔσθετο περιττῶς εἰρημένων ὑφ᾽ ἑαυτοῦ καὶ τάχα ἂν τῳ δοξάντων, ὡς αὐτός φησιν, ὑπὸ γραμματιστοῦ τινος ἢ γραὸς ἀδολεσχούσης εἰρῆσθαι, βέλτιον ᾤμην εἶναι μηδὲ ὅλως μνημονεύειν· τὰ δὲ ἄλλα σύμπαντα δίχα τεμὼν ἐν μὲν τῷ πρὸ τούτου διῆλθον, ἅπερ ἦν ἁπάντων ἰσχυρότατα, τοῖς δὲ περὶ τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν ζητουμένοις ἐγνώκειν ἀναθεῖναι τόδε τὸ γ᾽ τῶν ὑπομνημάτων. | τοῦτο μὲν οὖν, ἐὰν ὁ θεὸς ἡμᾶς 340
σώζῃ, πάντως πράξομεν. ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ νῦν ἐνεστῶτι λόγῳ μνημονεῦσαι πάντων διέγνωμεν ὧν εἶπεν ὁ Χρύσιππος ἐν τῷ προτέρῳ περὶ ψυχῆς ὑπὲρ ἡγεμονικοῦ διαλεγόμενος, ἑξῆς ἂν εἴη καιρὸς ἤδη συνάπτειν τοῖς εἰρημένοις τὰ λοιπά.

1 περὶ τῶν M. — 3 ἀξιοῦνται M. — μὴ ὅσα codd. edd. μὴ πρός τινα nos. — 6 τάχ᾽ ἂν τῶν M. — 9 τεμὼν MA τεμνὼν B τέμνων ChK. — 11 κατὰ τόδε codd. edd. κατά eiecimus. — 12 τούτων M. — 15 ψυχῆς ἡγεμονικῷ M ψ. ἡγεμονικοῦ ABChK ψ. ὑπὲρ ἡγ. nos coll. pp. 172, 4; 251, 11; 253, 6. —

consentiant. De his omnibus in eo, qui sequitur, libro, hoc est quarto, exponere constituimus; nam hic tertius nescio quomodo insinuavit propter Stoicorum contentiones, qui non tantum contra quaedam a Chrysippo scripta, sed contra omnia a nobis disputari velint. Quamquam ego eorum omnium, quae ipse Chrysippus inutiliter a se esse scripta sensisset quaeque fortasse alicui, ut ipse ait, a grammatista quodam vel anicula blaterante dicta viderentur, satius esse duxi omnino non mentionem facere; cetera autem omnia bifariam partitus, quae omnium essent firmissima, superiore libro persecutus sum, quae autem de animi affectibus quaererentur, iis tertium hunc librum dedicare statueram, quod quidem, si salutem nobis deus praestiterit, utique peragemus. Quoniam vero in praesenti hac disputatione omnia ea referre decrevimus, quae Chrysippus in priore libro de anima, cum de principatu dissereret, scripsit, tempus iam est iis, quae

συνεχὴς οὖν τῇ προγεγραμμένῃ ῥήσει τοῦ Χρυσίππου τοιάδε τίς ἐστι· 'καθ' ἣν ἔτι φορὰν καὶ τὰ τοιαῦτα λέγεται πάντα· 'ἡψάμην σου τῆς καρδίας' ὥσπερ τῆς ψυχῆς καί 'ἅπτομαι 'τῆς καρδίας' λέγομεν, οὐχ ὡς ἀντιπαρέλθοιεν ἄν τινες ἡμῖν, 'ἐπὶ τοῦ ἐγκεφάλου καὶ τῶν σπλάγχνων λέγοντες καὶ τοῦ 'ἥπατος, ἀλλὰ τοῖς προειρημένοις παραπλησίως. ἐκεῖνα γάρ 'μοι δοκεῖ λέγεσθαι, ὡς ἄν τις ἔφη 'τῶν ἐντός σου ἅπτομαι' 'διϊκνουμένης τῆς κακοποιΐας ἐπὶ τοσοῦτον· τῇ δὲ καρδίᾳ 'καθάπερ ἂν τῇ ψυχῇ χρώμεθα. καὶ τούτων ἔσται ἔμφασις 'ἐφιστᾶσι μᾶλλον.' ὅτι καὶ ταῦτα πρὸς τῷ μηδὲν ἀποδεικνύειν, ἀλλὰ ἰδιώτας ἐπικαλεῖσθαι μάρτυρας οὐδὲ περαίνει τι τῶν προκειμένων, ἀλλὰ τὸ παθητικόν τε καὶ ἄλογον τῆς ψυχῆς, οὐ τὸ λογιζόμενον ἐνδείκνυται κατὰ τὴν καρδίαν
341 ὑπάρχειν, ἄντικρυς δῆλον· | ὅθεν οὐδὲ ἐπὶ πλέον ἐν αὐτοῖς χρὴ διατρίβειν ὁμοίαν ἔχουσιν ἀτοπίαν οἷς ἤδη πολλάκις

1 τιάδε M. — 4 ὡς ἀντὶ παρέλθοιεν A ὡς ἂν παρέλθοιεν Corn. ὡς ἀντιπαρέλθοιεν ἄν nos. — ἡμᾶς codd. edd. ἡμῖν nos. — 9 τῆς ψυχῆς M. — 10 πρὸς τὸ M. — 14 ὑπάρχει M. —

commemorata sunt, reliqua adiungere. Continuantur autem iis, quae antea adscripsimus, haec verba Chrysippi: 'Ex qua propensione etiam huiusmodi cuncta iactantur: 'attigi cor tuum', quasi anima dicatur, atque cor attingi dicimus, non, quemadmodum aliquis nobis obicere possit, de cerebro vel visceribus vel iecore loquentes, sed convenienter iis, quae ante dicta sunt. Illa enim ita mihi videntur dici, quasi sic loquaris: 'interiora tua tango', iniuria scilicet adeo penitus penetrante; corde autem perinde atque anima utimur. Et haec quidem, si quis animum intenderit, manifestius liquebunt.' Haec quidem praeterquam quod nihil demonstrant vulgusque in testimonium vocant, ne efficere quidem quidquam de quaestione proposita, sed affectibus obnoxiam partem animae expertemque rationis esse in corde, non rationalem ostendere in aperto est; quare in istis, cum non minus absurda sint, quam ea, quae saepius

ἔδειξα. μετὰ δὲ τὴν προγεγραμμένην ῥῆσιν ἑτέρα τις ἐφεξῆς ἐστιν, ἐν ᾗ τοὺς ἀσπλάγχνους τε καὶ τοὺς οὐκ ἔχοντας ἐγκέφαλον ἐξηγεῖται πῶς λέγονται, περὶ ἧς αὐτάρκως ἔμπροσθεν εἴρηται. μετὰ δὲ ταῦτα τοιάνδε τινὰ γράφει ῥῆσιν· 'κατὰ 'τοιάνδε μοι δοκοῦσι μάλιστα φορὰν καὶ οἱ τιμωρητικώτερον 'πρός τινας φερόμενοι ὁρμᾶν ἐπὶ τὸ ταύτην ἐκσπάσαι, καθ' 'ἣν φορὰν ἐπιτείνοντες καὶ πρὸς τὰ λοιπὰ τῶν σπλάγχνων 'ὁμοειδῶς φέρονται.' ἐνταῦθα πάλιν ὁ Χρύσιππος οὐκ οἶδα ὅπως ἀγνοεῖ κατασκευάζων ἕτερόν τι τοῦ προκειμένου σκέμματος. οἱ γὰρ ἀπειλοῦντές τισιν ὥσπερ ἐκκόψαι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐνίοτε λέγουσιν ἢ κατάξαι τὴν κεφαλὴν ἢ συντρῖψαι τὰ σκέλη, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἔστιν ὅτε καὶ τὴν καρδίαν ἐκσπάσαι φασὶν ἐν ἴσῳ τῷ ἀποκτεῖναι. ἀλλὰ τί τοῦτο πρὸς τὰ παρόντα; τὸ γὰρ ἀποτεμεῖν ἐνίοτε τὰ ὦτα
καὶ τὴν ῥῖνα καὶ διασπάσαι πολλάκις ἀλλήλοις | ἀπειλοῦσιν 342
οἱ ἄνθρωποι καί πού τις εὐχομένη παρὰ τῷ ποιητῇ γυνὴ

4 μετὰ δὲ ταῦτα δὲ M. — 5 τιμωρηκώτερον M. — 8 οὐκ εἶδ' ὅπως M. — 13 ἴσω τὸ M. — 15 ἀλλήλους M ἄλλους A B ChK ἀλλήλοις nos; cf. Proll. p. 26. —

commemoravi, non amplius immorandum arbitror. Hanc orationem altera statim subsequitur, ubi, quo modo viscerum cerebrique expertes dicantur, exponit, de qua supra satis dictum est. Sed post hanc aliam his verbis adscripsit: 'Ex huiuscemodi propensione maxime mihi videntur etiam ii, qui paulo iracundius ad ultionem in quosdam feruntur, ad cor evellendum incitari, ex qua intenti ad reliqua etiam viscera similiter feruntur.' Hic rursus Chrysippus nescio quo modo non videt se diversum quiddam a proposita quaestione confirmare. Nam, qui aliis minantur, quemadmodum oculos eorum elisuros se nonnumquam aiunt vel caput confracturos vel crura comminuturos, ita interdum cor se evulsuros iactant, hoc est interfecturos. Sed quid hoc ad rem, de qua quaerimus? Nam aures et nasum se abscissuros interdum et discerpturos saepe alter alteri minitantur homines atque etiam quaedam apud

τάδε λέγει·

'τοῦ ἐγὼ μέσον ἧπαρ ἔχοιμι
ἐσθέμεναι προσφῦσα.'

τί οὖν οὐ καὶ τὸ ἧπαρ ἀρχὴν τῆς ψυχῆς ἀποφαινόμεθα, φίλτατε Χρύσιππε, καὶ ταῦθ' Ὅμηρον ἔχοντες μαρτυροῦντα, τηλικοῦτον ποιητήν, ᾧ μᾶλλον ἦν σε πιστεύειν δίκαιον ἢ τοῖς ἰδιώταις; οὗτος μέν γε πρὸς τοῖς ἄλλοις ἔτι καὶ ταῦθ' ὑπὲρ ἥπατος ἔγραψε·

'καὶ Τιτυὸν εἶδον, γαίης ἐρικυδέος υἱόν,
'κείμενον ἐν δαπέδῳ, ὃ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα·
'γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἧπαρ ἔκειρον
'δέρτρον ἔσω δύνοντες, ὃ δ' οὐκ ἀπαμύνετο χερσί.
'Λητὼ γὰρ εἵλκυσε, Διὸς κυδρὴν παράκοιτιν
'Πυθώδ' ἐρχομένην διὰ καλλιχόρου Πανοπῆος.'

ἐν τούτοις ὁ ποιητὴς ἐναργῶς ἐνδείκνυται τὸ τῆς ψυχῆς ἐπιθυμητικὸν μέρος ὑπάρχειν ἐν ἥπατι. 'διότι γάρ' φησίν |

2 τοῦ ἐγὼ μέσον κ. τ. λ. Jl. XXIV, 212. 213. — 3 αἰσθέμεναι MΔB. — 4 οὐκ ε (sic) τὸ M. — 9 καὶ Τιτυὸν εἶδον κ. τ. λ. Odyss. XI, 576—581. — γραίης MAB. — ἠόν pro υἱόν M. — 13 κρύβδην pro κυδρὴν MΔB; cf. Proll. p. 48. — παράκοιτην (sic) MA. — 14 καλιχόρου Δ. —

poetam mulier haec precatur:

'utinam infixis ego dentibus huius
rodere vel medium possem iecur.'

Cur igitur, carissime Chrysippe, nos non etiam iecur animae principium pronuntiamus idque teste Homero, tanto poeta, cui fidem tu maiorem quam vulgo habere debuisti? Hic sane cum alia de iecore tum haec tradidit:

'et Tityum vidi, clarae telluris alumnum,
porrigitur cui tota novem per iugera corpus;
hinc atque hinc geminus rostro urget vultur obunco
immortale iecur tondens; iacet ille supinus
nec depellendi manibus datur ulla potestas.
Latonae namque ausus erat tentare cubile
nobilis, aeterno fuerat quae iuncta Tonanti,
cum Pytho Panopei peteret per amoena vireta.'

His poeta evidenter ostendit appetentem animae partem in

ἐπεθύμησεν ὁ Τιτυὸς ὑβρίσαι τὴν Λητώ, διὰ τοῦτο γῦπες 343 αὐτοῦ κείρουσι τὸ ἧπαρ', ὡς [εἰς] αὐτὸ μάλιστα τιμωρούμενοι τὸ κατάρξαν τῆς ὕβρεως. ἀλλὰ ἐνταῦθα μὲν ἐπαινῶ τὸν Χρύσιππον ἑκόντα σιωπήσαντα τὸ καταβάλλον αὐτοῦ τὴν δόξαν. ἐν οἷς δὲ ἤτοι περαίνει μηδὲν ἢ καθ' ἑαυτοῦ καλεῖ τοὺς μαρτυρήσοντας, ἐνταῦθα νομίζω μὴ συνιέναι τῶν ἀκολουθούντων τε καὶ μαχομένων ἀλλήλοις πραγμάτων, ὥσπερ γε κἀν τοῖς ἑξῆς τῶν προγεγραμμένων, ἐν οἷς φησι 'καὶ τὰ 'τῶν ὀργιζομένων δὲ πάθη φαίνεται περὶ τὸν θώρακα γινό'μενα καὶ τὰ τῶν ἐρώντων, ὥστε καὶ τὴν ἐπιθυμίαν μάλιστα 'γίνεσθαι περὶ τούτους τοὺς τόπους.' ἐφ' ἑκάστῃ τῶν τοιούτων ῥήσεων ἐπιφθέγγεσθαι προσήκει 'τί οὖν, ὦ Χρύσιππε, τοῦτο πρὸς τὸ λογιστικόν, ὑπὲρ οὗ ζητοῦμεν;' οὐ γὰρ δὴ περὶ τῶν ὀργιζομένων ἢ ἐπιθυμούντων ἡ ἀμφισβήτησις ἦν, εἰ κατὰ τὸν θώρακά τε καὶ περὶ τὸν θώρακα τοῖς οὕτως ἔχουσι κινεῖται τὰ πάθη, ἀλλὰ εἰ καὶ τὸ λογιζόμενον ἐνταῦθά

2 εἰς ante αὐτὸ uncis inclusimus. — 5 ἤ τι M. — 6 μαρτυρήσαντας codd. edd. μαρτυρήσοντας nos. — ἀκολοθούντων M. — 9 φαίνεται in codd. edd. post θώρακα, a nobis ante περὶ τὸν θ. collocatum: cf. p. 232, 14. —

iecore esse. 'Propterea enim' inquit, 'quod Tityus concupivit Latonae stuprum afferre, vultures eius iecur rodunt', utpote qui ab ea potissimum parte supplicium sumant, unde origo iniuriae exstiterit. Quamquam hic Chrysippus laudandus est, quod ea, quae sententiam suam eversura essent, de industria silentio praetermisit. Ubi vero aut nihil efficit aut contra se testes citat, ibi eum, quid quamque rem sequatur, quid inter se repugnet, non intellegere existimo, quemadmodum etiam in his, quae supra ascripta subsequuntur his verbis: 'Atque etiam irascentium affectus et amantium in pectore apparent, ut etiam cupiditas his in locis maxime exsistat.' Ad singula huiuscemodi dicta acclamare licet: 'Quid igitur, Chrysippe, hoc ad partem rationalem, de qua quaerimus?' Non enim de irascentibus vel concupiscentibus controversia fuit, in thoracene circaque thoracem ita affectis hominibus moverentur affectus, sed,

ἐστιν. ἐφεξῆς δὲ τούτων τάδε γράφει· ‘εὖ μάλα δὲ παρι-
344 στᾶσι τὸ λεγόμενον, ὡς ἔφην, καὶ αἱ ἐν | αὐτοῖς γινόμεναι μελέται καὶ ῥήσεων καὶ τῶν παραπλησίων. ἐν ᾧ γὰρ ταῦτα πάντα συντελεῖται, πάντως εὔλογον ἐν ἐκείνῳ καὶ τὴν τοῦ λόγου διέξοδον γίνεσθαι καὶ λέγειν ἡμᾶς καὶ διανοεῖσθαι κατὰ ἐκεῖνο.’ ἀληθῆ ταῦτα γράφεις, ὦ Χρύσιππε. καθ’ ὃ γὰρ ἐν ἑαυτοῖς μελετῶμεν ἢ καὶ μετὰ σιγῆς διεξερχόμεθα διανοούμενοι, τοῦτό ἐστι τὸ λογιζόμενον. ἀλλὰ πότερον ἐγκέφαλος ἢ καρδία τὸ διανοούμενόν ἐστιν, ὁ ἀπὸ ἀρχῆς ἐξητοῦμεν, ἐχρῆν ἀποδεῖξαί σε καὶ μὴ τὸ πρῶτον λῆμμα λαβόντα πρὸς ἁπάντων ὁμολογούμενον ἡγεῖσθαί τι παρὰ αὐτοῦ πλέον ἕξειν εἰς τὴν τῶν ζητουμένων εὕρεσιν. οὐδεὶς γοῦν ἐστιν, ὃς οὐχ ὁμολογήσει, καθ’ ὃ σκεπτόμεθα καὶ διαλεγόμεθα, κατὰ τοῦτο τὸ μόριον εἶναι τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικόν. ἀλλὰ οὐ τοῦτο ἦν τὸ ζητούμενον, ἀλλὰ εἰ καρδία τοῦθ’ ὑπάρχει τὸ μόριον, ὅπερ οὐκ ἀπέδειξας, εἰ μή πω ἄρα φῂς αἰσθάνεσθαι κατὰ τὴν καρδίαν λογιζόμενος. ἀλλὰ

2 αὐτοῖς codd. edd. αὐτοῖς nos. — 7 καθὸ (it. v. 13) M. — 17 λογιζομένου codd. edd. λογιζόμενος nos. —

haberetne ibidem sedem pars rationalis. Post haec deinceps ita scribit: ‘Optime autem hoc ostendunt, ut dixi, etiam quae in nobis ipsis fiunt et orationum et similium meditationes. In quo enim haec omnia conficiuntur, in eo etiam sermonis explicationem fieri et ibidem loqui nos ac cogitare prorsus convenit.’ Vera ista sunt, Chrysippe. Nam qua parte nobiscum meditamur vel etiam silentio aliquid cogitantes explicamus, ea est ratiocinans. Sed utrum cerebrum an cor, id quod a principio quaerebamus, esset id, quod haberet cogitandi vim, demonstrare debuisti, non primam sumtionem ab omnibus concessam adhibere atque ita existimare te amplius aliquid ad eorum, quae in quaestione versarentur, inventionem esse habiturum. Qua enim parte consideramus et disserimus, in ea esse animae principatum nemo est quin fateatur. At non hoc erat, quod quaerebamus, sed cor essetne ea pars, quod tu non demonstravisti, nisi forte dicis in corde meditationem tuam

ἐν ἀρχῇ γε τοῦ λόγου παντὸς ἔφησθα κατὰ λέξιν ὧδε· 'οὕτω 'φαίνεται διαφεύγειν ὁ τόπος ἡμᾶς οὔτε αἰσθήσεως ἐκφα-'νοῦς γινομένης, ὅπερ ἐπὶ τῶν | λοιπῶν συντέτευχεν,· οὔτε 345 'τῶν τεκμηρίων, διὰ ὧν ἄν τις συλλογίσαιτο τοῦτο· οὐδὲ 'γὰρ ἂν ἐπὶ τοσοῦτον ἡ ἀντιλογία προῆλθε καὶ ἐν ἰατροῖς 'καὶ ἐν φιλοσόφοις.' ὁ ταῦτα εἰπὼν Χρύσιππος εἰ πάλιν ἐν ταὐτῷ βιβλίῳ φάσκοι τῶν διαλογισμῶν ἡμᾶς αἰσθάνεσθαι κατὰ τὴν καρδίαν γινομένων, οὔθ' ἑαυτοῦ δόξει μεμνῆσθαι καὶ καταψεύδεσθαι τῶν ἐναργῶν. οὐ μὴν ἀλλὰ τοιοῦτός γε ὁ ἀνήρ, ὥστε οὐκ ἂν εἴποι διὰ αἰσθήσεώς τινος ἐπιγινώσκειν ἐν τῇ καρδίᾳ τῶν προειρημένων ἕκαστον γινόμενον. καὶ μὴν εἰ μὴ διὰ αἰσθήσεως, ἀλλὰ διὰ ἀποδείξεώς τινος, ἡδέως ἂν ἀκούσαιμεν αὐτῆς. ἐμοὶ μὲν δὴ δοκεῖ τῷ περὶ τῆς φωνῆς λόγῳ καὶ νῦν προσχρῆσθαι. τεκμαίρομαι δὲ καὶ ἐκ τῶν ἐπιφερομένων· 'ἀπὸ' γάρ 'τῆς διανοίας' φησί 'δεῖ λέγειν καὶ ἐν ἑαυτῷ λέγειν καὶ φωνὴν διεξιέναι' καί 'καρδίας (ἐστὶ)

6 ταῦτ' MAB ταῦθ' ChK. — 9 post μὴν nos ἀλλὰ inseruimus. — 10 εἴπῃ MABCh εἴποι K. — 16 ἢ φωνὴν codd. edd. καὶ φ. nos. — καρδίαν νοεῖσθαι codd. edd. καρδίας ἐστὶ ν. nos. —

te sentire. Atqui in principio totius disputationis ita ad verbum dixisti: 'Ita sedes ipsa nos videtur fugere, cum neque sensus huius rei manifestus exstet, sicut in reliquis, neque argumenta, quibus hoc ratiocinando colligi possit; non enim in tantam tum inter medicos, tum inter philosophos controversiam res venisset.' Haec effatus Chrysippus si rursus in eodem libro diceret meditationes in corde fieri nos sentire, neque sui memor et contra aperta manifestaque mentiri videretur. Sed is est vir iste, ut non affirmet per sensum aliquem harum, quas supra diximus, rerum singulas in corde fieri se cognoscere. Verum si minus per sensum, sed per demonstrationem id posset probare, libenter admodum eam audiremus. Mihi quidem disputatione de voce etiamnunc uti videtur, quod ex his, quae ita subiungit, colligo: 'A mente' inquit 'loqui et cum nobismet ipsis loqui et vocem explicare necesse est.' Tum: 'Cordis est cogitare et

νοεῖσθαι καὶ ἐν ἑαυτοῖς λέγειν καὶ φωνὴν διεξιέναι καὶ ἐκτὸς ἐκπέμπειν.' ὁμολογούμενον γάρ τι λαμβάνων, ὡς τοῦ αὐτοῦ μορίου τὸ λέγειν εἴη καὶ τὸ ἐν ἑαυτῷ λέγειν, εἶτα προσλαμβάνων αὐτὸ τῆς καρδίας ἔργον εἶναι τὸ λέγειν, ἐξ
346 ἀμφοῖν ἔχει περαινόμενον ἐν τῇ καρδίᾳ | γίνεσθαι τὸ ἐν ἑαυτῷ λέγειν. ἀλλὰ ἡμεῖς γε κατὰ τὸ πρὸ τούτου γράμμα τὸν ὑπὸ τοῦ Ζήνωνος ἐρωτηθέντα λόγον ὑπὲρ τοῦ τὴν φωνὴν ἀπὸ τῆς καρδίας ἐκπέμπεσθαι μοχθηρὸν ἐπεδείξαμεν, ὥστε καὶ ὁ νῦν ἐρωτώμενος ὑπὸ τοῦ Χρυσίππου λόγος ἅμα ἐκείνῳ συνανῄρηται. ἐπισκεψώμεθα οὖν ἤδη τὸν ἑξῆς 'οἰκείως δὲ τούτῳ καὶ οἱ στεναγμοὶ ἐντεῦθεν προΐενται.' καὶ τοὺς στεναγμούς, ὦ Χρύσιππε, [καὶ τὰς φωνὰς] ἐκ τοῦ θώρακος μὲν φήσομεν ἐκπέμπεσθαι καὶ τοῦ πνεύμονος, οὐ μὴν οὐδὲ ἐκ τῆς καρδίας, ὥσπερ οὐδὲ τὰς φωνάς. ἀποδέδεικται γὰρ ἡμῖν ὑπὲρ ἑκάστου τούτων ἐν ἑτέροις οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ ὥσπερ ὑπὸ σοῦ νῦν οὐδὲ μίαν ἀπόδειξιν προσθέντος. ἐφεξῆς δὲ

1 ἐν ἑαυτοῖς φωνὴν διεξιέναι codd. edd. ἐν ἑαυτ. λέγειν καὶ φ. δ. nos. — 4 προσλαμβάνον M. — 8 ἀπὸ τῆς M ὑπὸ τῆς ABChK; cf. Proll. p. 25. — 12 καὶ τὰς φωνὰς uncis inclusimus. — 14 ὥσπερ οὐδὲ τὰς φωνάς delevit Corn. — 15 ἁπλῶς οὐχ ὥσπερ οὐδὲ ὑπὸ M ἁ. οὐχ ὥσπερ ὑπὸ AB ἁ. οὐδ' ὥσπ. ὑπὸ ChK. — 16 οὐδὲ μίαν M οὐδεμίαν ABChK. —

intra nos ipsos loqui et vocem explicare atque foras emittere.' Cum enim id pro concesso posuerit eiusdem partis esse loqui et cum nobis ipsis loqui, deinde assumserit loqui cordis functionem esse, ex his efficit in corde illud secum loqui fieri. Nos tamen, quoniam in superiore libro Zenonis rationem de eo, quod vox de corde emitteretur, interrogatam vitiosam esse ostendimus, etiam hanc Chrysippi rationem una cum illa sublatam existimamus; quare ea, quae sequuntur, inspiciamus: 'Huic convenienter etiam gemitus inde procedunt.' Gemitus etiam, Chrysippe, e thorace quidem et pulmone, non tamen e corde emitti dicemus, non magis quam voces. Alibi enim de his singillatim a nobis demonstratum est neque id absolute neque ita, ut a te nunc, qui ne ullam quidem probationem addideris. Post haec copiam versuum Chrysippus affert ac plerosque

τοῖσδε πλῆθος ἐπῶν ὁ Χρύσιππος γράφει τῶν πλείστων ἑαυτῷ μαχομένων, ὡς ἔμπροσθεν ἔδειξα. τὰ δὲ μεταξὺ τῶν ἐπῶν ἐστι μὲν ὀλίγιστα, περιέχεται δέ τις κατὰ ταῦτα ἐναντιολογία τοῦ Χρυσίππου πρὸς ἑαυτόν, ἣν ἐν τῷ μετὰ τοῦτο ἐπιδείξω βιβλίῳ, καθ' ὃ περὶ τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν ἔγνωκα ποιήσασθαι τὸν λόγον. ἐν δὲ τῷ παρόντι τῶν ῥήσεων αὐτῶν ἐπιμνησθήσομαι μόνον | ἐχουσῶν ὧδε· 'ὁ δὲ ποιητὴς 347
'πλεονάζων ἐν τούτοις διὰ πολλῶν παρίστησιν, ὅτι καὶ τὸ 'λογιστικὸν καὶ τὸ θυμοειδὲς περὶ τοῦτόν ἐστι τὸν τόπον, 'συνάπτων εἰς ταὐτὸν καὶ τὸ ἐπιθυμητικόν, καθάπερ καὶ 'ἔδει ποιῆσαι.' φανερῶς γὰρ ἐνταῦθα συγχωρεῖ μὲν ἕτερόν τι παρὰ τὸ λογιστικὸν εἶναι τό τε θυμοειδὲς καὶ τὸ ἐπιθυμητικόν, ἐν δὲ τῇ καρδίᾳ κατῳκίσθαι φησίν, ὅπερ Ἀριστοτέλους ἐστίν, οὐ τῶν Στωϊκῶν δόγμα. καὶ διὰ τῶν ἑξῆς δὲ προειπών, ἐν οἷς ὁ ποιητὴς ἐν τῇ καρδίᾳ τὸ λογιζόμενον ὑπάρχειν ἀποφαίνεται, μετὰ ταῦτα ἐπιφέρει 'ὅτι δὲ καὶ τὸ 'ἐπιθυμητικὸν ἐνταῦθα, διὰ τούτων ἐμφαίνει·

1 τῆς δε τοῖς δὲ M. — 3 ἔστι M ἔτι ABCh. — ὀλίγηστα M. — ἐναντιλογία M. — 5 καθὸ MABCh. — 7 μόνων MA. — 9 τρόπον M. — 10 συνάγων codd. edd. συνάπτων nos coll. p. 362 sub fin. K; cf. Proll. p. 110. — ὡς ταὐτὸν αὐτὰ codd. edd. εἰς ταὐτὸν καὶ τὸ ἐπιθυμητικόν Corn. — 11 δεῖ codd. edd. ἔδει nos coll. p. 362. — 13 κατωκεῖσθαι MAB. —

secum pugnantes, ut supra ostendi. Quae versibus interponit verba, sunt quidem paucissima, sed habent tamen Chrysippi quandam secum repugnantiam, quam proximo libro, ubi de animi affectibus disputare constituimus, persequemur. In praesenti verba ipsa tantum commemorabimus, quae ita se habent: 'Poeta autem in his exuberans multis versibus ostendit hoc in loco esse intellectum et iracundiam, in eodem etiam cupiditatem collocans, quemadmodum facere debuit.' Aperte hic et iracundiam et cupiditatem diversum quiddam ab intellectu esse concedit, sed in corde esse affirmat, quod Aristotelis, non Stoicorum decretum est. Atque etiam deinceps praepositis versibus, ubi poeta in corde rationem esse pronuntiat, haec subiungit: 'Jam vero etiam cupiditatem hic esse his ostendit versibus:

'οὐ γάρ πώποτέ μ' ὧδε θεᾶς ἔρος οὐδὲ γυναικὸς
'θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι περιπροχυθεὶς ἐδάμασσεν.'
εἶτα ἐφεξῆς 'ὅτι δὲ τὸ θυμοειδὲς ἐνταῦθά πού ἐστι, τὰ τοιαῦτα
'ἐμφαίνει πλείονα ὄντα·
'"Ηρῃ δ' οὐκ ἔχαδε στῆθος χόλον, ἀλλὰ προσηύδα'
'καὶ ἔτι
'καὶ χόλος, ὅστ' ἐφέηκε πολύφρονά περ χαλεπῆναι.' |

348 ἐν τοῖς τοιούτοις ἅπασιν ὁ Χρύσιππος ὁμολογεῖ δυνάμεις τινὰς εἶναι τῆς ψυχῆς τήν τε θυμοειδῆ καὶ τὴν ἐπιθυμητικὴν ἑτέρας τῆς λογιστικῆς. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, ὡς ἔφην, ἐν τῷ τετάρτῳ διαλέξομαι γράμματι. τὰ δὲ ὑπόλοιπα τῶν κατὰ τὸ Χρυσίππου βιβλίον ἐπιδραμὼν ἐνταῦθά που καὶ αὐτὸς ἤδη καταπαύσω τὸν ἐνεστῶτα λόγον. μετὰ δὲ τὸ πλῆθος τῶν ἐπῶν ὁ Χρύσιππος περί τε φωνῆς καὶ λόγου καὶ νεύρων ἀρχῆς ὅσα τε τούτοις συνέζευκται, διῆλθεν, ἃ δὴ καὶ μόνα

1 οὐ γὰρ πώποτε κ. τ. λ. Jl. XIV, 315. 316. — ἔρως MAB. — 2 πέρι προχυθεὶς MAB. — ἐδάμασε MABCh. — 3 θυμοειδὲς εἰ ἐνταῦθα M. — 5 ἥρη MAB "Ηρης Ch; cf. Proll. p. 49 et supra p. 262, 2. — 6 ἔτι post καὶ addidimus. — 7 καὶ ante χόλος (χόλον codd. edd.) addidimus; cf. p. 262, 7. — 11 κατὰ τοῦ Χρυσίππου MABCh. — 12 βιβλίων MABCh. — 13 μετὰ δὴ M. —

'namque alias animum nunquam sub pectore nostrum
seu dea seu mulier tanto devinxit amore.'
Sequitur deinde: 'Iracundiam quoque his in partibus esse haec atque id genus plura declarant:
'non potuit cohibere iram sub pectore Juno,
sed loquitur.'
adde: 'ira etiam, quae vel prudentem exasperat ipsum.' Huiusmodi omnibus Chrysippus iracundiam et cupiditatem facultates quasdam animi esse a ratione diversas fatetur. Sed de his, ut dixi, in quarto libro disseremus. Nunc, ubi reliqua, quae in Chrysippi libro continentur, cursim perstrinxero, praesenti disputationi ipse quoque finem imponam. — Post versuum copiam ille deinceps de voce, de ratione, de nervorum origine quaeque his coniuncta sunt, disputavit, quae quidem sola ex iis, quae ei libro insunt, viro philosopho

τῶν κατὰ τὸ βιβλίον ἔπρεπεν ἀνδρὶ φιλοσόφῳ, περὶ ὧν καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ διεληλύθαμεν ὑπερβάντες τὰ περιττῶς ἠδολεσχημένα.

Νυνὶ μέντοι κατὰ τοῦτο τὸ βιβλίον, ἐπειδὴ καὶ ταῦτα ἔδοξε προσθεῖναι τά τε ἄλλα τὰ προηγούμενα διῆλθον, ἑξῆς προσθήσω τὸν περὶ τῆς Ἀθηνᾶς λόγον. αἰσθόμενος γὰρ ὁ Χρύσιππος ἐναντιούμενον τοῖς ἑαυτοῦ δόγμασι τὸν περὶ τῆς θεοῦ μῦθον ἀπὸ τῆς τοῦ Διὸς κεφαλῆς ὑπειλημμένης γεγενῆσθαι τοιάδε λέγει· παραγράψω γὰρ | ἅπασαν αὐτοῦ τὴν 349 ῥῆσιν, εἰ καὶ μακροτέρα πώς ἐστιν· ʽἀκούω δέ τινας λέγειν ʽπαραμυθουμένους πρὸς τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ εἶναι τὸ ἡγεμονιʽκὸν τῆς ψυχῆς μέρος. τὸ γὰρ τὴν Ἀθηνᾶν, μῆτιν οὖσαν ʽκαὶ οἷον φρόνησιν, ἐκ τῆς κεφαλῆς γενέσθαι τοῦ Διὸς σύμʽβολόν φασιν εἶναι τοῦ ἐν ταύτῃ τὸ ἡγεμονικὸν εἶναι· οὐ ʽγὰρ ἄλλως ἂν ἐν τῇ κεφαλῇ γενέσθαι μῆτιν καὶ φρόνησιν, ʽεἰ μὴ τὸ ἡγεμονικὸν ἐν ταύτῃ ἐστί· πιθανοῦ μέν τινος

5 ἑξῆς τε codd. edd. τε eiecimus; cf. Proll. p. 113. — 7 ἐναντιούμενος M. — τῆς θεοῦ MAB τ. θεᾶς ChK. — 8 γεγενῆσθαι codd. edd. γεγεννῆσθαι nos coll. p. 353 extr. K. — 9 ἅπασαν αὐτοῦ τὴν ῥῆσιν M ἅπασαν τὴν ῥ. αὐτοῦ ABChK. — 10 μακρότερον M. — ἀκούω δὲ M ἀ. δὴ ABChK. — 13 γινέσθαι (sic) M. — 14 ἐν ante ταύτῃ in codd. edd. omissum. — 16 τινὲς M. —

conveniunt; de quibus etiam nos superiore libro praetermissis, quae abundantiam quandam nugasque inanes habent, satis disputavimus.

Nunc tamen, quandoquidem hoc in libro etiam illa addere visum est et alia praecipua iam persecutus sum, deinceps, quae de Minerva scripsit, addam. Cum enim deae fabulam decretis suis adversari intellegeret, quippe quae e Jovis capite genita esse existimaretur, ita dicit; ipsius enim verba, licet paulo longiora sunt, omnia adscribam: ʽAudio autem quosdam ita dicere, ut persuadeant in capite animae principalem partem esse. Quod Minerva, quae scilicet consilium et velut prudentia est, e Jovis capite nata sit, id signi esse aiunt hac in parte principatum esse; neque enim in capite consilium ac prudentiam gigni potuisse, nisi ibidem

‘ἐχόμενοι, διαμαρτάνοντες δέ, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, καὶ ἀγνοοῦν- ‘τες τὰ περὶ τούτων ἱστορούμενα, περὶ ὧν οὐ χεῖρόν ἐστιν ‘ἐπὶ πλέον εἰπεῖν ἐν τοῖς ἐνεστῶσι ζητήμασι. φασὶ δὲ οἱ ‘μὲν οὕτως ἁπλῶς ἐκ τῆς τοῦ Διὸς κεφαλῆς αὐτὴν γενέσθαι ‘οὐδὲ προσιστοροῦντες τὸ πῶς ἢ κατὰ τίνα λόγον· ὁ δὲ ‘Ἡσίοδος ἐπὶ πλέον λέγει ἐν ταῖς θεογονίαις † τινῶν μὲν ἐν ‘τῇ θεογονίᾳ γραφόντων τὴν γένεσιν αὐτῆς πρῶτον μὲν ‘Μήτιδι συγγενομένου τοῦ Διός, δεύτερον δὲ Θέμιδι, τινῶν ‘δὲ ἐν ἑτέροις ἄλλως γραφόντων τὴν γένεσιν αὐτῆς, ὡς ἄρα
350 ‘γενομένης ἔριδος τῷ Διῒ καὶ | τῇ Ἥρᾳ γεννήσειεν ἡ μὲν ‘Ἥρα διὰ ἑαυτῆς τὸν Ἥφαιστον, ὁ δὲ Ζεὺς τὴν Ἀθηνᾶν ἐκ ‘τῆς Μήτιδος καταποθείσης ὑπὸ αὐτοῦ. ἡ μὲν γὰρ εἰς αὐ- ‘τὸν κατάποσις τῆς Μήτιδος καὶ ἔνδον τοῦ Διὸς τῆς Ἀθηνᾶς ‘γένεσις κατὰ ἀμφοτέρους τοὺς λόγους ἐστίν· διαφέρουσι δὲ

---

1 *διαμαρτάνοντε* M. — 3 *εἰπεῖν τοῖς* M. — 5 *πῶς οὐ κατὰ* M. — 6 *ἐν ταῖς θεογονίαις κ. τ. λ.* ‘mendum inesse suspicor’ Al. Just.; cf. Schoemann. Opusc. acad. II, 420; Bergk. Hist. Lit. Graec. I, 989, 62. — 8 *Θέμιδι* in ras. M. — *τινῶν δὲ* bis M. — 9 *αὐτῆς* in ras. M. — 13 *Μήτιδος καὶ ἔνδον τοῦ Διὸς* omissis, quae interiecta sunt, verbis M. —

---

esset principatus. Quod cum dicunt, probabilitatem quandam illi quidem sequuntur, errant tamen mea quidem sententia et, quae de his historiae tradiderunt, ignorant. Qua de re in his quaestionibus non alienum est copiosius disserere. Nonnulli igitur absolute ita dicunt, e Jovis capite eam genitam esse neque, quomodo quave ratione id factum sit, explicant; Hesiodus vero fusius rem in Theogoniis persequitur, cum alii in Theogonia ortum deae ita scribant, Jovem primum cum Metide, deinde cum Themide consuetudine habita eam procreasse, alii aliter eius generationem referant, cum contentio inter Jovem et Junonem orta esset, illam ex se Vulcanum, Jovem Minervam ex devorata Metide genuisse. Metidis enim devoratio et Minervae in Jovis corpore generatio in utraque oratione habetur. Sed differunt in eo, quo modo haec confecta fue-

'ἐν τῷ πῶς ταῦτα συνετελέσθη, πρὸς τὸν ἐνεστῶτα λόγον 'οὐδενὸς ὄντος τοιούτου. τὸ γὰρ κοινὸν ἐν αὐτοῖς ὑπάρχον 'μόνον χρήσιμόν ἐστι πρὸς τὰ ἐνεστῶτα. λέγεται δὲ ἐν μὲν 'τῇ θεογονίᾳ οὕτω·

'Ζεὺς δὲ θεῶν βασιλεὺς πρώτην ἄλοχον θέτο Μῆτιν,
'πλεῖστα θεῶν εἰδυῖαν ἰδὲ θνητῶν ἀνθρώπων.
'ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἤμελλε θεὰν γλαυκῶπιν Ἀθήνην
'τέξεσθαι, τότ' ἔπειτα δόλῳ φρένας ἐξαπατήσας
'αἱμυλίοισι λόγοισιν ἑὴν ἐγκάτθετο νηδύν·
'ὥς οἱ συμφράσσαιτο θεὰ ἀγαθόν τε κακόν τε.

'εἶτα προελθὼν φησιν οὕτως·

'αὐτὸς δ' ἐκ κεφαλῆς γλαυκώπιδα γείνατ' Ἀθήνην,

---

1 ἐγγεῖσθαι M. — 3 τὴν μεγάλου M τοῦ μ. ABChK; Articulum eiecimus; cf. Proll. p. 116. — 4 εἰρῆσθαι δόξαν MABCh εἰρ. ἐχρῆν δ. Corn. εἰρ. ἔδει δ. K. — 5 προσφάτου codd. edd. πρόσφατον nos. — 8 εἰ μὲν M. — 13 ante καί φησι (sc. Χρύσιππος; cf. Bak. Posid. rell. p. 204) nonnulla excidisse videntur. — 14 ἐκπίπτει MABCh ἐκπτοεῖ Bake ἐκπλήττει K. —

Quamquam ne recens quidem poni debuit in definitione, si quidem vera sunt, quae Chrysippus dixit. Nam ex ipsius sententia magni mali potius opinionem aut intolerabilis aut impetibilis, ut ipse solet appellare, aegritudinem dici oportuit, non recentem. Hic etiam duabus ex partibus Posidonius Chrysippum impugnat. In hac posteriore quidem definitione mentionem facit, ut supra diximus, et sapientium et proficientium, quorum illi in summis bonis, hi in summis malis se esse opinantes nequaquam tamen idcirco in perturbationem incidant; in priore autem causam quaerit, cur non praesentis mali opinio, sed recens tantum aegritudinem efficiat.... Dicitque, propterea quod omne immoderatum et novum, si repente inciderit, mentem exturbat atque ex prioribus iudiciis deicit, usu autem et consuetudine receptum inveteratumque aut omnino non deicit, ut perturbationem

προενδημεῖν δεῖν φησι τοῖς πράγμασι μήπω τε παροῦσιν οἷον παροῦσι χρῆσθαι. βούλεται δὲ τὸ προενδημεῖν ῥῆμα τῷ † Ποσειδωνίῳ τὸ οἷον προανα|πλάττειν τε καὶ προτυποῦν 418 *τὸ πρᾶγμα παρὰ ἑαυτῷ τὸ μέλλον γενήσεσθαι καὶ ὡς πρὸς ἤδη γενόμενον ἐθισμόν τινα ποιεῖσθαι κατὰ βραχύ. διὸ καὶ τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου παρείληφεν ἐνταῦθα, ὡς ἄρα τινὸς ἀναγγείλαντος αὐτῷ τεθνάναι τὸν υἱὸν εὖ μάλα καθεστηκότως εἶπεν 'ᾔδειν θνητὸν γεννήσας' καὶ ὡς τοῦτο λαβὼν Εὐριπίδης τὸ νόημα τὸν Θησέα πεποίηκε λέγοντα*

'ἐγὼ δὲ (τοῦτο) παρὰ σοφοῦ τινος μαθὼν
'εἰς φροντίδας νοῦν συμφοράς τ' ἐβαλλόμην,
'φυγάς τ' ἐμαυτῷ προστιθεὶς πάτρας ἐμῆς
'θανάτους τ' ἀώρους καὶ κακὰς ἄλλας ὁδούς,
'ὥστ', εἴ τι πάσχοιμ' ὧν ἐδόξαζόν ποτε,
'μή μοι νεῶρες προσπεσὸν ψυχὴν δάκοι.'

1 *δεῖν* om. MABCh restit. Corn. K. — pro *τοῖς πράγμασι* Corn. margini adscripsit *τοῖς κακοῖς*. — *πράγμασι μήτε παροῦσιν* M *πρ. μήποτε π.* ABCh *πρ. καὶ μήπω π.* K *πρ. μήπω τε π.* nos. — 3 *Ποσειδωνίῳ* codd. edd. 'rescribe *Χρυσίππῳ*' Bak. l. l. — *προσαναπλ.* ABCh *προαναπλ.* M Bake K. — 5 *διὴ* M. — 6 *ἀπαγγείλαντος* K. — 8 Eurip. Fragm. 392 ed. Nauck. — 10 *τοῦτο* abest in codd. edd. — 12 *φυγὰς δ'* MABCh *φυγάς τ'* K. — *ἐμαυτὸν* MAB; cf. Proll. p. 87. — *προτιθεὶς* MAB. — 13 *καὶ κὰς* (*καὶ τὰς* manu recentiss.) M. — 15 *νεωραῖς* M *νεοραῖς* AB *νεαραῖς* ChK *νεωρὲς* Greenh. (Hensch. Jan. 1, 628) *νεῶρες* nos; cf. Proll. p. 20. — *προσπεσὼν* M. —

moveat, aut paulum admodum; quare oportere ait antea habitare in rebus atque nondum praesentibus tamquam praesentibus uti. Verbum autem hoc antea habitare apud † Posidonium idem valet, quod praemeditari et praeformare animo id, quod eventurum est, atque, quasi iam evenerit, ita in eius consuetudinem paulatim venire. Propterea etiam illud Anaxagorae huc rettulit, qui nuntiata morte filii admodum constanter dixit: 'Sciebam me genuisse mortalem', atque hinc ait sumta sententia Euripidem Theseum ita loquentem induxisse:

'Nam qui haec audita a docto meminissem viro,
futuras mecum commentabar miserias,
aut mortem acerbam aut exili maestam fugam
aut semper aliquam molem meditabar mali,
ut, si qua invecta diritas casu foret,

οὕτω δὲ εἰρῆσθαί φησι καὶ τὰ τοιαῦτα·

'εἰ μὲν τόδ' ἦμαρ πρῶτον ἦν κακουμένῳ
'καὶ μὴ μακρὰν δὴ διὰ πόνων ἐναυστόλουν,
'εἰκὸς σφαδᾴζειν ἦν ἂν ὡς νεόζυγα
'πῶλον χαλινὸν ἀρτίως δεδεγμένον· |
419 'νῦν δ' ἀμβλύς εἰμι καὶ κατηρτυκὼς κακῶν.'

ἔσθ' ὅτε τὰ τοιαῦτα· [μακρός]

'χρόνος μαλάξει, νῦν δ' ἔθ' ἡβάσκει κακόν.'

ὅτι δὲ ἐν τῷ χρόνῳ μαλάττεται τὰ πάθη, κἂν αἱ δόξαι μένωσι τοῦ κακόν τι αὐτοῖς γεγονέναι, καὶ ὁ Χρύσιππος ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ παθῶν μαρτυρεῖ γράφων ὧδε· 'ζητήσαι δὲ 'ἄν τις καὶ περὶ τῆς ἀνέσεως τῆς λύπης, πῶς γίνεται, πότε- 'ρον δόξης τινὸς μετακινουμένης ἢ πασῶν διαμενουσῶν, καὶ 'διὰ τί τοῦτο ἔσται.' εἶτα ἐπιφέρων φησί 'δοκεῖ δέ μοι ἡ 'μὲν τοιαύτη δόξα διαμένειν, ὅτι κακὸν αὐτό, ὃ δὴ πάρεστιν,

2 Eur. fragm. 818 ed. N. τότε M τόδε AB. — 3 μακρὰ codd. edd. μακρὰν Greenh. l. l. — 6 εἰμι om. M. — 7 cf. Greenh. l. l. p. 629. μακρός uncis inclusimus. — 8 Eurip. Alc. v. 1085. — νῦν δέθ' MABCh. 10 καὶ ὁ Χρ. codd. edd.; fortasse scribendum ὁ Χρ. καὶ. —

ne me imparatum cura laceraret repens.'

Sic dicta esse illa quoque refert:

'Si mihi nunc tristis primum illuxisset dies
nec tam aerumnoso navigavissem salo,
esset dolendi causa, ut iniecto eculei
freno repente tactu exagitantur novo;
sed iam subactus miseriis obtorpui.'

Interdum etiam illud:

'Tempus levabit, quod recens nunc est malum.'

Levari autem tempore perturbationes, etiamsi permanserint opiniones, quibus aliquid mali nobis accidisse arbitremur, Chrysippus etiam in secundo de perturbationibus testatur ita scribens: 'Quaerat etiam quispiam, remissio aegritudinis quomodo efficiatur, utrum opinione aliqua immutata an omnibus permanentibus, atque id qua de causa fiat.' Deinceps haec subiungit: 'Videtur mihi permanere opinio ea, illud ipsum, quod adsit, ma-

'ἐγχρονιζομένης δὲ ἀνίεσθαι ἡ συστολη καί, ὡς οἶμαι, ἡ
'ἐπὶ τὴν συστολὴν ὁρμή. τυχὸν δὲ καὶ ταύτης διαμενούσης
'οὐχ ὑπακούσεται τὰ ἑξῆς διὰ ποιὰν ἄλλην ἐπιγινομένην
'διάθεσιν ἀσυλλόγιστον τούτων γινομένων. οὕτω γὰρ καὶ
'κλαίοντες παύονται καὶ μὴ βουλόμενοι κλαίειν κλαίουσιν,
'ὅταν ὁμοίας τὰ ὑποκείμενα φαντασίας ποιῇ καὶ ἐνίστηταί τι
'ἢ μηθέν. ὃν τρόπον γὰρ ἡ θρήνων παῦσις γίνεται καὶ |
'κλαυθμῶν, τοιαῦτα εὔλογον καὶ ἐπὶ ἐκείνων συντυγχάνειν 420
'ἐν ταῖς ἀρχαῖς μᾶλλον τῶν πραγμάτων κινούντων, καθάπερ
'ἐπὶ τῶν τὸν γέλωτα κινούντων γίνεσθαι ἔφην, καὶ τὰ ὅμοια
'τούτοις.' ὅτι μὲν οὖν ἐν τῷ χρόνῳ παύεται τὰ πάθη καίτοι
τῆς δόξης διαμενούσης, αὐτὸς ὁ Χρύσιππος ὁμολογεῖ· διὰ
τίνα μέντοι τὴν αἰτίαν τοῦτο γίνεται, δυσλόγιστον εἶναί
φησιν. εἶθ' ἑξῆς ἕτερα παραπλησίως γινόμενα γράφει, περὶ
ὧν οὐδὲ αὐτῶν δηλονότι τὴν αἰτίαν ἐπαγγέλλεται γινώσκειν.

---

4 δυσυλλόγιστον A δυσλόγιστον MABCh ἀσυλλόγιστον nos; cf. infra p. 400, 2 et p. 401 p. med. — 5 παύονται om. ABCh. — 6 μὴ ante ὁμοίας eiecimus coll. infra p. 400, 16. — τὰς φαντασίας τὰ ὑποκείμενα codd. edd.; at vide infra p. 400, 16. — 8 κλαυθμοὶ codd. edd. κλαυθμῶν nos. — 15 αὐτὸ M. —

---

lum esse, sed inveteratam efficere, ut remittatur contractio et mea quidem sententia incitatio ad contractionem. Fortasse etiam hac permanente reliqua non obtemperabunt, cum propter quandam aliam affectionem supervenientem inexplicabilem id fiat. Ita enim et flentes desistunt et, qui flere nolunt, flent, cum similis rerum species obiecta sit et instet aliquid aut nihil. Nam, quo modo lamentorum et ploratuum sedatio fit, ita consentaneum est etiam in illis fieri, cum initio res magis moveant, velut in risum moventibus evenire dixi, et alia huiuscemodi.' Fatetur igitur ipse Chrysippus diuturnitate temporis, licet permaneat opinio, perturbationes sedari, quod tamen cur fiat, abstrusam rationem esse ait. Deinceps alia, quae simili modo eveniunt, adscribit, quorum causam non magis se cognoscere confitetur. At Posidonius non ita, Chrysippe,

ἀλλὰ οὐ Ποσειδώνιός γε, Χρύσιππε, τὰς αἰτίας τῶν τοιούτων ἀγνοεῖν φησιν, ἀλλὰ ἐπαινεῖ καὶ ἀποδέχεται τὰ ὑπὸ τῶν παλαιῶν εἰρημένα, ἃ ἐφεξῆς ἐρῶ. σὺ δὲ οὔτε ἐκείνων μνημονεύσας οὔτε ἄλλην αὐτὸς εἰπὼν οἴει λελύσθαι τὸ ζητούμενον, ἂν ὁμολογήσῃς ἀγνοεῖν τὴν αἰτίαν. καίτοι τό γε συνέχον ὅλην τὴν πραγματείαν τήν τε τῶν λογικῶν ζητημάτων καὶ τὴν θεραπευτικὴν τῶν παθῶν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ τὸ τὰς αἰτίας ἐξευρεῖν, ὑφ᾿ ὧν γίνεταί τε καὶ παύεται τὰ πάθη. οὕτω γὰρ ἄν τις, οἶμαι, καὶ τὴν γένεσιν αὐτῶν κωλύσειε καὶ γενομένας παῦσαι δυνηθείη. συναναιρεῖσθαι |
421 γὰρ εὔλογον οἶμαι ταῖς αἰτίαις τάς τε γενέσεις καὶ τὰς ὑπάρξεις τῶν πραγμάτων. ταῦτά τοι καὶ ἀπορεῖς κατὰ τὸ περὶ παθῶν βιβλίον τι καὶ γράψαι τοιοῦτον ἡμῖν, ᾧ προσέχοντες τὸν νοῦν κωλύσομέν τε τῶν παθῶν ἕκαστον γίνεσθαι καὶ γενόμενον ἰασόμεθα, καίτοι ταῦτα καὶ τοῦ Πλάτωνος θαυμαστῶς γράψαντος, ὡς καὶ ὁ Ποσειδώνιος ἐπισημαίνεται

4 λελῦσθαι K. — 6 πραγματίαν M. — 12 ἀποραῖς M. — περὶ τῶν παθῶν codd. edd. περὶ παθῶν nos. — 13 pro βιβλίον legendum arbitror ἠθικόν; cf. supra p. 390, 9 et p. 389, 6. — 15 A καίτοι incipit excerpt. XI codicum FP desinitque in verbis πρὸς αὐτοῦ. — καίτοι καὶ MABChK καίτοι ταῦτα καὶ FP. —

horum causas ignorare se ait, sed probat admittitque veterum dicta, quae postea recensebo. Tu cum neque illorum mentionem feceris neque aliam causam ipse inveneris, solutam esse quaestionem putas, si causam te ignorare fatearis. Quamquam id, quod universam hanc tractationem quaestionum rationalium et earum, quae ad perturbationum sanationem valent, continet, nihil aliud est quam causarum, unde et exsistant et desinant perturbationes, investigatio. Ita aliquis mea quidem sententia et ortum earum impedire et ipsas, ubi exstiterunt, sedare potest. Nam una cum causis et ortus et incrementa rerum tolli consentaneum arbitror. Quapropter in libro de perturbationibus (morali) non habes, quid scribas, cui animum advertentes, ne oriantur singulae, caveamus et, ubi exortae fuerint, eas curemus, quamquam etiam Plato hac de re divine scripsit, quemadmodum etiam Posidonius significat, qui hominem admiratur divinumque appellat

θαυμάζων τὸν ἄνδρα καὶ θεῖον ἀποκαλῶν καὶ πρεσβεύων αὐτοῦ τά τε περὶ τῶν παθῶν δόγματα καὶ τὰ περὶ τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων ὅσα τε περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι τὴν ἀρχὴν ἢ γενόμενα παύεσθαι τάχιστα τῆς ψυχῆς τὰ πάθη γέγραπται πρὸς αὐτοῦ. συνῆφθαι δὲ καὶ τὴν περὶ τῶν ἀρετῶν διδασκαλίαν τούτοις φησὶ καὶ τὴν περὶ τοῦ τέλους καὶ ὅλως πάντα τὰ δόγματα τῆς ἠθικῆς φιλοσοφίας ὥσπερ ἐκ μιᾶς μηρίνθου δεδέσθαι τῆς γνώσεως τῶν κατὰ τὴν ψυχὴν δυνάμεων αὐτός τε δείκνυσιν, ὡς ὑπὸ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας γίνεται τὰ πάθη καὶ διὰ τίνα τὴν αἰτίαν ἐν τῷ χρόνῳ καθίσταται, κἂν αἱ δόξαι τε καὶ αἱ κρίσεις ἔτι μένωσι τοῦ κακὸν ὑπάρχειν αὐτοῖς ἢ γεγονέναι. προσχρῆται δὲ εἰς τοῦτο μάρτυρι καὶ αὐτῷ τῷ Χρυσίππῳ | κατὰ τὸ δεύτερον περὶ παθῶν ὧδέ πως 422 γράφοντι· 'περὶ δὲ τῆς λύπης, [καὶ] ὡς ἂν ἐμπλησθέντες 'τινὲς ὁμοίως φαίνονται ἀφίστασθαι, καθάπερ καὶ ἐπὶ Ἀχιλ'λέως ταῦτα λέγει ὁ ποιητὴς πενθοῦντος τὸν Πάτροκλον·

---

1 ἀποκαλεῖ ὡς καὶ MABChK ἀποκαλῶν ὡς καὶ FP ὡς delevimus; cf. Proll. pp. 76 et 112. — 2 τάτα pro τά τε M. — τὰ ante περὶ om. FP. — 3 post τὴν ἀρχὴν τὰ περὶ spat. vac. septem litterarum; sequitur τῆς ψυχῆς P[1] τ. ἀρχ. ἢ γεν. π. τ. τῆς ψ. P[2]. — 10 pro καθίσταται Bake ἀφίσταται legi vult. — 12 γεγοναίνε M. — 13 περὶ τῶν παθῶν codd. edd. π. παθῶν Bake. — 14 ἐπὶ δὲ M περὶ δὲ A. — καὶ ante ὡς uncis inclusimus. — 15 ὅμως Bake pro ὁμοίως legi vult. —

---

atque eius tum de affectibus, tum de animi facultatibus decreta colit et quidquid ab eo de prohibenda perturbationum origine vel ortu earum celerrime tollendo conscriptum est. His omnem de virtutibus ac de finibus doctrinam conexam esse ait atque omnino omnia moralis philosophiae decreta ex animi facultatum cognitione tamquam ex funiculo uno pendere. Idem ipse ex ira et cupiditate surgere perturbationes docet, quaque de causa tempore subsidant, licet opiniones et iudicia maneant, quibus vel adesse mali aliquid vel evenisse nobis existimemus. Qua in re ipsius quoque testimonio utitur, qui in secundo de perturbationibus ita scribit: 'Aegritudine autem tamquam saturati nonnulli videntur desistere, quemadmodum de Achille Patroclum lugente poeta haec dicit:

'ἀλλ' ὅτε δὴ κλαίων τε κυλινδόμενός τ' ἐκορέσθη
'καί οἱ ἀπὸ πραπίδων ἦλθ' ἵμερος ἠδ' ἀπὸ γυίων',

'ἐπὶ τὸ παρακαλεῖν ὥρμησε τὸν Πρίαμον τὴν τῆς λύπης 'ἀλογίαν αὐτῷ παριστάς.' εἶτα ἐφεξῆς ἐπιφέρει καὶ ταῦτα· 'καθ' ὃν λόγον οὐκ ἂν ἀπελπίσαι τις οὕτως τῶν πραγμάτων 'ἐγχρονιζομένων καὶ τῆς παθητικῆς φλεγμονῆς ἀνιεμένης τὸν 'λόγον παρεισδυόμενον καὶ οἱονεὶ χώραν λαμβάνοντα παρι-'στάναι τὴν τοῦ πάθους ἀλογίαν.' ἐναργῶς γὰρ ἐν τούτοις ὁ Χρύσιππος ὁμολογεῖ τήν τε παθητικὴν φλεγμονὴν ἀνίεσθαι κατὰ τὸν χρόνον, ἔτι τῆς ὑπολήψεώς τε καὶ δόξης μενούσης, ἐμπίπλασθαί τε τῶν παθητικῶν κινήσεων τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τοῦτο παῦλάν τινα λαμβάνοντος τοῦ πάθους καὶ
423 ἡσυχάσαντος τὸν λόγον ἐπικρατέστερον γίνε|σθαι. ταῦτα γὰρ ἀληθῆ μέν ἐστιν, εἴπερ τινὰ καὶ ἄλλα, μάχεται δὲ ταῖς ὑποθέσεσιν αὐτοῦ, καθάπερ καὶ τὰ ἐπιφερόμενα τόνδε τὸν τρόπον ἔχοντα· 'λέγεται δὲ καὶ τοιαῦτα εἰς τὴν μεταβολὴν τῶν παθῶν·

---

1 cf. Odyss. IV, 541. — κλαίον M. — ἐκόρεσθαι MA ἐκορέσθαι B. — 2 cf. Jl. XXIV, 513. — 8 τῆς — ἀλογίας Bake. — 10 δοξας (sic) M. —

'Ast ubi iam satis est planctu oblectatus Achilles
et desiderium luctus a mente recessit
a membrisque,

ad consolandum Priamum animum adiecit, quam absurda esset aegritudo, ei ostendens.' Deinceps etiam illa addit: 'Quam ob causam non desperandum est, cum ita inveterascant res et perturbationis inflammatio residat, posse fieri, ut ratio subrepat et quasi locum capiat atque affectus temeritatem ostendat.' Manifesto hic Chrysippus fatetur tum perturbationum inflammationem tempore remitti permanente adhuc suspicione et opinione, tum homines motionibus illis affectuum saturari atque eam ob causam intermittente paulisper ac quiescente tandem perturbatione rationem invalescere. Quae quidem, si quidquam, vera sunt, sed ipsius propositionibus repugnant, quemadmodum et illa, quae sequuntur hunc in modum: 'Dicuntur etiam illa de perturbationum mutatione:

'λαιψηρὸς δὲ κόρος στυγεροῖο γόοιο'
'καὶ ἔτι τα τοιαῦτα εἰς τὸ κατὰ τὴν λύπην ἀγωγόν·
'τοῖς δὲ δυστυχοῦσί πως
'τερπνὸν τὸ κλαῦσαι κἀποδύρασθαι τύχας'
'καὶ ἔτι τούτων ἐφεξῆς
'ὣς φάτο, τοῖσι δὲ πᾶσιν ὑφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο'
'καί
'τὸν αὐτὸν ἀνέγειρε γόον, ἄναγε πολύδακρυν ἀηδόνα.'

ἔστι δὲ ἀμέλει πάμπολλα καὶ ἄλλα τοιαῦτα παρὰ τῶν ποιητῶν ἀθροῖσαι μαρτύρια τοῦ καὶ λύπης καὶ δακρύων καὶ κλαυθμῶν καὶ † θρήνου καὶ νίκης καὶ τιμῆς καὶ πάντων τῶν τοιούτων ἐμπίπλασθαι τοὺς ἀνθρώπους, ἐφ' οἷς οὐδὲν χαλεπόν ἐστι συλλογίζεσθαι τὴν αἰτίαν, διὰ ἣν ἐν τῷ χρόνῳ
παύεται μὲν τὰ πάθη, κρατεῖ δὲ τῶν ὁρμῶν | ὁ λόγος. ὡς 424
γὰρ ἐφίεται τὸ παθητικὸν τῆς ψυχῆς οἰκείων τινῶν ὀρεκτῶν, οὕτω καὶ τυγχανόντων αὐτῶν ἐμπίπλαται κἂν τούτῳ τὴν

1 cf. Odyss. IV, 103. — 3 cf. Eurip. fragm. 576 N. — 4 καὶ ἀποδύρασθαι MABCh. — 6 ὡς BChK. — φᾶτο MAB; cf. Odyss. l. l. v. 113. — 8 Eurip. Electr. vv. 125. 126. Bergkius litteris ad me datis: ἀνὰ τὸν αὐτὸν ἔγειρε γόον. — ἀνάγε MABCh ἄναγε K. — ἀηδόνα MABCh ἀδονάν K. — 9 ἔτι δὲ MABChK ἔστι δὲ Corn.; cf. Proll. p. 91. — 11 ἑλμοῦ M θρήνου (lectionis incertae signo apposito) A ἐλέου? — πάντων τε codd. edd. τε delevimus; cf. Proll. p. 115. — 15 ὀρεκτῶν M ὀρεκτικῶν ABChK. —

'Nam celeris tristis satias solet esse doloris;'
praeterea talia de aegritudinis incitatione:
'Cui dura sors,
plorare dulce miseriamque conqueri;'
deinceps haec:
'Sic fatus cunctis plorandi incussit amorem'
et: 'Questum eundem iterum excita, redde flebilem aedona.'

Possunt sane innumerabilia alia a poetis colligi testimonia, quae docent maerore, lacrimis, ploratu, † luctu, victoria, honore omnibusque id genus rebus satiari homines, in quibus causam investigare, cur tempore affectus sedentur, ratio autem impetu eorum plus valeat, haud difficile negotium est. Quemadmodum enim affectus animi propria quaedam, quae

ἑαυτοῦ κίνησιν καθίστησιν, ἥτις ἐκράτει τῆς ὁρμῆς τοῦ ζῴου καὶ καθ' ἑαυτὴν ἦγεν ἐφ' ὅ τι παρήγετο. οὔκουν ἀσυλλόγιστοι τῆς παύλης τῶν παθῶν εἰσιν αἱ αἰτίαι, καθάπερ ὁ Χρύσιππος ἔλεγεν, ἀλλὰ καὶ πάνυ σαφεῖς τῷ γε μὴ βουλομένῳ φιλονεικεῖν τοῖς παλαιοῖς. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐναργές ἐστιν, ὡς τὸ δυνάμεις τινὰς ἐν ταῖς ἡμετέραις εἶναι ψυχαῖς ἐφιεμένας φύσει, τὴν μὲν ἡδονῆς, τὴν δὲ κράτους καὶ νίκης, ἃς ἐναργῶς ὁρᾶσθαί φησι κἀν τοῖς ἄλλοις ζῴοις ὁ Ποσειδώνιος, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ἐπεδείξαμεν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τοῦ πρώτου γράμματος. ἐπιμέμφεται δὲ ὀρθῶς τῷ Χρυσίππῳ κἀν τῷ φάναι 'τυχὸν δὲ τῆς ὁρμῆς διαμενούσης οὐχ ὑπακούσεται 'τὰ ἑξῆς διὰ ποιὰν ἄλλην ἐπιγινομένην διάθεσιν.' ἀμήχανον γὰρ εἶναί φησι παρεῖναι μὲν τὴν ὁρμήν, ὑπὸ ἄλλης δέ τινος αἰτίας κωλύεσθαι τὴν κατὰ αὐτὴν ἐνέργειαν. ὅθεν κἀπειδὰν
425 λέγῃ 'οὕτω γὰρ καὶ | κλαίοντες παύονται καὶ μὴ βουλόμενοι 'κλαίουσιν, ὅταν ὁμοίας τὰ ὑποκείμενα φαντασίας ποιῇ', τὴν

1 ἑαυτῶν codd. edd. ἑαυτοῦ nos. — 6 ταὶ pro ταῖς M. — 8 φυσὶ pro φησι M. — 10 τοῦ Χρυσίππου codd. edd. τῷ Χρυσίππῳ nos; cf. Proll. p. 85. — καὶ τὸ pro κἀν τῷ M. — 13 οὔπ' ἄλλης M. — 14 κατ' αὐτοῦ M. — 16 ὅταν μὴ ὁμοίας Corn. —

appetenda videtur, appetit, ita, ubi est ea consecutus, repletur atque ita fit, ut motum illum, qui appetitionem animalis regebat et, quocunque ferebatur, secum rapiebat, sedet ac sistat. Causae igitur sedationis affectuum minime, ut Chrysippus dictitabat, abstrusae, immo, nisi quis cum veteribus contendere ambitiose velit, apertae satis claraeque sunt. Quid enim evidentius quam in animis nostris esse facultates, quae natura appetant, altera voluptatem, altera potentiam et victoriam? Quas quidem in aliis quoque animalibus aperte conspici Posidonius affirmat, sicut et nos statim in exordio primi libri demonstravimus. Idem iure reprehendit Chrysippum dicentem 'fortasse autem permanente incitatione reliqua non obtemperabunt propter quandam aliam affectionem supervenientem.' Fieri enim non posse ait, ut adsit appetitio, alia autem causa aliqua impediatur eius actio. Unde etiam, cum idem dicit: 'Ita enim et flentes desistunt

αἰτίαν ἐρωτᾷ κἀνταῦθα ὁ Ποσειδώνιος, διὰ ην πολλοὶ μὴ βουλόμενοι πολλάκις κλαίουσιν ἐπισχεῖν μὴ δυνάμενοι τὰ δάκρυα καὶ ἄλλοι κλαίειν ἔτι βουλόμενοι φθάνουσι πανόμενοι· γίνεσθαι δέ φησι διὰ τὰς παθητικὰς κινήσεις ἢ σφόδρα ἐγκειμένας, ὡς μὴ κρατεῖσθαι πρὸς τῆς βουλήσεως, ἢ παντελῶς πεπαυμένας, ὡς μηκέτι ἐπεγείρεσθαι δύνασθαι πρὸς αὐτῶν. οὕτω γὰρ ἥ τε τοῦ λόγου μάχη καὶ διαφορὰ πρὸς τὸ πάθος εὑρεθήσεται καὶ τῆς ψυχῆς αἱ δυνάμεις ἐναργῶς σωθήσονται, οὐ μὰ Δία, ὡς Χρύσιππός φησι, διά τινας αἰτίας ἀσυλλογίστους τούτων γινομένων, ἀλλὰ διὰ τὰς ὑπὸ τῶν παλαιῶν εἰρημένας. οὐ γὰρ Ἀριστοτέλης μόνον ἢ Πλάτων ἐδόξαζον οὕτως, ἀλλὰ ἔτι πρόσθεν ἄλλοι τέ τινες καὶ ὁ Πυθαγόρας, ὡς καὶ ὁ Ποσειδώνιός φησιν ἐκείνου πρώτου μὲν εἶναι λέγων τὸ δόγμα, Πλάτωνα δὲ ἐξεργάσασθαι καὶ κατασκευάσαι τελεώτερον αὐτό. δια τοῦτο τοίνυν καὶ τὰ

1 καὶ οἱ πολλοὶ codd. edd. καὶ οἱ delevimus; cf. Proll. p. 64. — 3 φθάνουσιν ἔτι codd. edd. ἔτι eiecimus. — πανόμενοι διὰ τὰς παθητικὰς MABCh πανόμενοι; ἤτοι δ. τ. π. Bake, idem signo interrogationis sublato K π. καὶ τοῦτο γίνεσθαι φησὶ διὰ τ. π. Corn. π.· γίνεσθαι δέ φησι διὰ τ. π. nos; cf. Proll. l. l. — 4 post κινήσεις inseruimus ἤ. — 5 πρὸ τῆς MABCh πρὸς τῆς Bake K. — 7 Verba οὕτω γὰρ usque ad τελεώτερον αὐτὸ continuata continentur excerpto XII codicum FP. — μάχη τε codd. edd. τε eiecimus; cf. Proll. p. 113. — 13 πρώτου τε MABCh πρ. μὲν FP; cf. Proll. pp. 76 et 105. —

et, qui flere nolunt, flent, cum similis rerum species obiecta sit', causam quaerit Posidonius, quid tandem sit, cur multi, cum nolint, saepe fleant lacrimasque inhibere nequeant, alii autem, cum flere adhuc velint, prius desistant; evenire autem id ait ex motibus turbatis animi tum ita vehementer urgentibus, ut a voluntate coerceri nequeant, tum prorsus sedatis ac pacatis, ut non amplius excitari ab illis possint. Atque ita rationis pugna dissensioque cum affectu invenietur animique facultates manifesto servabuntur, cum non per Jovem, ut ait Chrysippus, ob causas quasdam abstrusas hoc fiat, sed ob eas, quae a veteribus satis sunt explicatae. Non enim Aristoteles solum vel Plato ita senserunt, sed multo ante cum alii, tum Pythagoras, quem idem Posidonius refert auctorem illius sententiae fuisse, postea

426 ἔθη φαίνεται πλεῖστον δυνάμενα καὶ ὅλος ὁ | χρόνος εἰς τὰς παθητικὰς κινήσεις. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἔθεσιν οἰκειοῦται κατὰ βραχὺ τὸ τῆς ψυχῆς ἄλογον, οἷς ἂν ἐντρέφηται, κατὰ δὲ τὸν χρόνον, ὡς προείρηται, παῦλα γίνεται τῶν παθῶν ἐμπιπλαμένων τῶν ἀλόγων τῆς ψυχῆς δυνάμεων ὧν ἐπεθύμουν ἔμπροσθεν. αἱ δὲ λογικαὶ γνώσεις τε καὶ κρίσεις καὶ ὅλως ἐπιστῆμαι πᾶσαι καὶ τέχναι διὰ τὸν χρόνον αὐτὸν μόνον ψιλὸν οὔτε δύσλυτοι φαίνονται γίνεσθαι, καθάπερ οἱ κατὰ πάθος ἐθισμοί, οὔτε μετατίθεσθαί τε καὶ παύεσθαι, καθάπερ ἡ λύπη καὶ ἄλλα πάθη. τίς γὰρ τοῦ τὰ δὶς δύο τέσσαρα εἶναι διὰ τὸν χρόνον ἐμπλησθεὶς ἀπέστη καὶ μετεδόξασεν; ἢ τίς τοῦ [μὴ] πάσας ἴσας εἶναι τὰς ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου; καθ' ἕκαστόν τε τῶν ἄλλων θεωρημάτων οὐδείς ἐστιν ὅστις ἐμπλησθεὶς ἀπέθετο τὴν παλαιὰν δόξαν, ὥσπερ ἀποτίθεται τὸ κλαίειν τε καὶ λυπεῖσθαι καὶ στένειν οἰμώζειν

11 δι (sic) τὸν M. — 12 μὴ uncis inclusimus. — πάσας εἶναι codd. edd. πάσας ἴσας εἶναι nos; cf. Proll. pp. 88 et 108. — ἐκ τοῦ μέτρου M ἐ. τ. κέντρου cum asterisco A. — 13 κύκλου γράμμας (sic) ἴσας Corn. —

Platonem eam excoluisse subtiliùsque confirmasse. Hinc igitur fit, ut et consuetudo et omnino tempus maximam vim ad motus illos perturbationum habere videantur. Consuetudine enim fit, ut vis animi irrationalis, cui inoleverit, ei sensim insuescat, tempore autem, ut supra dictum est, ut sedentur perturbationes irrationalibus facultatibus his, quae antea appetiverunt, expletis. Contra rationis et cognitiones et iudicia et omnino disciplinae omnes artesque sola temporis diuturnitate neque tenaces firmaeque fiunt, quemadmodum affectuum assuetudines, neque mutari cessareque, sicut maeror aliaeque perturbationes, facile possunt. Quis enim, cum bis bina quattuor esse cognoverit, procedente tempore satiatus ab ea opinione unquam destitit aliterque sensit? Vel quis ab ea, qua omnes a centro circuli ad ambitum pertinentes lineae sunt aequales? In singulis denique artis praeceptis nemo est, qui satiatus veterem opinionem deposuerit, quemadmodum fletus, dolor, gemitus, ploratus, lamentatio quaeque sunt id

τε καὶ θρηνεῖν ὅσα τε ἄλλα τοιαῦτα, κἂν αἱ περὶ τῶν γεγενη-
μένων ὡς κακῶν ὅμοιαι διαμένωσιν ὑπολήψεις. ἱκανὰ μὲν
οὖν ἀμέλει καὶ ταῦτα πρὸς ἔνδειξιν ὧν οὐκ ὀρθῶς | ἔγραψεν 427
ὁ Χρύσιππος ὑπέρ τε τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν καὶ πολὺ πρότε-
ρον ἔτι περὶ τῶν ἐργαζομένων αὐτὰ δυνάμεων· οὐ μὴν ἀλλὰ
διὰ τοῦ πέμπτου γράμματος ἔγνωκα περὶ τῶν αὐτῶν ἔτι
διαλεχθῆναι παραλείπων μὲν τὰ πλεῖστα τῶν οὐκ ὀρθῶς
εἰρημένων αὐτῷ, μόνων δὲ ἐκείνων μνημονεύων, ἐν οἷς
ἐναντιολογεῖται πρὸς ἑαυτὸν ἐναντία τε τολμᾷ φθέγγεσθαι
τοῖς ἐναργῶς φαινομένοις· ἐπιμνησθήσομαι δὲ ἐν αὐτοῖς ἔτι
καὶ τῶν ὑπὸ τοῦ Ποσειδωνίου πρὸς τὸν Χρύσιππον ἀντειρη-
μένων.

---

2 διαμένουσι MAB. —

---

genus alia, deponi solent, licet eaedem de rebus tamquam malis opiniones permaneant. Quae quamquam certe satis valent ad demonstranda ea, quae Chrysippus cum de animi perturbationibus, tum multo magis de iis, quae has efficiunt, facultatibus non recte scripsit, tamen quinto libro de iisdem disserere constitui, ita tamen, ut plerisque aliis, quae non recte ab eo dicta videntur, omissis ea sola, in quibus ipse sibi adversatur et iis, quae evidentia manifestaque sunt, reclamare audet, commemorem, qua in re, si quae a Posidonio contra Chrysippum dicta sunt, eorum quoque mentionem faciam.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΕΜΠΤΟΝ.

---

428 Ὁ περὶ τῶν παθῶν τῆς ψυχῆς λόγος ἀναγκαῖος μὲν ἦν
ἡμῖν ἐσκέφθαι καὶ διὰ ἑαυτόν, ἀναγκαιότερον δὲ ἐποίησαν
αὐτὸν οἱ περὶ τὸν Χρύσιππον εἰς ἀπόδειξιν τοῦ περιέχοντος
τόπου τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονοῦν προσχρησάμενοι. δείξαντες
γάρ, ὡς μὲν αὐτοὶ νομίζουσιν, ἅπαντα τὰ πάθη συνιστάμενα
κατὰ τὴν καρδίαν, ὡς δὲ τἀληθὲς ἔχει, τὰ κατὰ μόνον τὸν
429 θυμόν, ἔπειτα προσλα|βόντες, ὡς, ἔνθα ἂν ᾖ τὰ πάθη τῆς
ψυχῆς, ἐνταῦθά ἐστι καὶ τὸ λογιζόμενον αὐτῆς, οὕτως ἤδη
περαίνουσιν ἐν τῇ καρδίᾳ τὸ λογιστικὸν ὑπάρχειν. ἡμεῖς δέ,
ὅτι μὲν ἐντεῦθεν ὁρμᾶται τὰ κατὰ τὸν θυμόν, ἀληθεύειν
αὐτούς φαμεν, οὐ μὴν οὔθ' ὅτι καθ' ἕνα τόπον ἀναγκαῖόν

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΚΑΙ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΔΟΓΜΑΤΩΝ :: ἀρχὴ τοῦ πέμπτου λόγου :: M.
1 ην om. M. —

Liber quintus.

De animi perturbationibus necessaria quidem etiam per se nobis fuit disputatio, magis tamen eam Chrysippus quique ab eo sunt necessariam reddiderunt, qui ad demonstrandum locum, ubi animi principatus esset, ea usi sunt. Cum enim probassent, ut ipsi quidem putant, omnes, ut autem res vere se habet, solos irae affectus in corde exsistere, deinde illud assumsissent, ubi essent affectus, ibidem ratiocinantem animi partem esse, iam ita concluserunt, rationalem facultatem in corde inesse. At nos irae quidem motus inde ortum habere verum esse dicimus, non tamen concedimus aut in uno eodemque loco irascibilem vim et rationalem exsistere

ἐστι τό τε θυμούμενον εἶναι καὶ τὸ λογιζόμενον οὔθ' ὅτι
μιᾶς δυνάμεώς ἐστον ἔργα συγχωροῦμεν, ἀλλὰ ἀποδεικνύειν
αὐτοὺς ἀξιοῦμεν, ὥσπερ τἆλλα τὰ κατὰ τὸν λόγον, οὕτω καὶ
ὅτι τὴν αὐτὴν ἀρχὴν ἀναγκαῖόν ἐστιν εἶναι τῶν τε παθῶν
καὶ τοῦ λογισμοῦ. Χρύσιππος μὲν οὖν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ
παθῶν ἀποδεικνύναι πειρᾶται κρίσεις τινὰς εἶναι τοῦ λογι-
στικοῦ τὰ πάθη, Ζήνων δὲ οὐ τὰς κρίσεις αὐτάς, ἀλλὰ τὰς
ἐπιγινομένας αὐταῖς συστολας καὶ διαχύσεις ἐπάρσεις τε καὶ
πτώσεις τῆς ψυχῆς ἐνόμιζεν εἶναι τὰ πάθη. ὁ Ποσειδώνιος
δὲ ἀμφοτέροις διενεχθεὶς ἐπαινεῖ τε ἅμα καὶ προσίεται τὸ
Πλάτωνος δόγμα καὶ ἀντιλέγει τοῖς περὶ τὸν Χρύσιππον οὔτε
κρίσεις εἶναι τὰ πάθη δεικνύων οὔτε ἐπιγινόμενα κρίσεσιν,
ἀλλὰ κινήσεις τινὰς ἑτέρων | δυνάμεων ἀλόγων, ἃς ὁ Πλά- 430
των ὠνόμασεν ἐπιθυμητικήν τε καὶ θυμοειδῆ. πολλῶν δὲ
εἰρημένων αὐτῷ πρὸς ἀπόδειξιν τοῦ παλαιοῦ δόγματος, ἃ
μέν ἐστιν ἐπίκαιρα, ταῦτα ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ, τετάρτῳ
τῆς ὅλης ὄντι πραγματείας, ἐπειράθην εἰπεῖν διὰ βραχέων

4 ἔστων MAB. — 8 λύσεις ABChK χύσεις M διαχύσεις nos; cf. Proll. pp. 24 et 88. — 9 τὰς πτώσεις codd. edd. τὰς delevimus. — 10 διενηχθεὶς M. — 12 κρίσει MABCh; cf. Proll. p. 95. — 14 ἐπιθυμητικοῦ M ἐπιθυμικόν A ἐπιθυμητικόν BChK. —

necesse esse aut unius facultatis esse, sed, sicut cetera, quae ad rationem spectant, ita illud demonstrandum iis esse censemus, idem affectuum et ratiocinationis debere utique esse principium. Chrysippus igitur in primo de perturbationibus libro affectus esse iudicia quaedam rationalis partis probare studet; Zeno non iudicia ipsa, sed supervenientes iis contractiones et diffusiones, elationes item et demissiones animi esse putat. Posidonius autem ab utroque dissidens Platonis sententiam laudat atque admittit refragansque Chrysippeis negat vel iudicia vel succedentia iis quaedam esse affectus, sed motus quosdam aliarum facultatum irrationalium, quarum alteram Plato concupiscibilem, altera irascibilem appellasset. Sed cum multa a Posidonio ad probandam veterem sententiam dicta essent, ea, quae ad rem pertinere viderentur, in extremo libro superiore, qui totius operis quartus est, brevi-

ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ γράμματος. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἔμπροσθεν αὐτὸς ἐπὶ ἐμαυτοῦ διῆλθον, ὅσα τε μάχεται τῶν ἐναργῶς φαινομένων τῷ Χρυσίππου δόγματι καὶ ὅσα πρὸς ἑαυτὸν ἐναντιολογούμενος εἴρηκεν οὐκ ἀναμείνας τὸν ἔξωθεν κατήγορον. ἱκανὰ μὲν οὖν ἦν καὶ ἐκεῖνα πρὸς ἀπόδειξιν τοῦ πλείους εἶναι δυνάμεις, αἷς ἐπιθυμοῦμέν τε καὶ θυμούμεθα καὶ λογιζόμεθα, καὶ μὴ μίαν, ὡς ὁ Χρύσιππος οἴεται. προσκείσεται δὲ οὐκ ὀλίγα καὶ κατὰ τοῦτον ἔτι τὸν λόγον, ὅσα Χρύσιππος αὐτὸς ἐναντιολογούμενος αὐτῷ μαρτυρεῖ τῷ τε ἀληθεῖ ἅμα καὶ τῷ παλαιῷ δόγματι. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τὰ κακῶς εἰρημένα παρὰ αὐτοῦ καίτοι πάμπολλα τὸν ἀριθμὸν ὄντα παρελθεῖν ἔκρινα πολύβιβλόν τε ἅμα τὴν πραγματείαν ἔσεσθαί μοι νομίζων, εἰ πάντα ἐξελέγχοιμι καλῶς, πεπεισμένος
431 τε | ὑπὸ φιλονεικίας τῆς πρὸς τοὺς παλαιοὺς ἐριστικώτερον ὑπὲρ αὐτῶν ἀντεροῦντάς μοι τοὺς ἐπαινοῦντας τὰ Χρυσίππου δόγματα· ἐν οἷς δὲ αὐτὸς ἑαυτὸν καταβάλλει μετὰ τοῦ καὶ μάχεσθαι τοῖς ἐναργῶς φαινομένοις, ἐν τούτοις ἡγοῦμαι τάχα

2 ἐπ' ἐμαυτοῦ M ἀπ' ἐ. ABChK. — 9 αὐτῷ MABCh. — τοῖς τ' ἀληθέσι codd. edd. τῷ τε ἀληθεῖ nos; cf. Proll. p. 96. —

bus recensere conatus sum. Nam in priore parte ipse per me disserui, quae evidentia manifestaque Chrysippi sententiae repugnarent quaeque idem ipse sibi contraria scripsisset non exspectata aliena reprehensione. Quae quidem licet ad confirmandum illud, facultates animi, quibus cupimus, irascimur, ratiocinamur, plures esse, non unam, sicuti Chrysippo placet, satis valeant, non pauca tamen etiam in hoc libro subiungamus, quae Chrysippus et sibi ipsi contraria et vero eidemque veteri decreto consentanea protulit. Reliqua enim perperam ab eo dicta quamvis numero plurima praetermittenda in praesentia statui, tum quia disputationem hanc, si omnia satis refellere velim, multitudine librorum nimiam fore puto, tum quia exploratum habeo fore ut, qui Chrysippi placita laudant, aemulandi obtrectandique veteribus studio litigiosius pro illis contra me dicant; in quibus autem non modo manifestis patentibusque rebus repugnat, verum etiam se ipsum refutat, haec fortasse pudorem alicui incussura

ἂν αἰδεσθῆναί τέ τινα καὶ μεταστῆναι πρὸς τὰ βελτίω, καθάπερ καὶ ὁ Ποσειδώνιος ἐποίησεν αἰδεσθεὶς συναγορεῦσαι ψευδεῖ φανερῶς δόγματι τῷ τῶν ἄλλων Στωϊκῶν, οἵ γε μέχρι τοσούτου φιλονεικίας ἥκουσιν, ὥστε, ἐπειδὴ τῆς λογικῆς δυνάμεως ἔφασαν εἶναι τὰ πάθη, τοῖς ἀλόγοις ζῴοις μὴ μετέχειν αὐτῶν συγχωρεῖν, οἱ πλεῖστοι δὲ οὐδὲ τοῖς παιδίοις, ὅτι δηλαδὴ καὶ ταῦτα οὐδέπω λογικά. τὸ μὲν οὖν οὕτως ἀναισχυντεῖν πρὸς τὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐναργῶς φαινόμενα σοφιστῶν ἔργον ἐστί, τὸ δὲ μηδὲ ἅπερ ὑπέθεντο δύνασθαι διαφυλάττειν, ἀλλὰ ἐναντία γράφειν αὑτοῖς ἀγυμνάστων περὶ λόγον ἀνθρώπων, οἷόσπερ καὶ ὁ θαυμασιώτατος Χρύσιππος ἐν παμπόλλαις εὑρίσκεται πραγματείαις. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἑτέρωθι. |

Περὶ δὲ τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν, ὡς οὐκ ἔστι τῆς λογι- 432
κῆς δυνάμεως, ἤδη μέν μοι καὶ τὸ πρὸ τούτου πεπλήρωται βιβλίον ὧν αὐτος ἄκων ὁμολογεῖ, πληρωθήσεται δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ τοῦτο τὴν ἀρχὴν ἐνθένδε ποιησαμένῳ. τὸ πάθος

10 αὐτῶν codd. edd. αὑτοῖς nos. — 13 ἑτέρωθεν M. — 14 λογιστικῆς MA λογικῆς BChK. — 16 ἀκούων codd. edd. ἄκων nos; cf. Proll. p. 93. —

eumque ad meliora revocatura spero, id quod Posidonio contigit, qui erubuit ceterorum Stoicorum placitum manifesto falsum defendere, qui quidem adeo contentiosi sunt, ut, quoniam rationalis facultatis esse perturbationes dixerunt, earum bruta animalia, plerique etiam parvulos, quippe qui nondum rationis compotes sint, participes esse non concedant. At vero ita impudenter disputare contra ea, quae ab omnibus hominibus manifesta apertaque habentur, sophistarum, non posse autem tenere, quae proposuerunt, sed iisdem adversari in scriptis est hominum in disputando inexercitatorum, qualis etiam Chrysippus, ille homo divinus, in multis admodum libris deprehenditur. Ac de aliis quidem alibi.

De animi autem perturbationibus, quod rationalis facultatis non sint, superior quidem liber totus mihi consumtus est in iis, quae ipse invitus confitetur, nihilo secius hic quoque consumetur principio hinc repetito. Perturbationem

τῆς ψυχῆς κίνησίν τινα παρα φύσιν ἄλογον ὑπάρχειν οὐχ οἱ παλαιοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ Χρύσιππος ὁμολογεῖ. καὶ μὲν δὴ ὡς ἡ κίνησις αὕτη ταῖς τῶν ἀστείων οὐκ ἐγγίνεται ψυχαῖς, ὡμολόγηται παρὰ ἀμφοῖν. ὁποία δέ τίς ἐστιν ἡ τῶν φαύλων ψυχὴ κατά τε τὰ πάθη καὶ πρὸ τῶν παθῶν, οὐκέθ' ὁμοίως ἐξηγοῦνται. Χρύσιππος μὲν γὰρ ἀνάλογον ἔχειν αὐτήν φησι τοῖς ἐπιτηδείοις σώμασιν εἰς πυρετοὺς ἐμπίπτειν ἢ διαρροίας ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον ἐπὶ σμικρᾷ καὶ τυχούσῃ προφάσει. καὶ μέμφεταί γε ὁ Ποσειδώνιος αὐτοῦ τὴν εἰκόνα· χρῆναι γάρ φησιν οὐ τούτοις, ἀλλὰ τοῖς ἁπλῶς ὑγιαίνουσι σώμασιν εἰκάσαι τὴν τῶν φαύλων ψυχήν· εἴτε γὰρ ἐπὶ μεγάλοις αἰτίοις εἴτε ἐπὶ σμικροῖς πυρέττοιεν, οὐδὲν διαφέρειν ὡς πρὸς
433 τὸ πάσχειν τε αὐτὰ καὶ εἰς πάθος | ἐσάγεσθαι καθ' ὁτιοῦν, ἀλλὰ τῷ τὰ μὲν εὐέμπτωτα εἶναι, τὰ δὲ δύσπτωτα διαφέρειν ἀλλήλων. οὔκουν ὀρθῶς εἰκάζεσθαί φησιν ὑπὸ τοῦ Χρυσίππου τὴν μὲν ὑγίειαν τῆς ψυχῆς τῇ τοῦ σώματος ὑγιείᾳ, τὴν δὲ νόσον τῇ ῥᾳδίως εἰς νόσημα ἐμπιπτούσῃ καταστάσει

---

5 οὐκ ἔσθ' M. — 12 πυρέτοιεν M. — 13 ἐσάγεσθαι M ἄγεσθαι ABChK; cf. Proll. p. 27. — 14 εὐέπτωτα M. — 16 ὑγείαν (item p. 409, 4) MAB ὑγίειαν ChK. —

---

animi motum esse contra naturam rationis expertem non veteres tantum, sed etiam Chrysippus concedit. Atque etiam hunc ipsum motum in sapientium animos non cadere inter utrosque convenit. Stultorum autem qualis sit animus et in ipsis perturbationibus et antequam perturbentur, non iam eodem modo exponunt. Chrysippus quidem similem esse ait corporibus ita comparatis, ut ex qualibet vel levi causa in febres aut alvi fluxus aut tale quidpiam incidant. Posidonius autem hanc imaginem reprehendit; non enim huiuscemodi corporibus, sed simpliciter valentibus insipientium animum comparandum esse ait propterea quod, sive magna sive parva de causa febricitent corpora, quantum ad morbi ipsius invasionem et affectionem, nihil intersit, sed in eo discrimen versetur, sintne proclivia necne. Non recte igitur a Chrysippo animi sanitatem ait cum corporis valetudine, morbum cum corporis ad aegrotandum proclivitate compa-

τοῦ σώματος· ἀπαθῆ μὲν γαρ γίνεσθαι ψυχὴν την τοῦ σοφοῦ δηλονότι, σῶμα δὲ οὐδὲν ὑπάρχειν ἀπαθές· ἀλλὰ δικαιότερον εἶναι προσεικάζειν τὰς τῶν φαύλων ψυχὰς ἤτοι τῇ σωματικῇ ὑγιείᾳ ἐχούσῃ τὸ εὐέμπτωτον εἰς νόσον, οὕτω γὰρ ὠνόμασεν ὁ Ποσειδώνιος, ἢ αὐτῇ τῇ νόσῳ, εἶναι γὰρ ἤτοι νοσώδη τινὰ ἕξιν ἢ ἤδη νοσοῦσαν. συμφέρεται μέντοι τῷ Χρυσίππῳ καὶ αὐτός, ὡς νοσεῖν τε λέγειν τὴν ψυχὴν ἅπαντας τοὺς φαύλους ἐοικέναι τε τὴν νόσον αὐτῶν ταῖς εἰρημέναις τοῦ σώματος καταστάσεσι. λέγει γοῦν ὧδε κατὰ λέξιν· 'διὸ καὶ ἡ νόσος τῆς ψυχῆς ἔοικεν οὐχ, ὡς ὁ Χρύ'σιππος ὑπείληφε, τῇ νοσώδει καχεξίᾳ τοῦ σώματος, καθ' ἣν 'ὑποφέρεται ῥεμβώδεσιν, οὐχὶ περιοδικοῖς [οἷς τ' ἐμπίπτει] 'πυρετοῖς, ἀλλὰ μᾶλλον ἔοικεν ἡ ψυχικὴ νόσος ἤτοι τῇ σω'ματικῇ | ὑγιείᾳ ἐχούσῃ τὸ εὐέμπτωτον εἰς νόσον ἢ αὐτῇ τῇ 434 'νόσῳ. ἔστι γὰρ ἡ μὲν σωματικὴ νόσος ἕξις ἤδη νοσοῦσα,

6 ἤτοι νοσώδη MABCh μᾶλλον νοσ. Bake (l. l. p. 217, 73) K. — 7 τε λέγειν M τε καὶ λέγειν ABChK; cf. Proll. p. 37. — 12 ῥομβώδεσιν MABChK ῥεμβώδεσιν Corn. — οἷτ' M[1] οἷστ' M[2] (cf. Proll. p. 72) οἷς τ' ABChK οἷς τ' ἐμπίπτει uncis inclusimus. — 13 τῇ ante σωματικῇ addidimus. — 14 ὑγιῆα M. — εὐέπτωτον M. — τὴν νόσον codd. edd. τὴν ante νόσον expunximus. —

rari; nam sapientis animum morbo tentari non posse, corpus posse; sed convenientius esse stultorum animos vel corporis valetudini ei, quae proclivitatem in morbum habeat — ita enim Posidonius appellavit — vel morbo ipsi adsimulare, quippe cum sit valetudo vel infirma vel iam aegra. In hoc tamen ipse quoque cum Chrysippo consentit, quod et aegrotare omnium stultorum animos dicit et morbum eorum similem esse corporis constitutionibus, de quibus supra dictum est. Ita enim ad verbum scribit: 'Quocirca etiam morbus animi non, ut Chrysippo placuit, morboso corporis habitui malo, quo efficitur, ut subiciatur erraticis, non certo quodam circuitu redeuntibus febribus, similis est, sed potius vel corporis valetudini, quae proclivitatem ad morbum habet, vel ipsi morbo. Corporis enim morbus habitus iam aeger

'ἡ δὲ ὑπὸ τοῦ Χρυσίππου λεγομένη νόσος εὐεμπτωσίᾳ μᾶλ'λον ἔοικεν εἰς πυρετούς.' ἐν τούτοις τὸν Ποσειδώνιον ἐπαινῶ μέν, ὅτι τοῖς ὑγιαίνουσι σώμασιν ὁμοίως ἔχειν φησὶ τὰς τῶν φαύλων ψυχάς, ὅταν ἔξω παθῶν καθεστήκωσιν, οὐκ ἐπαινῶ δὲ νόσον ὀνομάζοντα τὴν τοιαύτην κατάστασιν. ἐχρῆν γάρ, εἴπερ ὀρθῶς εἴκαζε, τὰς μὲν τῶν σπουδαίων ψυχας ὁμοίως ἔχειν φάναι τοῖς ἀπαθέσι σώμασιν, εἴτε οὖν ἐστιν εἴτε οὐκ ἔστι τινὰ τοιαῦτα, περιττὸν γὰρ ὡς προς τὴν προκειμένην εἰκόνα διασκέπτεσθαι τοῦτο, τὰς δὲ τῶν προκοπτόντων τοῖς εὐεκτικοῖς, τὰς δὲ τῶν μετρίων ἀνδρῶν τοῖς ὑγιαίνουσι χωρὶς εὐεξίας, τὰς δὲ τῶν πολλῶν τε καὶ φαύλων τοῖς ἐπὶ σμικρᾷ προφάσει νοσοῦσι, τὰς δὲ τῶν ὀργιζομένων ἢ θυμουμένων ἢ ὅλως ἐν πάθει τινὶ καθεστώτων τοῖς ἤδη νοσοῦσιν. ἀλλὰ γὰρ εὐλαβηθῆναί μοι δοκεῖ διαφερόμενος ἐν
435 ἅπασι φωραθῆναι Χρυσίππῳ. | τίνα γὰρ ἄν τις ἄλλην αἰτίαν εἴποι τοῦ τὴν νόσον τῆς ψυχῆς ὁμοιοῦν αὐτὸν τῇ καταστάσει

1 εὐεπτωσίᾳ MABCh εὐεμπτ. Bake K. — 4 καθεστήκασιν MABCh. — 8 πρὸς om. M. — 9 εἰκὸς MAB εἰκόνα Alex. Just. ChK. — τὰ δὲ M. — 13 ἢ θυμουμένων om. M. —

est, at qui a Chrysippo dicitur morbus proclivitati magis in febres similis videtur.' Hic Posidonium, quod insipientium animos, cum vacant perturbationibus, sanis corporibus similes esse dixit, laudo; quod huiusmodi statum morbum appellavit, non laudo. Nam si recte comparationem instituisset, sapientium animos corporibus omni affectione carentibus, quae utrum sint an non sint, quantum ad propositam similitudinem, considerare supervacaneum est, adsimulare debuit, proficientium bono habitu praeditis, mediocrium valentibus sine bono illo habitu, vulgarium et insipientium illis, quae levi de causa aegrotant, iratorum denique vel succensentium vel omnino perturbatione aliqua concitatorum morbo iam correptis. Verumtamen illud mihi videtur cavisse, ne in omnibus rebus a Chrysippo dissentire videretur. Quae enim causa alia afferri potest, cur animi morbum corporum constitutioni tum valentium, tum aegro-

τῶν θ' ὑγιαινόντων σωμάτων τῶν τε ἤδη νοσούντων; οὐ γὰρ ἀμφοτέροις, ἀλλὰ μόνοις τοῖς νοσοῦσι δικαιότερον ἦν παραβεβλῆσθαι τὰς νοσούσας ψυχάς· ἀδύνατον γὰρ ἓν πρᾶγμα, τὴν νόσον τῆς ψυχῆς, δυσὶν ἐναντίοις ὡμοιῶσθαι πράγμασιν, ὑγιείᾳ τε ἅμα καὶ νόσῳ. εἰ γὰρ δὴ τοῦτο, καὶ τὴν ὑγίειαν ἀναγκαῖον ἔσται τῇ νόσῳ παραπλησίαν ὑπάρχειν, εἴ γε δὴ καὶ τῇ τῆς ψυχῆς νόσῳ προσέοικεν ἑκάτερον αὐτῶν· τὰ γὰρ τῷ αὐτῷ παραπλήσια πάντως που καὶ ἀλλήλοις ἐστὶ παραπλήσια. Χρύσιππος δὲ ἀτοπώτερον ἔτι, μηδὲ ἐν ταῖς περιοδικαῖς τισι νόσοις καθεστῶσιν, οἱονεὶ τριταίων ἢ τεταρταίων πυρετῶν, ὡμοιῶσθαι συγχωρῶν τὴν νόσον τῆς ψυχῆς. γράφει γοῦν ὧδε· 'ὑπονοητέον τοίνυν τὴν μὲν τῆς ψυχῆς νόσον 'ὁμοιοτάτην εἶναι τῇ τοῦ σώματος πυρετώδει καταστάσει, 'καθ' ἣν οὐ περιοδικῶς, ἀλλὰ ἀτάκτως πυρετοὶ καὶ φρῖκαι 'γίνονται καὶ ἄλλως ἀπο τῆς διαθέσεως καὶ μικρῶν ἐπιγινο-'μένων αἰτιῶν.' οὐκ οἶδα, τί ποτε δόξαν αὐτῷ τους μὲν

3 νόσους pro νοσούσας M. — 5 ὑγεία M ὑγείᾳ ABCh. — ὑγείαν M. — 6 καὶ post δή om. M. — 9 ἀτοπώτερον MABCh ἀτοπώτερος K. — 10 καθεστῶσι MAB καθεστώσαις ChK καθεστῶσιν nos. — 11 ὁμοιῶσθαι M. —

tantium comparaverit? Nimirum non utrisque, sed solis aegrotantibus corporibus iustius erat animos aegrotantes conferri; fieri enim non potest, ut una eademque res, hoc est animi morbus, duabus rebus contrariis, sanitati et morbo, adsimuletur. Nam si potest, sanitatem quoque morbo similem esse necesse erit, si quidem animi morbo utrumque simile est; quae enim eidem sunt aequalia, inter se quoque utique aequalia esse manifestum est. At Chrysippus etiam absurdius, qui ne iis quidem, qui periodicis morbis, velut tertianis vel quartanis febribus, laborant, comparandum animi morbum concedit. Ita enim scribit: 'Intellegendum igitur morbum animi simillimum esse corporis febriculosae constitutioni, qua non certo quodam circuitu, sed inordinate febres et horrores ingruunt, praesertim ex affectione aliqua et levibus accedentibus causis.' Nescio, quid tandem causae fuerit, cur eos,

436 ἑτοίμως | ἔχοντας πρὸς τὸ νοσῆσαι νοσεῖν ἤδη φησί, τοὺς δὲ ἤδη νοσοῦντας οὐδὲ ὅλως νοσεῖν. οἱ γὰρ ἐν τεταρταίαις καὶ τριταίαις περιόδοις ὄντες, ἐπειδὰν μὲν ῥιγῶσί τε καὶ πυρέττωσιν, ἐν πάθει καθεστήκασι, κινουμένης δὲ αὐτῶν τῆς νοσώδους κατασκευῆς ἐπειδὰν μηδὲν τούτων πάσχωσιν, ἀλλὰ ἐν τοῖς καλουμένοις διαλείμμασιν ὦσιν, ἔξω τῶν παθῶν εἰσι. τὴν μέντοι νοσώδη κατάστασιν εἰκάζοι τις ἄν, οἶμαι, τοῖς ἤτοι πενθοῦσιν ἢ ἐρῶσιν ἢ φθονοῦσιν ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον πάσχουσι. καὶ γὰρ οὗτοι, καθ' ὃν μὲν ἂν χρόνον ἢ ὑπνώττωσιν ἢ πρὸς ἄλλῳ τινὶ τὴν διάνοιαν ἔχωσιν, ἔξω τῶν παθῶν γίνονται, μετὰ ὀλίγον δὲ ἀναμνησθέντες αὐτῶν εἰς παραπλησίαν τινὰ κατάστασιν ἀφικνοῦνται ταῖς καταβολαῖς τῶν πυρετῶν. ὅσοις μέντοι μήτε πένθος ἐνέστηκε μήτε ἐπιθυμία τις ὑπόγυιος ἢ θυμός, οὗτοι τοῖς ὑγιαίνουσι τὰ σώματα παραπλησίως ἔχουσιν. ἐπεὶ δὲ καὶ τούτων αὐτῶν ἔνιοι μέν εἰσιν εὐάλωτοι νόσοις, ἔνιοι δὲ οὔ, καὶ τῶν τὰς ψυχὰς ὑγιαινόντων οἱ μὲν τούτοις, οἱ δὲ ἐκείνοις ὁμοίως ἕξουσιν, οὐ μὴν λεχθήσονταί γε νοσεῖν |

2 εἰ γὰρ M. — 5 νοσώδου MAB. — 7 εἰκάζοιτο codd. edd. εἰκάζοι nos. — 13 ὑπόγυος M. — 16 τὰς ante ψυχὰς om. M. —

qui ad aegrotandum proni sunt, iam aegrotare, eos vero, qui iam aegrotant, omnino non aegrotare diceret. Qui enim quartanis vel tertianis laborant, cum rigore tenentur et febricitant, in morbo constituti sunt, cum vero mutata illa morbosa constitutione nihil eiusmodi patiuntur, sed in intermissione, quae dicitur, versantur, extra morbum sunt. Morbosam autem constitutionem vel lugentibus vel amantibus vel invidentibus vel alio quodam affectu laborantibus aliquis conferre potest. Hi quamdiu vel dormiunt vel alicui rei intentum animum habent, perturbationibus vacant, paulo post tamen ipsis rebus, quibus afficiebantur, in memoriam revocatis in statum incidunt febrium accessionibus persimilem. Quibus autem neque luctus neque aut cupiditas aliqua recens aut ira instat, ii valentibus corpore aequiparantur. Ac quoniam ex his ipsis nonnulli facile morbis corripiuntur, nonnulli non item, illorum quoque, qui animo valent, eadem ratio est, non tamen, qui proclives in morbos sunt, animo

τὰς ψυχάς, εἴπερ μηδὲ ἐκεῖνοι τὰ σώματα. ἀλλὰ νὴ Δία 437 φήσει τις ἴσως τῶν Στωϊκῶν, ὥσπερ οὖν καὶ λέγουσιν, οὐ τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν εἶναι τῇ ψυχῇ πρὸς το σῶμα κατά τε τὰ πάθη καὶ τὰ νοσήματα καὶ τὴν ὑγίειαν. τί ποτε οὖν, ὦ βέλτιστοι, φαίημεν ἂν ἡμεῖς πρὸς αὐτούς, εἰκάζετε τοῖς κατὰ τὸ σῶμα πάθεσί τε καὶ νοσήμασι τὰ τῆς ψυχῆς πάθη· τί δὲ Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ παθῶν ἠθικῷ γράφει ταυτί. ʽοὔτε γὰρ περὶ τὸ νοσοῦν σῶμά ἐστί τις τέχνη, ἣν προσαγορεύομεν ἰατρικήν, οὐχὶ δὲ καὶ περὶ τὴν νοσοῦσαν ψυχήν ἐστί τις τέχνη, οὔτε ἐν τῇ κατὰ μέρος θεωρίᾳ τε καὶ θεραπείᾳ δεῖ λείπεσθαι ταύτην ἐκείνης. διὸ καί, καθάπερ τῷ περὶ τὰ σώματα ἰατρῷ καθήκει τῶν τε συμβαινόντων αὐτοῖς παθῶν ἐντὸς εἶναι, ὡς εἰώθασι τοῦτο λέγειν, καὶ τῆς ἑκάστῳ οἰκείας θεραπείας, οὕτω καὶ τῷ τῆς ψυχῆς ἰατρῷ ἐπιβάλλει ἀμφοτέρων τούτων ἐντὸς εἶναι, ὡς ἔνι ἄριστα. καὶ ὅτι οὕτως ἔχει, μάθοι ἄν τις τῆς πρὸς ταῦτα ἀναλογίας παρατε-

11 ἐκείνης M Corn. ἐκείνοις ABChK; cf. Proll. p. 21. — 16 ἔχοι MABCh. —

aegrotare dicuntur, si quidem ne illi quidem corpore. Forsitan quispiam Stoicorum dixerit, ut solent, non eandem esse animi et corporis in affectibus, morbis, sanitate similitudinem. Quid ergo, boni viri, corporis affectibus et morbis animi perturbationes adsimulatis? Quid Chrysippus in libro morali de perturbationibus ita scribit: 'Quemadmodum enim res non ita se habet, ut ad corpus quidem aegrum spectet ars quaedam, quam medicinam nuncupamus, ad animum aegrum nulla spectet, ita ne in singularibus et artis et curationis partibus haec illa debet esse inferior. Quapropter, sicuti corporis medici est in morbis, qui corporibus accidunt, cognoscendis curationibusque unicuique generi accommodandis versatum esse, ut dicere solent, ita animi medico convenit in hac utraque re versatum esse quam optime potest. Id vero ita se habere, si quis hanc proportionem a principio conferre voluerit, satis

τῇ διδασκαλίᾳ μεμπτέον ὡς οὐκ ἀληθεῖ. τοῦτο δὲ οὐδὲν
ἧττον αὐτῷ καὶ κατὰ τὸν ἐφεξῆς ὑπάρχει λόγον ἅπαντα τὸν
ἐν τῷ περὶ παθῶν ἠθικῷ. γράφει γοῦν ὧδε· ʻδιὸ καὶ κατὰ
ʻτρόπον προῆκται Ζήνωνι λόγος· ἡ δὲ τῆς ψυχῆς νόσος
440 ʻὁμοιοτάτη ἐστὶ | τῇ τοῦ σώματος ἀκαταστασίᾳ. λέγεται δὲ
ʻεἶναι σώματος νόσος ἡ ἀσυμμετρία τῶν ἐν αὐτῷ, θερμοῦ
ʻκαὶ ψυχροῦ, ξηροῦ καὶ ὑγροῦ.ʼ καὶ μετὰ ὀλίγα ʻἡ δὲ ἐν τῷ
ʻσώματι ὑγίεια εὐκρασία τις καὶ συμμετρία τῶν δ′ εἰρημένωνʼ
καὶ πάλιν ἐφεξῆς ʻοἶμαι γὰρ εἶναι εὐεξίαν σώματος τὴν ἀρί-
ʻστην τῶν ῥηθέντων εὐκρασίανʼ καὶ πάλιν ἐφεξῆς ʻλέγεται
ʻδὲ καὶ ταῦτα οὐκ ἀπὸ τρόπου ἐπὶ τοῦ σώματος, διότι ἡ ἐν
ʻθερμοῖς καὶ ψυχροῖς καὶ ὑγροῖς καὶ ξηροῖς γινομένη συμμε-
ʻτρία ἢ ἀσυμμετρία ἐστὶν ὑγίεια ἢ νόσος, ἡ δὲ ἐν νεύροις
ʻσυμμετρία ἢ ἀσυμμετρία ἰσχὺς ἢ ἀσθένεια καὶ εὐτονία ἢ
ʻἀτονία, ἡ δὲ ἐν τοῖς μέλεσι συμμετρία ἢ ἀσυμμετρία κάλλος

1 ἀληθῆ M. — 2 αὐτῇ codd. edd. αὐτῷ nos. — τῶν ead. manu in τὸν mutatum M. — 7 ψυχροῦ ξηροῦ MAB ψ. καὶ ξ. ChK; cf. Proll. p. 58. — 8 διῃρημένων codd. edd. Baguet (de Chrysipp. p. 314) legi vult προειρημένων; nos τῶν δ′ (i. e. τεσσάρων) εἰρημένων coniecimus. — 9 εἶναι γὰρ οἶμαι M οἶμαι γὰρ εἶναι A. — 11 ἄπο τρόπου K. — 12 γενομένη codd. edd. γινομένη nos. — 13 ἢ ἀσυμμετρία om. M. — ἡ δ' ἐνεύροις M. — 14 ἢ ἀσυμμετρία om. M. —

tionem, quae est in libro morali de perturbationibus. Ibi in hunc modum scribit: Quare apte progressa est Zenonis oratio; animi autem morbus corporis inconstantiae simillimus est. Dicitur autem corporis morbus calidi frigidi, sicci humidi in eo inaequalitas quaedam.' Et paulo post: 'Sanitas corporis temperatio quaedam bona et aequabilitas quattuor illorum, quae dixi, est.' Item deinceps: 'Existimo enim bonum corporis habitum esse optimam eorum, quae dixi, temperationem.' Et mox: 'Et haec non inepte in corpore dicuntur, quia, quae in calidis frigidis, humidis siccis consistit aequabilitas vel inaequabilitas sanitas vel morbus est, in nervis robur vel imbecillitas firmitasque vel infirmitas, in membris pulchritudo vel deformitas.' Haec quidem, optime Chrysippe, omnia bene

'καὶ ἀσθενεῖν καὶ εὐτόνους καὶ ἀτόνους εἶναι καὶ ἔτι νοσεῖν 'καὶ ὑγιαίνειν, οὕτω πως καὶ τοῦ πάθους καὶ τοῦ κατὰ αὐ'την ἀρρωστήματος λεγομένου καὶ τῶν τούτοις παραπλησίων.' ἐναργῶς γὰρ ἐν τούτοις ὁ Χρύσιππος ἀναλογίαν | τινὰ βού- 439] λεται σώζεσθαι τῶν ἐν τῇ ψυχῇ τοῖς κατὰ τὸ σῶμα καὶ παθῶν πρὸς πάθη καὶ ἀρρωστημάτων πρὸς ἀρρωστήματα καὶ νοσημάτων πρὸς νοσήματα καὶ ὑγιείας πρὸς ὑγίειαν καὶ εὐεξίας πρὸς εὐεξίαν καὶ ἰσχύος πρὸς ἰσχὺν καὶ ἀσθενείας πρὸς ἀσθένειαν καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἁπάντων τῶν συνωνύμως λεγομένων πρὸς ἅπαντα· καὶ γὰρ τοὔνομα καὶ τὸν λόγον αὐτῶν βούλεται εἶναι τὸν αὐτόν, εἴ γε δὴ συνώνυμά φησιν ὑπάρχειν αὐτά. ὥστε, ὅπως ἄν τις ὁρίζηται καθόλου τὴν ἐν τῷ σώματι νόσον, ἀναγκαῖον εἶναι τούτῳ καὶ τὴν ἐν ψυχῇ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ὁρίζεσθαι. ὅτι μὲν οὖν πρόκειται τῷ Χρυσίππῳ ἀναλογίαν ἅπασαν ἐξηγεῖσθαί τε καὶ φυλάττειν, ἐκ τούτων δῆλον. εἰ δὲ ἐπιχειρήσας αὐτὸ ποιεῖν οὐ τυγχάνει τοῦ προτεθέντος, οὐκ ἀποστατέον ἐστὶ τῆς ὁμοιότητος, ἀλλὰ

5 *αὔξεσθαι* pro *σώζεσθαι* M. — 11 ante *εἶναι* inseruimus *βούλεται*; cf. Proll. p. 108. — 16 *αὐτὸ τὸ ποιεῖν* M *αὐτὸν ποιεῖν* ABCh. —

aliter affectio et aegrotatio aliaque id genus in animo dici solent.' Aperte hic Chrysippus eorum, quae in animo sunt, cum iis, quae in corpore, quandam proportionem servari vult affectionum cum affectionibus, aegrotationum cum aegrotationibus, morborum cum morbis, sanitatis cum sanitate, boni habitus cum bono habitu, roboris cum robore, imbecillitatis cum imbecillitate, ut semel dicam, omnium cognominatorum cum omnibus; nam et nomen et rationem eorum eandem esse vult, si quidem cognominata ea esse dicit. Quocirca, quocunque modo quis universe morbum corporis definit, eodem etiam animi morbum definiat necesse est. Velle igitur Chrysippum proportionem universam explicare et servare ex his patet. Quodsi aggressus hoc facere non assequitur, quod sibi proposuit, non idcirco est a similitudine recedendum, sed vitio vertendum doctrinae utpote falsae. Hoc non minus cadit in sequentem eius totam ora-

κατὰ μηδὲν στασιάζοντα τὴν ὑγίειαν τῆς ψυχῆς ἀπεργάζεται, διαφωνήσαντα δὲ καὶ στασιάσαντα τὴν νόσον. ἔστι γὰρ ἡ νόσος ἀνωτέρω καὶ καθόλου μᾶλλον, ὡς σμικρὸν ἔμπροσθεν εἴρηται. περιλάβωμεν οὖν αὐτῆς τὴν ἔννοιαν· ἡ τοῦ φύσει συγγενοῦς ἔκ τινος διαφθορᾶς διαφορά· οὕτω γὰρ ἐν
442 Σοφιστῇ Πλάτων ὡρίσατο. | ὅτι δὲ ἀνωτάτω τέ ἐστιν ἡ ἀπόδειξις ἥδε καὶ πάσας τὰς κατὰ μέρος νόσους ἀκριβῶς περιλαμβάνει, τάς τε τῆς ψυχῆς ἡμῶν καὶ τὰς τοῦ σώματος καὶ τὰς ἐν τοῖς ἄλλοις ζῴοις τε καὶ φυτοῖς, ἤδη δὲ κἂν ταῖς πόλεσιν ὅλαις, οὐ χαλεπὸν καταμαθεῖν. οὕτω γάρ, οἶμαι, καὶ τὰς στασιαζούσας πόλεις ἐμφυλίῳ πολέμῳ νοσεῖν ἐν ἑαυταῖς λέγομεν, ὡς ἂν εἰς μάχην ἀφιγμένων τῶν ἐν αὐταῖς φύσει συγγενῶν. αὕτη μὲν ἡ γενικωτάτη νόσου πάσης ἔννοια. τῶν δὲ ἁπλουστάτων μορίων ἡ πρὸς ἄλληλα στάσις ἧττον ταύτης ἐστὶ γενικὴ καὶ ταύτης ἔθ' ἧττον, ἐπειδὰν θερμῶν

2 διαφωνήσατα M¹ διαφωνήσαντα M² (Proll. p. 71). — A verbis ἔστι γάρ incip. excerpt. XIII codicum FP. — 3 ἀνωτέρω τι καὶ Corn. — ἐπὶ μικρὸν pro ὡς σμ. M. — 4 περιλάβομεν MAB. — 5 ἔκ τινος διαφορᾶς οὕτω P ἐκ τ. διαφθορᾶς οὕτ. F ἔκ τινος διαφορά οὕτ. MAB ἐκ τ. διαφθορᾶς διαφορά· οὕτω Corn. ChK. — ἡ σοφιστῇ P¹ ἐν σ. P². — 6 Πλάτων cf. Sophist. p. 228 A. — ὁρίσατο M. — 7 ἐπιλαμβάνει FPMABCh περιλαμβ. K. — 10 in verbis οὐ χαλεπὸν καταμαθεῖν desinit exc. XIII. —

discordantes sanitatem animi, dissentientes et discrepantes morbum creant. Morbus autem superius quiddam atque, ut paulo ante dixi, generalius est, cuius notionem ita complectamur: morbus est rei natura cognatae ex aliqua corruptione dissensio; ad hunc modum a Platone in Sophista definitur. Quam quidem definitionem generalem esse omnesque singulares morbos tum animi nostri, tum corporis, tum ceterorum animantium stirpiumque, denique totarum civitatum penitus comprehendere cognitu non difficile est. Ita enim seditionibus, opinor, intestinoque aliquo bello laborantes civitates aegrotare dicimus, propterea quod ii, qui in iis inter se cognati sunt, in discidium ac pugnam venerunt. Haec quidem est morbi quam maxime generalis notio. Cum autem dicimus morbum esse simplicium partium inter se discor-

καὶ ψυχρῶν καὶ ξηρῶν καὶ ὑγρῶν ἀμετρία τις εἶναι λέγηται. σώματος γὰρ αὕτη γε μόνου καὶ οὐδενὸς τῶν ἄλλων ἐστὶ νόσος, ὥσπερ γε καὶ ἡ τοῦ λογιστικοῦ † στάσις οὐδενὸς τῶν ἄλλων ἐστὶ πλὴν ψυχῆς νόσος. ὁ δὲ Χρύσιππος ἁμαρτάνει διττὰ κατὰ τὴν ἐν τούτοις διδασκαλίαν· πρῶτον μέν, ὅτι διαφέρεται πρὸς αὑτὸν ἐν μὲν τῷ περὶ παθῶν ἠθικῷ συνωνύμως ὠνομάσθαι λέγων τὴν ἐν τῇ ψυχῇ νόσον τῇ κατὰ τὸ σῶμα, διὰ δὲ τοῦ πρώτου τῶν | λογικῶν εἰκάζων αὐτὴν **443** *εὐλύτῳ καὶ εὐδιαφθάρτῳ ὑγιείᾳ· ἔπειθ᾽ ὅτι μηδέ, ὅπερ ἀληθῶς ὑπέσχετο κατὰ τὸ θεραπευτικὸν καὶ ἠθικὸν ἐπιγραφόμενον βιβλίον, ἠδυνήθη δεῖξαι. τί δέ ἐστι τοῦτο; τῶν μερῶν τῆς ψυχῆς ἡ πρὸς ἄλληλα συμμετρία τε καὶ ἀσυμμετρία, καθ᾽ ἣν ὑγιαίνειν τε λέγεται καὶ νοσεῖν. πάντα γὰρ αὐτῆς τά τε πάθη καὶ τὰ νοσήματα καθ᾽ ἓν ὑποθέμενος γίνεσθαι τὸ λογιστικὸν εἰκότως ἀπορεῖ δεικνύναι, τίνων μέν ἐστι μορίων ἡ τῆς ψυχῆς ὑγίεια συμμετρία, τίνων δὲ ἡ νόσος ἀσυμμετρία.*

---

1 *λέγεται* MABCh *λέγηται* K. — 3 post *λογιστικοῦ* deesse videtur *καὶ τοῦ θυμοειδοῦς καὶ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ*. — 6 *αὐτὸν* M. — 9 fortasse legendum *μηδὲ ἀληθῶς, ὅπερ ὑπέσχετο*. — 12 post *συμμετρία* inseruimus *τε καὶ ἀσυμμετρία*. — 16 post *συμμετρία* inseruimus *τίνων δὲ ἡ νόσος ἀσυμμετρία*. —

---

diam, angustior fit definitio atque etiam magis, si calidi et frigidi et sicci et humidi inter sese inaequalitatem quandam dixerimus. Hic enim solius corporis, non alius cuiuspiam morbus est, sicuti animi tantum morbus ratiocinantis facultatis cum ceteris facultatibus discordia ac seditio. Chrysippus autem in hac doctrina dupliciter peccat, primum, quod a se dissentit, cum in libro de perturbationibus morali morbum animi eadem vi qua morbum corporis appellatum esse ait, in primo autem quaestionum logicarum dissolubili pronaeque ad corruptionem valetudini eum comparat; deinde, quod ne illud quidem, quod in libro, quod *θεραπευτικόν* et *ἠθικόν* inscribitur, promiserat, vere demonstrare potuit. Quid illud est? Partium animi inter se aequabilitas et inaequabilitas, qua et valere et aegrotare dicitur. Quoniam enim perturbationes omnes et morbos in sola rationali facultate exsistere statuit, merito haesitat, qua ratione demonstret,

κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐν συμμετρίᾳ μερῶν ὑποθέμενος γίνεσθαι τὸ κάλλος, ἐν ἀμετρίᾳ δέ τινι τὸ αἶσχος εἰκότως ἀπορεῖ δεικνύναι, ποίων μὲν τῆς ψυχῆς μερῶν συμμετρία κάλλος ἐστί, ποίων δὲ ἀμετρία αἶσχος. καίτοι γράφει γε ἐφεξῆς ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν αὐτοῦ παρεθέμην ῥήσεων ὡδί· 'διὸ καὶ καλὴ ἢ αἰσχρὰ ψυχὴ ἀνάλογον ῥηθήσεται κατὰ 'συμμετρίαν τέ τινα καὶ ἀσυμμετρίαν τοιῶνδέ τινων μερῶν.' ὅτι μὲν οὖν κατὰ συμμετρίαν τέ τινα καὶ ἀσυμμετρίαν
444 τοιῶνδέ τινων μερῶν τῆς ψυχῆς ἢ καλὴν ἢ αἰσχρὰν | αὐτὴν εἶναι λεκτέον ἐστὶ καὶ ὑγιαίνουσαν καὶ νοσοῦσαν, ὀρθῶς εἴρηται τῷ Χρυσίππῳ· τίνα δέ ἐστι ταῦτα τὰ τῆς ψυχῆς μόρια, μὴ δυνάμενος εἰπεῖν, ὡς ἂν ἐν ἑνὶ μόνῳ τῷ λογιστικῷ καὶ τὴν ὑγίειαν αὐτῆς καὶ τὴν νόσον καὶ τὸ κάλλος καὶ τὸ αἶσχος τιθέμενος, ἀναγκάζεται περιπλέκειν τε τὸν λόγον καὶ τῶν ἐνεργειῶν αὐτῆς ὡς μερῶν μνημονεύειν. ἐφεξῆς γοῦν οἷς παρεθέμην ὡδὶ γράφει· 'ἔστι δέ γε τῆς ψυχῆς μέρη, διὰ

---

3 ἡ συμμετρία codd. edd. ἡ delevimus. — 6 ἡ pro ἢ M. — 7 συμμετρίαν ἢ ἀμετρίαν τοιῶνδε M. — 8 verba ὅτι μὲν οὖν usque ad μερῶν om. M. — 13 τὴν ante νόσον om. M. — 14 ἀναγκάζει MABCh. — λόγων M. — 16 post δέ inseruimus γε coll. infra p. 421, 15. —

---

quarum partium aequabilitas sanitas animi sit, quarum inaequabilitas morbus. Eodem modo pulchritudinem in aequabilitate partium, deformitatem contra in earum inaequabilitate cum ponat, quarum animi partium aequabilitas sit pulchritudo, quarum inaequabilitas deformitas, ostendere non potest. Atqui post ea, quae supra attuli, verba in hunc modum scribit: 'Ideo pulcher et deformis animus similiter ex qualiumcunque partium vel aequabilitate vel inaequabilitate dicetur.' Ex aequabilitate vel inaequabilitate qualiumcunque partium pulchrum aut deformem animum et sanum aut aegrum dicendum esse recte quidem Chrysippus iudicavit; quaenam autem hae partes sint, quoniam dicere nequit, quippe qui in una sola parte rationali sanitatem et morbum, pulchritudinem et deformitatem collocet, implicare orationem functionesque animi quasi partes commemorare cogitur. Sequuntur enim ea, quae supra ad-

ʽὧν ὁ ἐν αὐτῇ λόγος συνέστηκε καὶ ἡ ἐν αὐτῷ διάθεσις. ʽκαί ἐστι καλὴ ἢ αἰσχρὰ ψυχὴ κατὰ τὸ ἡγεμονικὸν μόριον ʽἔχον οὕτως ἢ οὕτως κατὰ τοὺς οἰκείους μερισμούς.ʼ ποίους οἰκείους μερισμούς, ὦ Χρύσιππε, προσγράψας ἐφεξῆς ἀπαλλάξεις ἡμᾶς πραγμάτων; ἀλλὰ οὔτε ἐνταῦθα προσέγραψας οὔτε ἐν ἄλλῳ τινὶ τῶν σεαυτοῦ βιβλίων, ἀλλὰ ὥσπερ οὐκ ἐν τούτῳ τὸ πᾶν κῦρος ὑπάρχον τῆς περὶ τῶν παθῶν πραγματείας, ἀποχωρεῖς τε παραχρῆμα τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ καὶ μηκύνεις τὸν λόγον ἐν τοῖς οὐ προσήκουσι, δέον ἐπιμεῖναι καὶ δεῖξαι, τίνα ποτέ ἐστι τὰ μόρια τοῦ λογιστικοῦ τῆς ψυχῆς. ἐπειδὴ τοίνυν σὺ | παρέδραμες εἴθʼ ἑκὼν εἴτε ἄκων τὸν λόγον, οὐ 445 γὰρ ἔχω συμβαλεῖν, ἐγὼ πειράσομαι τοῖς σοῖς δόγμασιν ἑπόμενος ἐξευρεῖν τέ σου τὸ βούλημα καὶ διασκέψασθαι περὶ τῆς ἀληθείας αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς προγεγραμμένης ῥήσεως ποιησάμενος ἐχούσης ὧδε· ʽἔστι δέ γε τῆς ψυχῆς μέρη, διὰ ὧν ὁ ἐν αὐτῇ λόγος συνέστηκεν.ʼ ἀναμιμνήσκεις ἴσως

---

3 ἔχον ἢ οὕτως MAB ἔχον οὕτως ἢ οὕτως Al. Just. Corn. ChK. — 8 ἀποχωρήσεις codd. edd. ἀποχωρεῖς nos; cf. Proll. p. 64. — μὴ κύνεις M μηκύνεις ABCh μηκυνεῖς K. — 16 ἀναμιμνήσκων codd. edd. ἀναμιμνήσκεις nos. —

---

scripsi, hunc in modum verba eius: ʽSunt vero partes animi, quibus ratio in eo rationisque affectio constat. Et pulcher aut deformis animus est, prout pars principalis sic vel sic secundum proprias suas divisiones affecta est.ʼ Quales proprias divisiones, Chrysippe, afferes, ut a negotio omni nos liberes? At neque hic neque in alio libro tuo quidquam adscripsisti, sed, quasi in ea re non versetur vis omnis ac causa quaestionis de perturbationibus, statim a rei doctrina recedis et in rebus minime necessariis commoraris, cum in illa immorari deberes atque ostendere, quaenam ratiocinantis animi facultatis istae partes essent. Quod quoniam tu praetermisisti (prudens an imprudens, coniectura non assequor), conabor ego tuas sententias secutus, quid velis, explorare eiusque rei exquirere veritatem ita, ut incipiam ab oratione tua, quam supra adscripsi in hunc modum se habentem: ʽSunt vero

436 ἑτοίμως | ἔχοντας πρὸς τὸ νοσῆσαι νοσεῖν ἤδη φησί, τοὺς δὲ ἤδη νοσοῦντας οὐδὲ ὅλως νοσεῖν. οἱ γὰρ ἐν τεταρταίαις καὶ τριταίαις περιόδοις ὄντες, ἐπειδὰν μὲν ῥιγῶσί τε καὶ πυρέττωσιν, ἐν πάθει καθεστήκασι, κινουμένης δὲ αὐτῶν τῆς νοσώδους κατασκευῆς ἐπειδὰν μηδὲν τούτων πάσχωσιν, ἀλλὰ ἐν τοῖς καλουμένοις διαλείμμασιν ὦσιν, ἔξω τῶν παθῶν εἰσι. τὴν μέντοι νοσώδη κατάστασιν εἰκάζοι τις ἄν, οἶμαι, τοῖς ἤτοι πενθοῦσιν ἢ ἐρῶσιν ἢ φθονοῦσιν ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον πάσχουσι. καὶ γὰρ οὗτοι, καθ' ὃν μὲν ἂν χρόνον ἢ ὑπνώττωσιν ἢ πρὸς ἄλλῳ τινὶ τὴν διάνοιαν ἔχωσιν, ἔξω τῶν παθῶν γίνονται, μετὰ ὀλίγον δὲ ἀναμνησθέντες αὐτῶν εἰς παραπλησίαν τινὰ κατάστασιν ἀφικνοῦνται ταῖς καταβολαῖς τῶν πυρετῶν. ὅσοις μέντοι μήτε πένθος ἐνέστηκε μήτε ἐπιθυμία τις ὑπόγυιος ἢ θυμός, οὗτοι τοῖς ὑγιαίνουσι τὰ σώματα παραπλησίως ἔχουσιν. ἐπεὶ δὲ καὶ τούτων αὐτῶν ἔνιοι μέν εἰσιν εὐάλωτοι νόσοις, ἔνιοι δὲ οὔ, καὶ τῶν τὰς ψυχὰς ὑγιαινόντων οἱ μὲν τούτοις, οἱ δὲ ἐκείνοις ὁμοίως ἕξουσιν, οὐ μὴν λεχθήσονταί γε νοσεῖν |

2 εἰ γὰρ M. — 5 νοσώδου MAB. — 7 εἰκάζοιτο codd. edd. εἰκάζοι nos. — 13 ὑπόγυος M. — 16 τὰς ante ψυχὰς om. M. —

qui ad aegrotandum proni sunt, iam aegrotare, eos vero, qui iam aegrotant, omnino non aegrotare diceret. Qui enim quartanis vel tertianis laborant, cum rigore tenentur et febricitant, in morbo constituti sunt, cum vero mutata illa morbosa constitutione nihil eiusmodi patiuntur, sed in intermissione, quae dicitur, versantur, extra morbum sunt. Morbosam autem constitutionem vel lugentibus vel amantibus vel invidentibus vel alio quodam affectu laborantibus aliquis conferre potest. Hi quamdiu vel dormiunt vel alicui rei intentum animum habent, perturbationibus vacant, paulo post tamen ipsis rebus, quibus afficiebantur, in memoriam revocatis in statum incidunt febrium accessionibus persimilem. Quibus autem neque luctus neque aut cupiditas aliqua recens aut ira instat, ii valentibus corpore aequiparantur. Ac quoniam ex his ipsis nonnulli facile morbis corripiuntur, nonnulli non item, illorum quoque, qui animo valent, eadem ratio est, non tamen, qui proclives in morbos sunt, animo

τὰς ψυχάς, εἴπερ μηδὲ ἐκεῖνοι τὰ σώματα. ἀλλὰ νὴ Δία 437 φήσει τις ἴσως τῶν Στωϊκῶν, ὥσπερ οὖν καὶ λέγουσιν, οὐ τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν εἶναι τῇ ψυχῇ πρὸς το σῶμα κατά τε τὰ πάθη καὶ τὰ νοσήματα καὶ τὴν ὑγίειαν. τί ποτε οὖν, ὦ βέλτιστοι, φαίημεν ἂν ἡμεῖς πρὸς αὐτούς, εἰκάζετε τοῖς κατὰ τὸ σῶμα πάθεσί τε καὶ νοσήμασι τὰ τῆς ψυχῆς πάθη· τί δὲ Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ παθῶν ἠθικῷ γράφει ταυτί. ‘οὔτε γὰρ περὶ τὸ νοσοῦν σῶμά ἐστί τις τέχνη, ἣν προσαγορεύομεν ἰατρικήν, οὐχὶ δὲ καὶ περὶ τὴν νοσοῦσαν ψυχήν ἐστί τις τέχνη, οὔτε ἐν τῇ κατὰ μέρος θεωρίᾳ τε καὶ θεραπείᾳ δεῖ λείπεσθαι ταύτην ἐκείνης. διὸ καί, καθάπερ τῷ περὶ τὰ σώματα ἰατρῷ καθήκει τῶν τε συμβαινόντων αὐτοῖς παθῶν ἐντὸς εἶναι, ὡς εἰώθασι τοῦτο λέγειν, καὶ τῆς ἑκάστῳ οἰκείας θεραπείας, οὕτω καὶ τῷ τῆς ψυχῆς ἰατρῷ ἐπιβάλλει ἀμφοτέρων τούτων ἐντὸς εἶναι, ὡς ἔνι ἄριστα. καὶ ὅτι οὕτως ἔχει, μάθοι ἂν τις τῆς πρὸς ταῦτα ἀναλογίας παρατε-

11 ἐκείνης M Corn. ἐκείνοις ABChK; cf. Proll. p. 21. — 16 ἔχοι MABCh. —

aegrotare dicuntur, si quidem ne illi quidem corpore. Forsitan quispiam Stoicorum dixerit, ut solent, non eandem esse animi et corporis in affectibus, morbis, sanitate similitudinem. Quid ergo, boni viri, corporis affectibus et morbis animi perturbationes adsimulatis? Quid Chrysippus in libro morali de perturbationibus ita scribit: 'Quemadmodum enim res non ita se habet, ut ad corpus quidem aegrum spectet ars quaedam, quam medicinam nuncupamus, ad animum aegrum nulla spectet, ita ne in singularibus et artis et curationis partibus haec illa debet esse inferior. Quapropter, sicuti corporis medici est in morbis, qui corporibus accidunt, cognoscendis curationibusque unicuique generi accommodandis versatum esse, ut dicere solent, ita animi medico convenit in hac utraque re versatum esse quam optime potest. Id vero ita se habere, si quis hanc proportionem a principio conferre voluerit, satis

διὰ ὅλων ἀλλήλοις κεκραμένα, τὸ ψυχρὸν καὶ θερμόν, εἴπερ δὲ ἑτέροις ὀνόμασι καὶ ἀπὸ τῶν οὐσιῶν ἐθέλοι τις αὐτὰ προσαγορεύειν, ἀέρα τε καὶ πῦρ· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἰκμάδα τινὰ προσείληφεν ἀπὸ τῶν σωμάτων, ἐν οἷς διαιτᾶται. ἀλλὰ θαυμάζοιμι ἄν, εἰ τὴν τούτων συμμετρίαν ὑγίειαν ἢ κάλλος εἶναι βουλήσῃ τοῦ ἡγεμονικοῦ. τοῦ μὲν γὰρ σώματος αὐτοῦ τὴν ὑγίειαν ἐν τούτοις τίθεσθαι προσῆκεν, τοῦ ἡγεμονικοῦ δὲ ψυχῆς οὐκέτι ἐν τούτοις οὐδὲ κατὰ αὐτὸν σέ. διέφθαρται τοίνυν ἡμῖν ὅλον τὸ παράδειγμα καὶ ἡ τῆς συνωνυμίας ἐπαγγελία παντάπασιν οἴχεται μὴ δυνηθεῖσιν ἐπιδεῖξαι τὸν αὐτὸν τρόπον ἐν τῷ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικῷ νόσον ἢ ὑγίειαν ἢ κάλλος ἢ αἶσχος συνιστάμενα, καθάπερ ἐν ὅλῳ τῷ σώματι. καίτοι τοῦτό γε ὑπέσχου πρότερον ὀρθῶς γινώσκων καὶ φυ-
448 λάττων | τὴν ἔννοιαν ἁπάντων τῶν εἰρημένων, οὐ μὴν ἀκολουθῆσαί γε μέχρι παντὸς ἠδυνήθης οὐδὲ ἐξηγήσω τὴν ἀναλογίαν τε καὶ ὁμοιότητα τῶν κατὰ τὴν ψυχὴν ἐγγινομένων

---

1 κεκραμμένα MA; cf. Proll. p. 40. — ἤπερ ἑτέροις L. — 5 ὑγείαν M. — 6 βουλήσει MAB βουλήσῃ (c. iota subscr.) L. — verba inde a τοῦ μὲν γὰρ usque ad ἡγεμονικοῦ om. M. — τοῦ ante μὲν γὰρ om. L. — 7 ὕγειαν L. — ὡς ἡγεμονικοῦ codd. edd. τοῦ ἡγ. nos. — 8 οὐκέτ' LM οὐκ ἔτ' ABChK. — 11 ἐν τῇ M. — ὅσον ὑγίειαν pro νόσον ἢ ὑγ. L. — 13 γε om. LABChK. — 16 τὴν ante ψυχὴν om. L. —

---

ipsorum nominibus appellare volumus, aërem et ignem, quae tamen e corporibus, quibus insunt, vaporem quendam contrahunt. Sed mirer, horum si aequabilitatem sanitatem vel pulchritudinem principalis animi partis esse volueris. Corporis enim ipsius in his sanitatem, non principalis animi partis tuo etiam iudicio collocari convenit. Periit igitur nobis tota exempli ratio atque promissio similitudinis rerum vocumque prorsus evanuit, cum morbum vel sanitatem vel pulchritudinem vel deformitatem in principali animi parte eodem modo consistere, quo in toto corpore, ostendere nequeamus. Quamquam hoc quidem pollicitus prius es recte et cognoscens et servans omnium, quae ante dicta sunt, notionem, non tamen persequi omnia potuisti neque proportionem similitudinemque eorum, quae in animo, cum illis, quae in

τοῖς κατὰ τὸ σῶμα. αὖθις οὖν ἀναλήψομαι τὸν λόγον, ἵνα δή τι πέρας ἱκανὸν νῦν ἀπολάβῃ. τῆς νόσου τὴν ἔννοιαν ἐν μὲν τῷ πρώτῳ περὶ παθῶν συνέχεεν ὁ Χρύσιππος ἀνάλογον ἔχειν φάμενος τὴν ἐν τῇ ψυχῇ νόσον τῇ τοῦ σώματος καταστάσει, καθ' ἣν εὐεμπτώτως εἰς πυρετοὺς ἢ διαρροίας ἤ τι τοιοῦτον ἔχει· κατὰ μέντοι τὸ θεραπευτικὸν ἐφύλαξε μὲν τὴν ἔννοιαν τῆς νόσου τῆς πρὸς ἑαυτὸν οὐδὲν φροντίσας ἐναντιολογίας, ἐξηγήσασθαι δέ, ὡς ὑπέσχετο, τὴν ἐν τῇ ψυχῇ νόσον ἅμα τοῖς ἄλλοις, οἷς ἀνάλογον ὑπάρχειν ἐν αὐτῇ φησι πρὸς τὸ σῶμα, παντάπασιν ἠδυνάτησε μετὰ τοῦ καὶ συγχεῖν εἰς ταὐτὸν τήν θ' ὑγίειαν τῆς ψυχῆς καὶ τὸ κάλλος. ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ σώματος ἀκριβῶς αὐτὰ διωρίσατο τὴν μὲν ὑγίειαν ἐν τῇ τῶν στοιχείων συμμετρίᾳ θέμενος, τὸ δὲ κάλλος ἐν τῇ τῶν μορίων. ἐδήλωσε γὰρ σαφῶς τοῦτο διὰ τῆς προγεγραμμένης ὀλίγον ἔμπροσθεν ῥήσεως, ἐν ᾗ τὴν μὲν | ὑγίειαν τοῦ 449
σώματος ἐν θερμοῖς καὶ ψυχροῖς καὶ ξηροῖς καὶ ὑγροῖς

2 ἱκνούμενον pro ἱκανὸν νῦν L. — 4 τὴν ante ἐν τῇ om. M. — 6 ἔχειν L. — μὲν pro μέντοι L. — ἐφυλάξατο μὲν MABChK ἐφυλάξαμεν L ἐφύλαξε μὲν nos. — 9 ἐν ante αὐτῇ inseruimus; cf. Proll. p. 127. — 11 ὑγείαν LMA. — 13 ἐν τῇ τῶν στοιχείων συμμετρίᾳ LMAB τῶν στοιχ. ἐν συμμ. ChK; cf. Proll. p. 60. —

corpore fiunt, explanavisti. Sed rursus ad institutam disputationem redeundum, ut idoneum aliquem finem nostra consequatur oratio. Morbi notionem Chrysippus in primo de perturbationibus confudit, cum similem dixit animi morbum corporis constitutioni, qua facile in febres vel alvi fluxus vel tale aliquid incideret, in libro tamen, qui est de sanandis animi morbis, servavit ille quidem morbi notionem nulla habita ratione, quod sibi ipse repugnaret, sed animi morbum ceteraque, quae proportionem habere cum corpore ait, explanare, ut pollicitus est, omnino non potuit. Accedit, quod sanitatem animi cum pulchritudine confudit. In corpore enim utrumque enucleate distinxit, cum sanitatem in elementorum, pulchritudinem in partium concinnitate collocavit, id quod aperte declaravit oratione, quam paulo ante adscripsi, ubi sanitatem corporis aequabilitatem in calidis et frigidis, siccis et humidis, quae quidem elementa corporum sunt, esse

συμμετρίαν εἶναί φησιν, ἅπερ δὴ στοιχεῖα δηλονότι τῶν σωμάτων ἐστί, τὸ δὲ κάλλος οὐκ ἐν τῇ τῶν στοιχείων, ἀλλα ἐν τῇ τῶν μορίων συμμετρίᾳ συνίστασθαι νομίζει, δακτύλου πρὸς δάκτυλον δηλονότι καὶ συμπάντων αὐτῶν πρός τε μετακάρπιον καὶ καρπὸν καὶ τούτων πρὸς πῆχυν καὶ πήχεως πρὸς βραχίονα καὶ πάντων πρὸς πάντα, καθάπερ ἐν τῷ Πολυκλείτου κανόνι γέγραπται. πάσας γὰρ ἐκδιδάξας ἡμᾶς ἐν ἐκείνῳ τῷ συγγράμματι τὰς συμμετρίας τοῦ σώματος ὁ Πολύκλειτος ἔργῳ τὸν λόγον ἐβεβαίωσε δημιουργήσας ἀνδριάντα κατὰ τὰ τοῦ λόγου προστάγματα καὶ καλέσας δὴ καὶ αὐτὸν τὸν ἀνδριάντα, καθάπερ καὶ τὸ σύγγραμμα, κανόνα. τὸ μὲν δὴ κάλλος τοῦ σώματος ἐν τῇ τῶν μορίων συμμετρίᾳ κατὰ πάντας ἰατρούς τε καὶ φιλοσόφους ἐστίν, ἡ δὲ ὑγίεια τῶν στοιχείων αὖ πάλιν, ἅττα ποτὲ ἂν ᾖ, πρὸς ἄλληλά ἐστι συμμετρία. εἴτε γὰρ ἐξ ὄγκων καὶ πόρων, ὡς Ἀσκληπιάδης ὑπέθετο, τὰ τῶν ζῴων σύγκειται σώματα, συμμετρία τούτων **450** ἐστὶν ἡ ὑγίεια· | εἴτε ἐξ ἀτόμων, ὡς Ἐπίκουρος, εἴτε ἐξ

5 μετὰ κάρπιον M. — 10 verba inde a κατὰ τὰ usque ad ἀνδριάντα om. L. — 13 τε ante καὶ om. LABChK. — A verbis ἡ δὲ ὑγίεια incip. excerpt. XIV codicum FP. — ὑγεία FPMA. — 14 προσάλληλα M. —

ait, pulchritudinem autem non in elementorum, sed in partium apta congruentia, digiti scilicet ad digitum digitorumque omnium ad palmam palmaeque primam partem et harum ad cubitum, cubiti ad brachium, omnium denique ad omnia positam esse censuit, quemadmodum in Polycliti canone litteris mandatum est. In eo libro Polyclitus cum omnes corporis proportiones docuisset, opere demum orationem confirmavit ex libri praeceptis statuam fabricatus, quam eodem nomine, quo librum, canona appellavit. Pulchritudo igitur corporis ex omnium medicorum philosophorumque sententia in membrorum apta convenientia consistit, sanitas in elementorum, quaecunque sunt, inter se congruentia. Nam sive ex corpusculis et meatibus, ut Asclepiades voluit, animalium corpora constant, horum congruentia est sanitas; sive ex atomis, ut Epicurus, sive ex homoeomeriis, ut Anaxagoras,

ὁμοιομερῶν, ὡς Ἀναξαγόρας, εἴτε ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ, καθάπερ ὅ τε Χρύσιππος δοξάζει καὶ πάντες οἱ Στωϊκοὶ καὶ πρὸ αὐτῶν Ἀριστοτέλης καὶ Θεόφραστος καὶ πρὸ τούτων ἔτι Πλάτων καὶ Ἱπποκράτης, ἡ τῶν στοιχείων κατὰ πάντα συμμετρία τὴν ὑγίειαν ἐργάζεται. εἰ τοίνυν ἐθέλοι τις ἅπασαν τὴν ἀναλογίαν τῶν κατὰ τὸ σῶμα τοῖς κατὰ τὴν ψυχὴν διασῴζειν, ὡς ὑπέσχετο Χρύσιππος, ἐπιδεῖξαι χρὴ τοῦτον ἔκ τινων ἁπλῶν ὡσανεὶ στοιχείων συγκειμένην τὴν ὅλην ψυχήν, ἵνα ἐν τῇ τούτων πρὸς ἄλληλα συμμετρίᾳ τὴν ὑγίειαν καὶ τὴν νόσον αὐτῆς εὕρῃ γινομένην, ὅπερ ὁ Πλάτων ἐποίησε. Χρύσιππος δὲ οὔτε ταύτην ἠδυνήθη τὴν ὁμοιότητα δεῖξαι καίτοι ὑποσχόμενος οὔτε τὴν τοῦ κάλλους τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ εἰς ταὐτὸν συνέχεε τῇ ὑγιείᾳ τὸ κάλλος. κατὰ γὰρ τοὺς οἰκείους τοῦ λόγου μερισμοὺς καλὴν ἢ αἰσχρὰν ἔφησε γίνεσθαι ψυχήν· ὑγιαίνουσα δὲ ἢ νοσοῦσα πῶς ἂν γένοιτο, παρέλιπεν εἰς ταὐτόν, οἶμαι, συγχέων ἄμφω καὶ μὴ δυνάμενος | ἀκριβῶς τε καὶ ὡρισμένως ὑπὲρ αὐτῶν ἀποφή- 451

5 ὑγείαν P. — in verbis ὑγ. ἐργάζεται desin. excerpt. XIV codd. FP. — 6 αὐτῶν codd. edd. τῶν nos; cf. Proll. p. 93. — 7 ἴδια σώζειν pro διασώζειν L. — 8 τοῦ τὴν pro τοῦτον L. — ἁπλῶν LMAB ἁπλῶς ChK. — 9 σὺν pro ἵνα L. — 10 ὑγείαν L. — 12 διδάξαι MABChK δεῖξαι L. — 13 τῇ ante ὑγιείᾳ om. L. — 16 A verbis μὴ δυνάμενος inc. excerpt. XV codd. FP. —

sive, ut Chrysippus opinatur Stoicique omnes et ante eos Aristoteles et Theophrastus et prius etiam Plato et Hippocrates, ex calido et frigido, sicco et humido, elementorum in omnibus aequabilitas sanitatem efficit. Quodsi quis horum, quae in corpore sunt, cum iis, quae in animo, similitudinem omnem, sicut pollicitus est Chrysippus, servare vult, is planum facere debet ex quibusdam simplicibus quasi elementis constare totum animum, ut horum inter se proportione sanitatem et morbum eius contineri inveniat, id quod a Platone factum est. Chrysippus autem neque hanc sanitatis similitudinem, quamquam promiserat, neque pulchritudinis demonstrare potuit, sed pulchritudinem cum sanitate confudit. Nam secundum proprias rationis divisiones pulchrum vel deformem animum fieri dixit; at quo modo vel sanus vel aeger fieret,

νασθαι, καθάπερ ὁ Πλάτων ἐποίησεν ἐν ἄλλοις τέ τισι καὶ τῷ Σοφιστῇ τὴν μὲν τῶν μερῶν τῆς ψυχῆς πρὸς ἄλληλα στάσιν ἀποφηνάμενος εἶναι νόσον ψυχῆς, τὰς δὲ παραφόρους τε καὶ ἀμέτρους κινήσεις αὐτῆς, τουτέστι τὰς ἐνεργείας τὰς καθ' ὁρμήν, αἶσχος, ὥσπερ γε τὴν μὲν συμφωνίαν τε καὶ συμμετρίαν πρὸς ἄλληλα τῶν μορίων αὐτῆς ὑγίειαν, τὴν δὲ συμμετρίαν τῶν κινήσεων κάλλος. ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα τὸ καλὸν ἐν τῇ συμμετρίᾳ τῶν μορίων τὴν γένεσιν ἴσχει, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐνέργεια καλὴ διὰ τὴν τῶν κατὰ μέρος κινήσεων γίνεται συμμετρίαν. οὕτω γοῦν καὶ ὀρχεῖσθαι καὶ παγκρατιάζειν καὶ παλαίειν καὶ βαδίζειν εὐσχημόνως καὶ καλῶς λέγονταί τινες, ἕτεροι δὲ ἀσχημόνως τε καὶ αἰσχρῶς. ἐν μὲν γὰρ τῇ συμμετρίᾳ τῶν κατὰ μέρος κινήσεων τὸ κάλλος τῶν ἐνεργειῶν ἐστι γνώριμον, κατὰ δὲ τὴν ἀμετρίαν τὸ αἶσχος. ἔχουσι δὲ καὶ αἱ τοῦ Πλάτωνος ῥήσεις ἐκ τοῦ

---

3 τῆς ψυχῆς L. — 4 ἐνεργείας τὰς om. L. — 7 τὸ κάλλος LMABChK κάλλος FP; cf. Proll. p. 116. — ὥσπερ γε L. — 9 ἐνεργεία καλῇ LM ἐνεργείᾳ καλῇ ABCh ἐνέργεια καλὴ FPK. — 10 γίγνεσθαι MABCh γίνεσθαι L γίγνεται Corn. K γίνεται P. — 13 γὰρ om. LMABChK. — τοῦ κάλλους ταῖς ἐνεργείαις L. — 14 χρήσιμον pro γνώριμον L. — τὰς ἀμετρίας LMABChK τὴν ἀμετρίαν FP; cf. Proll. p. 86. — 15 τοῦ αἴσχους L. —

---

omisit, propterea quod utrumque, opinor, confudit neque potuit accurate distincteque de his quidquam pronuntiare, ut Plato cum aliis locis, tum in Sophista fecit, qui animi partium seditionem esse morbum dixit, temerarias autem immoderatasque motiones eius, hoc est functiones actionesque ex appetitione natas, turpitudinem appellavit, quemadmodum concentum concinnitatemque partium eius inter se sanitatem, motionum pulchritudinem. Ut enim corpus pulchrum ex partium aequabilitate nascitur, eodem modo actio pulchra ex singularium motionum gignitur aequabilitate. Sic saltare et pancratio decertare et luctari et incedere decore et pulchre nonnulli dicuntur, turpiter alii et indecenter. Nimirum ex congruentia singularium motionum pulchritudo actionum, ex discrepantia deformitas manifesta est. Platonis autem verba

Σοφιστοῦ τόνδε τὸν τρόπον· ‘[*ΞΕ.*] *δύο μὲν εἴδη κακίας* ‘*περὶ ψυχὴν ῥητέον.* | [*ΘΕ.*] *ποῖα;* [*ΞΕ.*] *τὸ μὲν οἷον νόσον* 452 ‘*ἐν σώματι, τὸ δ’ οἷον αἶσχος ἐγγιγνόμενον.* [*ΘΕ.*] *οὐκ* ‘*ἔμαθον.* [*ΞΕ.*] *νόσον ἴσως καὶ στάσιν οὐ ταὐτὸν νενόμι*‘*κας.* [*ΘΕ.*] *οὐδ’ αὖ πρὸς τοῦτο ἔχω τί χρή με ἀποκρίνασθαι.* ‘[*ΞΕ.*] *πότερον ἄλλο τι στάσιν ἡγούμενος ἢ τὴν τοῦ φύσει* ‘*ξυγγενοῦς ἔκ τινος διαφθορᾶς διαφοράν;* [*ΘΕ.*] *οὐδέν.* [*ΞΕ.*] ‘*ἀλλ’ αἶσχος ἄλλο τι πλὴν τὸ τῆς ἀμετρίας πανταχοῦ δυσει*‘*δὲς ὂν γένος;* [*ΘΕ.*] *οὐδαμῶς ἄλλο.’ οὕτω μὲν ἐν τῷ καθόλου περὶ νόσου τε καὶ αἴσχους, ὁποῖόν τι τὴν φύσιν ἑκάτερον αὐτῶν ἐστιν, ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ Πλάτων. καὶ ὅπως ἐγγίνονται ταῖς ψυχαῖς, ἐφεξῆς διδάσκων περὶ μὲν τῆς νόσου ταῦτα γράφει·* ‘[*ΞΕ.*] *τί δέ; ἐν ψυχῇ δόξας ἐπιθυμίαις καὶ*

---

1 *σοφιστικοῦ* L. — Plat. Sophist. p. 227 D sqq. — *μὴ* P[1] *μὲν* P[2]. — *ἤδη* pro *εἴδη* M. — *περὶ κακίας* L. — 2 *ψυχὴν* FPABChK *ψυχῆς* LM *ῥητέον περὶ ψυχῆς* L; cf. Proll. p. 118. — *ῥητέον ἄχρι τοῦ οὐδὲν ἄλλο* (*κ. τ. λ.* p. 431, 1) FP. — *ὧν* pro *ποῖα* L. — 3 *ἐν* om. L. — 5 *τοῦτ’ ἔχω* L. — *χρή* om. L. — *ἀποκρίνεσθαι* MAB. — 6 *πρότερον* L. — 7 *συγγενοῦς* codd. edd. *ξυγγ.* nos. — *ἔκ τινος διαφοράν* L *ἔκ τ. διαφορᾶς διαφοράν* M *ἔκ τ. διαφθορᾶς δ.* ABChK; cf. supra p. 418, 5 et C. F. Hermann. edit. Plat. Praef. I, 24. — 8 *ἀλλ’ ὃ* pro *ἄλλο* L. — *δὴ* pro *πλὴν* L. — *δυσειδὲς τῶν ἓν ὄντων γένος* ChK. — 10 *ἐστὶ ἑκάτερον αὐτῶν* L. — 11 *καὶ ὅπως* om. L. — 13 *τί δέ* LM *τόδε* A *τὸ δὲ* B *τί δαί* ChK; cf. Proll. p. 29. — *ἐπιθυμίας* — *ἡδονὰς* — *λύπας* L. —

---

ex Sophista ad hunc modum se habent: ‘(Hosp.) Duo pravitatis genera in animo dicenda sunt. (Theaet.). Quaenam? (Ho.) Unum, quod in corpore gignitur, morbo, alterum turpitudini perquam simile. (The.) Non intellexi. (Ho.) Morbum fortasse et seditionem non idem esse opinaris. (The.) Ne ad istud quidem quid respondeam, habeo. (Ho.) Num quid aliud seditionem putas quam rei natura cognatae ex aliqua corruptione dissensionem? (The.) Nihil aliud. (Ho.) At turpitudinem aliud quam genus discrepantiae, quod ubique deforme est? (The.) Nequaquam aliud.’ Haec sunt, quibus universe de morbo et turpitudine, qualis utriusque rei natura esset, Plato nos docuit. Qua vero ratione in animis gignantur, deinceps explicat atque haec de morbo

'θυμον ἡδοναῖς καὶ λόγον λύπαις καὶ πάντα ἀλλήλοις ταῦτα 'τῶν φλαύρως ἐχόντων οὐκ ᾐσθήμεθα διαφερόμενα; [Θ E.] 'καὶ σφόδρα γε. [Ξ E.] ξυγγενῆ γε μὴν ἐξ ἀνάγκης ξύμπαντα 'γέγονε. [Θ E.] πῶς γὰρ οὔ; [Ξ E.] στάσιν ἄρα καὶ νόσον
453 'τῆς ψυχῆς πονηρίαν λέγοντες ὀρθῶς ἐροῦ|μεν.' εἶτα ἐφεξῆς,
ὅπως αἶσχος ἐγγίνεται ψυχαῖς, διεξιὼν φησι· '[Ξ E.] τί δ'; 'ὅσα κινήσεως μετασχόντα καὶ σκοπόν τινα θέμενα πειρώμενα 'τούτου τυγχάνειν καθ' ἑκάστην ὁρμὴν παράφορα αὐτοῦ 'γίγνεται καὶ ἀποτυγχάνει, πότερον αὐτὰ φήσομεν ὑπὸ συμ-'μετρίας τῆς πρὸς ἄλληλα ἢ τοὐναντίον ὑπὸ ἀμετρίας αὐτὰ 'πάσχειν; [Θ E.] δῆλον ὡς ὑπὸ ἀμετρίας. [Ξ E.] ἀλλὰ μὴν 'ψυχήν γε ἴσμεν ἄκουσαν πᾶσαν πᾶν ἀγνοοῦσαν. [Θ E.] 'σφόδρα γε. [Ξ E.] τό γε μὴν ἀγνοεῖν ἐστιν ἐπ' ἀλήθειαν

1 πάντας M. — 2 τε pro τῶν L. — εἰθίσμεθα pro ᾐσθήμεθα L. — 3 ξυγγενῆ τε L. — 5 post ὀρθῶς ἐροῦμεν ChK ΘE. ὀρθότατα μὲν οὖν contra codd. inseruerunt. — εἶθ' ἑξῆς L. — 6 τί δ' LMAB τί δή ChK. — 7 ὀστᾶ pro ὅσα L. — μετέχοντα LMAB μετάσχοντα Ch μετασχόντα K. — τιθέμενα L. — πειρόμενα L πειρώμενα MABChK; cf. Herm. l. l. p. 24; Madv. Advers. crit. I, 379. — 8 τυγχάνει L. — αὐτῶν L. — 9 καὶ ἀποτυγχάνει om. L. — 10 τῆς om. L. — verba αὐτὰ κ. τ. λ. usque ad ἀμετρίας om. M. — 11 μὴν ψυχήν LMAB τὴν ψ. ChK. — 12 μὲν pro γε ἴσμεν L. — πασ ... νοοῦσαν (sic) L. — 13 τὸ δὲ μὴν L. —

disserit: '(Ho.) Quid? in animis hominum depravatorum nonne opiniones a cupiditatibus, iracundiam a voluptatibus, rationem a maeroribus omniaque haec inter se dissidere animadvertimus? (The.) Et maxime quidem. (Ho.) Atqui haec cuncta ex necessitate cognata sunt? (The.) Quidni? (Ho.) Seditionem igitur et morbum animi pravitatem dicere licet.' Deinceps turpitudo quo modo in animis gignatur, docet his verbis: '(Ho.) Quid? Illa, quae motu praedita cum finem aliquem sibi propositum attingere nitantur, in singulis appetitionibus praevaricantur atque aberrant, utrum iis ex congruentia inter se an contra ex discrepantia illud accidere dicemus? (The.) Ex discrepantia scilicet. (Ho.) Atqui animos omnes scimus, quidquid ignorant, invitos ignorare? (The.)

ʽὁρμωμένης ψυχῆς παραφόρου ξυνέσεως γιγνομένης οὐδὲν
ʽἄλλο πλὴν παραφροσύνη. [ΘΕ.] πάνυ μὲν οὖν. [ΞΕ.]
ʽψυχὴν ἄρα ἀνόητον αἰσχρὰν καὶ ἄμετρον θετέον.’ οὕτω μὲν
ἐν τῷ Σοφιστῇ Πλάτων ἀπεφήνατο καὶ καθόλου καὶ κατὰ
μέρος ὑπὲρ ὑγιείας τε καὶ κάλλους, αἶσχους τε καὶ νόσου,
καθόλου μὲν ὑπογράψας τὴν ἔννοιαν αὐτῶν, κατὰ μέρος δέ,
ὅπως ἐγγίνεται ταῖς ψυχαῖς, διδάξας. τὰς δὲ ἄλλας αὐτοῦ
ῥήσεις οὐκ ὀλίγας οὔσας ἐν πολλοῖς τῶν συγγραμμάτων, ἐν|
οἷς ὑπὲρ ὑγιείας τε καὶ κάλλους, αἶσχους τε καὶ νόσου διῆλ- 454
θεν, οὔ μοι δοκεῖ νῦν εἶναι παρατίθεσθαι καιρός· ἀλλὰ
ἐπειδὰν ὑπὲρ ὑγιείας τε καὶ νόσων ὁ λόγος ἡμῖν περαίνηται
δεικνύουσιν ὡσαύτως Ἱπποκράτει τὸν Πλάτωνα γινώσκειν
ὑπὲρ αὐτῶν, ἐπὶ πλέον ἐν ἐκείνῳ τῶν τοιούτων μνημονεύσω
ῥήσεων.

---

1 ὁρμουμένης L. — συνέσεως MAB ξυν. LChK. — 2 ἢ pro πλὴν LFP. — 3 ἄρ’ MABChK ἄρα LP (F?). — 5 ὑπὸ ὑγιείας MABChK περὶ ὑγ. FP ὑπὲρ ὑγ. L; cf. Proll. p. 104. — 6 ἀπογράψας L. — 7 ἐνδιδάξω L. — δὲ om. L. — 8 ἐν πολλοῖς τῶν συγγραμμ. L post κάλλους collocavit; cf. Proll. p. 118. — αἷς pro ἐν οἷς L. — 9 ὑγείας P. — 10 δοκεῖν L. — νῦν om. L. — 11 περὶ pro ὑπὲρ P. — νόσον F νόσου P. — παραίνηται M. — 12 ἱπποκράτει τὸν πλάτωνα P ἱπποκράτην τὸν πλ. LMAB Ἱπποκράτην καὶ τ. Πλ. ChK; cf. Proll. p. 59. — 13 αὐτοῦ L. — ἐκείνοις codd. edd. ἐκείνῳ nos. — in verbis μνημονεύσω ῥήσεων desin. exc. XV codicum FP. —

Plane. (Ho.) Ignoratio vero nihil aliud est nisi aberratio animi, qui dum ad veritatem contendit, a scientia et cognitione aberrat. (The.) Profecto. (Ho.) Animum igitur stultum turpem et inconcinnum statuere decet.’ Ita in Sophista Plato de sanitate et pulchritudine, de turpitudine et morbo tum generatim, tum singillatim disseruit, illud, cum notionem rerum descripsit, hoc, cum, quomodo in animis gignerentur, docuit. Ceteras eius orationes, quae non paucae sunt in multis eius libris, in quibus de sanitate et pulchritudine, de turpitudine et morbo disputavit, non mihi videtur in praesentia afferendi locus; sed cum de sanitate morbisque disputandum nobis erit probandumque eandem esse Hippocratis et Platonis de his rebus sententiam, tum fusius eas commemorabimus.

Νυνὶ δέ, οὔτε γὰρ ἁπλῶς περὶ κάλλους ἢ ὑγιεί… αἴσχους ἢ νοσημάτων ὁ λόγος οὔτε περὶ μόνων τῶν … σώματος, ἀλλὰ περὶ τῶν παθῶν τῆς ψυχῆς ἐξ ἀρχῆς … προὔκειτο, παραλείψω μὲν τἆλλα, τὸ προκείμενον δὲ … μόνον ἀναλήψομαι. πρόκειται δὲ δεικνύειν, ὡς οὔτε … ἓν μόριον τῆς ψυχῆς οὔτε κατὰ μίαν αὐτῆς δύναμιν αἱ … κρίσεις γίνονται καὶ τὰ πάθη συνίσταται, καθάπερ ὁ Χρ… σιππος ἔφασκεν, ἀλλὰ καὶ δυνάμεις πλείους αὐτῆς εἰσιν ἑτε… ρογενεῖς καὶ μόρια πλείω. τὸ μὲν δὴ τὰς δυνάμεις τῆς ψυχ… τρεῖς εἶναι τὸν ἀριθμόν, αἷς ἐπιθυμοῦμέν τε καὶ θυμούμε… καὶ λογιζόμεθα, καὶ Ποσειδώνιος ὁμολογεῖ καὶ Ἀριστοτέλης
455 *τὸ δὲ καὶ τοῖς τόποις αὐτὰς ἀλλήλων | κεχωρίσθαι καὶ τὴν ψυχὴν ἡμῶν μὴ μόνον ἔχειν ἐν ἑαυτῇ δυνάμεις πολλάς, ἀλλὰ καὶ σύνθετον ἐκ μορίων ὑπάρχειν ἑτερογενῶν τε καὶ δια… φερόντων ταῖς οὐσίαις Ἱπποκράτους ἐστὶ καὶ Πλάτωνος δόγμα καί μοι πολλὰ μὲν ἤδη περὶ τῆς ἀληθείας αὐτοῦ διὰ τῶν*

---

3 ἐξ ἀρχῆς om. MABChK. — 4 παραλείψομεν L παραλείψωμεν MAB παραλείψω μὲν ChK; cf. Proll. p. 48. — τἄλλα L τἆλλα MABChK. — 5 ἀναλήψομεν L ἀναλάψομαι M. — 7 συνίστανται LM. — 9 A verbis τὸ μὲν δὴ inc. excerpt. XVI codd. FP. — 12 τῶν τότε αὐτὰ pro τοῖς τόποις αὐτὰς L. — κεχωρῆσθαι MAB. — τῇ ψυχῇ L. — 13 ἑαυτῇ P. — 14 καὶ bis post τε M. —

Nunc quoniam nec de pulchritudine ipsa per se vel sanitate vel turpitudine vel morbis agitur neque de solis corporis, sed de animi affectibus a principio nobis proposita fuit disputatio, missis ceteris ad institutum ipsum revertemur. Institui autem dēmonstrare neque in una parte animi neque in una facultate iudicia et affectus exsistere, ut Chrysippus affirmavit, sed plures esse diversasque genere tum facultates, tum partes. Facultates quidem animi tres esse numero, quibus cupiamus et irascamur et ratiocinemur, et Posidonius concedit et Aristoteles, locis vero etiam inter se separatas esse animumque nostrum non modo facultates multas in se habere, verum etiam ex partibus diversis genere naturaque discrepantibus constare Hippocratis Platonisque placitum est. De cuius veritate multa a nobis iam supra dicta sunt multaque etiam infra dicentur. Nunc redeo ad Chrysippum, qui

ἔμπροσθεν εἴρηται, πολλὰ δὲ ἐν τοῖς ἐφεξῆς εἰρήσεται. νυνὶ δὲ ἐπὶ τὸν Χρύσιππον αὖθις ἐπάνειμι μήτε τὰς εἰρημένας δυνάμεις ὁμολογοῦντα κατὰ τὴν ψυχὴν ἡμῶν ὑπάρχειν, ἀλλὰ πᾶσαν ἐνέργειάν τε καὶ πάθος ἐν τῷ λογιστικῷ μόνῳ συνίστασθαι φάσκοντα, μήθ' ὅπως ἰᾶσθαι χρὴ τὰ πάθη γενόμενα μήθ' ὅπως κωλῦσαι γενέσθαι, διδάσκοντα. διηνέχθη μὲν οὖν καὶ περὶ τούτου πρὸς ἑαυτόν, ὥσπερ καὶ περὶ παμπόλλων ἑτέρων, ἐν μὲν τῷ προτέρῳ περὶ ψυχῆς τιθέμενος εἶναι ταύτας δυνάμεις τῆς ψυχῆς, ὡς ἐν τῷ πρὸ τούτου γράμματι παραθέμενος αὐτοῦ τὰς ῥήσεις ἐπέδειξα, κατὰ δὲ τὰ περὶ παθῶν βιβλία κρίσεις τινὰς ὑπάρχειν τὰ πάθη τοῦ λογιστικοῦ τῆς ψυχῆς ἀποφηνάμενος. ἀλλὰ ἡμεῖς, ἃ μὲν ἀληθῶς εἶπε, μαρτύρια τῶν Ἱπποκράτους τε καὶ Πλάτωνος δογμάτων οὐ τὰ τυχόντα νομίζομεν ὑπάρχειν εἰρημένα τε | πρὸς ἀνδρὸς 456
οὐ συνετοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ σπεύδοντος ἅπαντι τρόπῳ το παλαιὸν δόγμα διαβάλλειν. ἡ γὰρ περὶ τῶν τοιούτων μαρτυ-

1 ἐν ταῖς MABCh. — in verb. εἰρήσεται desin. exc. XVI. — 2 μὴ δὲ pro μήτε L. — 4 λόγω pro μόνῳ L. — 5 πάσχοντα pro φάσκ. L. — μηδόλως pro μήθ' ὅπως L. — 6 κωλύσαι LMABCh. — διδάσκοντας M. — 8 τῶ περὶ ψυχῆς προτέρω L; cf. Proll. p. 119. — 9 ταῦτα L. — ἃς MABChK ὡς L; cf Proll. p. 83. — 11 τῶν παθῶν MABChK παθῶν sine Articulo L. — βιβλίων M. — 13 μαρτυρία MABCh. — 16 διαβαλεῖν MAB διαβάλλειν L. —

neque facultates has inesse in animis nostris concedit, sed omnes et actiones et affectus in sola ratione consistere affirmat, neque, perturbationes quomodo aut ortae curari aut ne fiant prohiberi possint, docet. Qua de re, sicut de aliis plurimis, secum dissidet, quippe qui in primo de anima libro has facultates esse posuerit, ut in superiore libro laudatis eius verbis ostendi, in libris de perturbationibus rationalis animi partis iudicia quaedam perturbationes esse pronuntiaverit. Nos autem ea, quae vere dixit Chrysippus, locupletissima Hippocratis Platonisque decretorum esse testimonia putamus, quippe cum ab homine non intellegente tantum dicta sint, sed qui veterum decretum omnibus modis labefactare studuerit. Haec enim de huiuscemodi rebus testimonia eorum esse solent, qui a veritate ipsa coguntur verum

ρία καταναγκαζομένων ὑπὸ τῆς ἀληθείας εἴωθε γίνεσθαι. μεταβάντες δὲ πάλιν ἐφ' ἕτερα τῶν ὑπὸ αὐτοῦ γεγραμμένων εἰς τὸ προκείμενον ἐπιδείξομεν, ὅπως καὶ τούτων ἔνια μὲν οἷς αὐτὸς εἶπεν οὐ συμφωνεῖ, ἔνια δὲ αὖ τοῖς ἐναργέσι μάχεται, τινὰ δὲ κατὰ ἄμφω πεπλημμέληται. καὶ πρῶτόν γε πάλιν ἀναλάβωμεν εἰς ὅπερ ἐτελεύτησεν ὁ προγεγραμμένος μοι λόγος, ὡς ὑγίεια καὶ νόσος, αἶσχός τε καὶ κάλλος ψυχῆς ἐν τοῖς μέρεσι γίνεται αὐτῆς καὶ ὡς τὰ μέρη ταῦτα ἔννοιαί τε καὶ προλήψεις εἰσί, συγχωρήσωμεν αὐτῷ τήν γε πρώτην. ὅτι μὲν γὰρ ὅλως οὐ χρὴ κατὰ τὰς ἐνεργείας τίθεσθαι νόσον ἢ ὑγίειαν, ἀλλὰ αἶσχος ἢ κάλλος μόνον, εἴρηταί μοι πρόσθεν· ὅτι δὲ οὐδὲ εἴ τις οὕτω συγχωρήσειε, τὰ γοῦν ἑξῆς ὀρθῶς εἴρηται, νῦν ἐπιδεῖξαι πειράσομαι. εἴπερ γὰρ ἐν τῷ μάχεσθαι δύο κρίσεις ἀλλήλαις ἡ τῶν παθῶν ἐστι γένεσις, ἀνάγκη τῶν
457 δύο τούτων κρίσεων | ἤτοι τὴν ἑτέραν μὲν ὑπάρχειν ἀληθῆ, τὴν ἑτέραν δὲ ψευδῆ ἢ ἀμφοτέρας ψευδεῖς, εἴ τις καὶ τοῦτο

1 καταναγκαζομένη L. — 3 ὅπερ M. — 4 verba οἷς — ἔνια om. L. — οὐδ' pro δὲ L. — αὐτοῖς LM. — 6 ἀναλάβομεν LM. — 8 αὐτῆς γίγνεται L. — 9 συγχωρήσομεν L. — αὐτὴν pro αὐτῷ L. — τὴν om. L. —

fateri. Sed ad alia rursus, quae ad rem propositam ab eo scripta sunt, redeuntes ea partim sibi non constare, partim evidentibus rebus repugnare, partim utroque modo peccare ostendemus. Ac primum quidem repetamus illud, quod in extrema oratione Chrysippi a me laudata positum est, sanitatem et morbum, pulchritudinem et turpitudinem animi in eius partibus fieri partesque has notiones anticipationesque esse primum illi concedamus. Quamquam enim supra diximus non debere omnino in actionibus morbum aut sanitatem, sed pulchritudinem tantum et turpitudinem poni, tamen etiamsi quis illud ipsum concedat, sequentia certe non recte esse dicta nunc conabor ostendere. Nam si ex duorum iudiciorum inter se pugna ortus perturbationum fit, necesse erit aut alterum verum esse, alterum falsum aut ambo falsa, si modo hoc aliquis concesserit, rationalem enim quaestionem habet. Sive autem ambo falsa sive alterum

συγχωρήσειεν, ἔχει γάρ τινα ζήτησιν λογικήν. εἴτε δὲ ἀμφοτέρας ψευδεῖς εἴτε τὴν ἑτέραν αὐτῶν ἀληθῆ φαίημεν ὑπάρχειν, οὐδαμῶς ἡ μάχη τῶν κρίσεων ἔσται τὸ πάθος. ἀλλὰ εἰ μὲν ἰσάζοιέν πως ἀλλήλαις αἱ κρίσεις ὡς πρὸς πίστιν, ἐπέχειν ἀναγκαῖον ἡμᾶς ἔσται περὶ τῆς τοῦ πράγματος ὑπάρξεως, εἰ δὲ ἡ ἑτέρα φαίνοιτο μακρῷ πιστοτέρα, συγκατατίθεσθαι μὲν καὶ πράττειν γέ τι κατὰ τὴν συγκατάθεσιν, οὐκ ἀπερισκέπτως δέ, καθάπερ εἰ καί τις τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν οἰόμενος ὑπάρχειν ἔχοι τι βραχὺ περιέλκον εἰς τοὐναντίον ἢ εἰ μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν ὑπολαμβάνων ὅμως ἔτι καὶ αὐτὸς ἀντισπῶσαν ἑτέραν ὑπόληψιν ἔχοι πρὸς τὸ μὴ διατεταμένως πιστεύειν ἢ εἰ, καθάπερ ὁ *Πύρρων*, ἀμφοτέρας ὁμοτίμως τιθέμενος ἐπέχοι περὶ τῆς ἀποφάσεώς τε καὶ συγκαταθέσεως. ἐν οὐδενὶ γὰρ τῶν τοιούτων συνίσταται τὸ πάθος, ὥσπερ καὶ αὐτὸς ὁ *Χρύσιππος* ἐναργῶς ἐδήλωσε διὰ ὧν ἐν τῷ πρὸ τούτου γράμματι παρεθέμην ῥήσεων, ἐν αἷς φησιν | 'οὐχὶ εἰ διημαρτημένως φέρεται καὶ παριδών τι κατὰ τὸν 458

1 λογικήν LMA λογιστικήν BChK. — 2 αὐτῶν om. M. — 4 ἰσάζοιε MABCh. — 9 περιέλκων MAB. — 12 ἢ om. L. — πύρων MAB. — ἀμφότερ (sic) L; cf. Proll. p. 98. — 17 εἰ om. codd. edd. restituit Corn.; cf. Proll. p. 127. — διημαρτημένος K (cf. Proll. p. 65) διημαρτημένως ὡς L. — τί ὁ κατὰ L. —

verum esse dicimus, perturbatio nullo modo pugna iudiciorum erit. Sed si aequantur inter se, quod ad fidem attinet, iudicia, sustinendus prorsus nobis est assensus de rei veritate, sin alterum multo probabilius videtur, assentiri quidem et ex assensione agere aliquid, non inconsiderate tamen necesse est, ut si quis voluptatem bonum esse existimans parvum quid habet, quo in contrarium retrahatur, vel si quis honestum solum bonum putans tamen et ipse alia opinione revocatur, ut non firmiter constanterque illi credat, vel si, quemadmodum Pyrrho, has duas opiniones in aequo ponens negationem et assensum inhibet. Nullo enim modo ex his exsistit perturbatio, id quod ipse etiam Chrysippus verbis illis, quae in superiore libro attuli, aperte declaravit, ubi inquit 'non si a b e r r a n s f e r t u r a l i q u i s vel i n c u r i a

λόγον', ὅσα τε ἄλλα τοιαῦτα προσέγραψε, συνίστασθαι τὸ πάθος, ἀλλὰ ὅταν ἀπειθὴς ἡ ὁρμὴ γίνηται τῷ λόγῳ, ὥστε κἀνταῦθα πάλιν ἐναντιολογίαν τινὰ εὑρίσκεσθαι τοῦ Χρυσίππου πρὸς ἑαυτόν, εἴπερ ἀποχωρίσας τὸ πάθος τῶν διημαρτημένων κρίσεων αὖθις ἐν τῇ τῶν κρίσεων πρὸς ἀλλήλας ἐναντιολογίᾳ τά τε νοσήματα τῆς ψυχῆς καὶ τὰ πάθη συνίστασθαι λέγει. μὴ τοίνυν θαυμάζωμεν ἔτι μηδὲ ὅτι τὰς θεραπείας τῶν παθῶν ὀρθῶς μὲν ὁ Πλάτων ἔγραψεν, ὡς καὶ ὁ Ποσειδώνιος αὐτῷ μαρτυρεῖ, μοχθηρῶς δὲ ὁ Χρύσιππος. ὁ γὰρ μήτε πάσας τὰς αἰτίας τῶν παθῶν ἀποφήνασθαι τολμήσας, ἀλλὰ ἐν ταῖς κυριωτάταις ἀπορεῖν ὁμολογήσας, ὡς ἐν τῷ πρὸ τούτου δέδεικται γράμματι, μήτε ἐν αἷς ἐτόλμησεν εἰπεῖν τι καλῶς ἀποφηνάμενος οὗτος οὐκ ἄν, οἶμαι, δύναιτο τὴν θεραπείαν αὐτῶν ποιήσασθαι κατὰ τρόπον. ἀλλά, ὅπερ εἶπον ἤδη καὶ πρόσθεν, εἴ τις ἐξελέγχοι τὰ τέσσαρα τοῦ Χρυσίππου βιβλία, πολὺ πλεόνων αὐτῷ δεήσει συγγραμμάτων.|

2 *τοῦ λόγου* L. — 3 *ἢ ἀντιλογίαν* pro *ἐναντιολ.* L. — 4 *ἀποχωρήσας* MABCh. — 6 *ὁμολογί ὅσά τε* L *ὁμολογίαν τάτε* M *ὁμολογίᾳ τά τε* AB *ἐναντιολογίᾳ τά τε* Corn. ChK (fortasse *οὐχ ὁμολογία* vel *ἀνομολογίᾳ τ. τ.*) — 7 *λέγοι* LMABCh. — 9 *καὶ* om. MABChK̄. — 10 *οὐ γὰρ* M. — 13 *οὗτος* om. L. — *δύνατο* M. — 15 *εἴτε* pro *εἴ τις* L. — 16 *πολὺ* om. L. —

quadam in ratione labitur' et quae sequuntur, perturbationem consistere, sed, si non obedit rationi appetitio, adeo ut hic quoque Chrysippus sibi ipse adversari deprehendatur, si quidem, cum perturbationem ab errantibus iudiciis separaverit, nihilominus in iudiciorum inter se pugna morbos animi et perturbationes consistere dicit. Nihil igitur mirum esse debet, si recte a Platone affectuum curationes traditae sunt, ut Posidonius quoque testatur, a Chrysippo contra perperam. Qui enim neque omnes perturbationum causas ausus sit explicare, sed in praecipuis se haerere fateatur, ut in superiore libro demonstratum est, neque in istis, quas affert, recte quidquam dixerit, fieri non potest, ut is de curatione perturbationum convenienter disputet. Sed, quod iam antea dixi, si quis quatuor Chrysippi libros omnes refutare velit, multo plura ei conscribenda erunt volumina.

Ὅσα τοίνυν ἀναγκαιότατα πρὸς τὴν προκειμένην ἡμῖν 459
πραγματείαν ἐστί, ταῦτα ἐπέλθωμεν μόνα καὶ πρῶτόν γε αὐτῶν προχειρισώμεθα τὸ περὶ τῆς τῶν παιδίων διοικήσεως. οὔτε γὰρ ὑπὸ λόγου τὰς ὁρμὰς αὐτῶν ἐπιτροπεύεσθαι δυνατὸν εἰπεῖν, οὐ γὰρ ἔχει ἤδη πω τὸν λόγον, οὔθ' ὡς οὐ θυμοῦταί τε καὶ λυπεῖται καὶ ἥδεται καὶ γελᾷ καὶ κλαίει καὶ τοιαῦθ' ἕτερα πάθη πάσχει μυρία. πολὺ γὰρ δὴ καὶ πλείω καὶ σφοδρότερα τὰ πάθη τοῖς παιδίοις ἐστὶν ἢ τοῖς τελείοις. οὐ μὴν ἀκολουθεῖ γε ταῦτα τοῖς Χρυσίππου δόγμασιν, ὥσπερ οὐδὲ τῷ μηδεμίαν οἰκείωσιν εἶναι φύσει πρὸς ἡδονὴν ἢ ἀλλοτρίωσιν πρὸς πόνον. ᾄττει μὲν γὰρ ἀδιδάκτως ἅπαντα τὰ παιδία πρὸς τὰς ἡδονάς, ἀποστρέφεται δὲ καὶ φεύγει τοὺς πόνους. ὁρῶμεν δὲ αὐτὰ καὶ θυμούμενα καὶ λακτίζοντα καὶ δάκνοντα καὶ νικᾶν ἐθέλοντα καὶ κρατεῖν τῶν τοιούτων, ὥσπερ ἔνια τῶν ζῴων, οὐδενὸς ἄθλου προβαλλομένου παρὰ

1 ἡμῖν post πραγματείαν L. — 3 προχειρησώμεθα MAB προχειρισόμεθα L. — τῆς ποδῶν L τ. τῶν παίδων MABChK τ. τ. παιδίων nos; cf. Proll. p. 124. — 4 ἐπὶ pro ὑπὸ L. — ἐπιτρέπεσθαι L. — 5 ἔχουσιν codd. edd. ἔχει nos. — πω om. MABChK. — 6 τε om. L. — 7 πάθη om. L. — 8 ἐστὶν οὐ LMABCh ἐ. ἢ Corn. K; cf. Proll. p. 124. — 10 οὔτε τὸ codd. edd. οὐδὲ τῷ nos; cf. Proll. p. 103. — φήσει pro φύσει M. — 15 προβαλομένου M προκαλεῖ μὲν οὐ*L. —

Quae igitur ad propositam operis rationem perquam sunt necessaria, ea sola persequamur ac primum de puerorum institutione disputare aggrediamur. Dici sane non potest aut eorum appetitiones a ratione regi, ut qui rationis expertes sint, aut eos non irasci, non dolere, non laetari, non ridere, non flere, non aliis huiuscemodi affectibus obnoxios esse. Multo enim plures sunt et vehementiores in pueris quam in adultis. Haec vero Chrysippi decretis non consentanea sunt cum aliis tum illi, quo naturalem esse et ad voluptatem conciliationem et a labore alienationem negat. Nimirum omnes parvuli nullius doctrina usi ad voluptates impetu quodam feruntur, aversantur fugiuntque labores. Eosdem irasci videmus et calcitrare et mordere et vincendi cupidos esse ac superandi alios, qui eodem animo sunt, sicut nonnullas bestias, nullo praeter ipsam victoriam praemio

τὸ νικᾶν αὐτό. φαίνεται δὲ ἐναργῶς τὸ τοιοῦτον ἐπὶ ὀρτύγων καὶ ἀλεκτρυόνων καὶ περδίκων ἰχνεύμονός τε καὶ ἀσπί-
460 δος καὶ | κροκοδείλου καὶ μυρίων ἑτέρων. οὕτως οὖν ᾠκειῶσθαι καὶ τὰ παιδία φαίνεται καὶ πρὸς ἡδονὴν καὶ πρὸς νίκην, ὥσπερ ὕστερόν ποτε δείκνυσιν, ἐπειδὰν προβαίνῃ κατὰ τὴν ἡλικίαν, ὅτι πρὸς τὸ καλὸν ἔχει τινὰ φυσικὴν οἰκείωσιν. αἰδεῖται γοῦν ἁμαρτάνοντα προϊούσης αὐτοῖς τῆς ἡλικίας καὶ χαίρει τοῖς καλοῖς ἔργοις καὶ δικαιοσύνης καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἀντιποιεῖται καὶ πράττει πολλὰ κατὰ τὰς τῶν ἀρετῶν τούτων ἐννοίας, ἔμπροσθεν, ἡνίκα ἦν ἔτι σμικρά, κατὰ πάθος ζῶντα καὶ τῶν ἐκ τοῦ λόγου προσταγμάτων οὐδεμίαν φροντίδα ποιούμενα. τριῶν οὖν τούτων ἡμῖν οἰκειώσεων ὑπαρχουσῶν φύσει, μιᾶς καθ' ἕκαστον τῶν μορίων τῆς ψυχῆς εἶδος, πρὸς μὲν τὴν ἡδονὴν διὰ τὸ ἐπιθυμητικόν, πρὸς δὲ τὴν νίκην διὰ τὸ θυμοειδές, πρὸς δὲ τὸ καλὸν διὰ τὸ λογιστικὸν Ἐπίκουρος μὲν τὴν τοῦ χειρίστου μορίου τῆς ψυχῆς

---

2 ἀλεκτριόνων M. — ἀσπίδα M. — 3 post ἀσπ. LM τε καὶ praebent. — 4 οἰκειοῦσθαι codd. edd. ᾠκειῶσθαι nos. — 6 τὸ om. L. — 7 αὐτῆς L. — 11 πραγματείων (sic) pro προσταγμάτων L. — 12 οὖν om. M. — ὑμῖν LABChK ἡμῖν M. — 13 post φύσει nos μιᾶς inseruimus. — 16 χωρίστου pro χειρίστου L. —

---

proposito. Quod evidenter in coturnicibus, gallis, perdicibus, ichneumone, aspide, crocodilo innumerabilibusque aliis bestiis cernere licet. Non secus pueruli conciliationem et ad voluptatem et ad victoriam prae se ferunt, quemadmodum postea, ubi aetate processerunt, ad honestum naturalem quandam conciliationem ostendunt. Erubescunt enim procedente aetate, cum peccaverunt, honestisque actionibus delectantur iustitiamque et alias virtutes sibi adsciscunt multaque ex harum virtutum notionibus agunt, qui iidem olim, cum parvuli erant, affectus sequebantur rationisque praeceptis non obediebant. Cum igitur tres has conciliationes naturales habeamus, singulas in singulis animi partibus, ad voluptatem propter concupiscibilem, ad victoriam propter irascibilem, ad honestatem denique propter rationalem, Epicurus solam pravissimae partis conciliationem specta-

οἰκείωσιν ἐθεάσατο μόνην, ὁ δὲ Χρύσιππος τὴν τοῦ βελτίστου φάμενος ἡμᾶς ᾠκειῶσθαι πρὸς μόνον τὸ καλόν, ὅπερ εἶναι δηλονότι καὶ ἀγαθόν. ἁπάσας δὲ τὰς τρεῖς οἰκειώσεις θεάσασθαι μόνοις τοῖς παλαιοῖς ὑπῆρξε | φιλοσόφοις. ἐάσας 461
οὖν τὰς δύο ὁ Χρύσιππος εἰκότως ἀπορεῖν ἐρεῖ τῆς κατὰ τὴν κακίαν γενέσεως οὔτε αἰτίαν ἔχων εἰπεῖν αὐτῆς οὔτε τρόπους τῆς συστάσεως οὐθ' ὅπως ἁμαρτάνει τὰ παιδία, δυνάμενος ἐξευρεῖν, ἅπερ εὐλόγως, οἶμαι, πάντα καὶ ὁ Ποσειδώνιος αὐτοῦ καταμέμφεταί τε καὶ ἐλέγχει. εἰ γὰρ δὴ πρὸς τὸ καλὸν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ᾠκείωται τὰ παιδία, τὴν κακίαν οὐκ ἔνδοθεν οὐδὲ ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλὰ ἔξωθεν μόνον ἐχρῆν αὐτοῖς ἐγγίνεσθαι. ἀλλὰ μὴν ὁρᾶταί γε, κἂν χρηστοῖς ἔθεσιν ἐντρέφηται καὶ προσηκόντως παιδεύηται, πάντως ἐξαμαρτάνοντά τι καὶ τοῦτο αὐτὸ καὶ ὁ Χρύσιππος ὁμολογεῖ. καίτοι γε ἐνῆν αὐτῷ ὑπεριδόντι τῶν ἐναργῶς φαινομένων αὐτὸ μόνον ὁμολογῆσαι τὸ ταῖς ἰδίαις ὑποθέσεσιν ἀκόλουθον, εἰ καλῶς

2 ὠκειῶσθαι L οἰκειῶσθαι MA οἰκειοῦσθαι BChK ᾠκειῶσθαι nos; cf. Programm. II, 15. — 4 ἅτε pro ἐάσας L. — 9 τε om. MABChK. — λέγει pro ἐλέγχει L. — 10 τὴν om. M. — 12 τε pro γε L. — ἐντρέφεται MAB. — 13 προσήκοντα L. — 14 καὶ post τι om. L. — γέγονεν pro γε ἐνῆν L. — 15 ἐναργῆ ABCh. — φωνουμένων pro φαινομένων M. —

vit, Chrysippus solam optimae, ad honestum solum, quod idem esset ac bonum, propensos nos esse affirmans. Omnes vero has tres perspicere solis veteribus philosophis licuit. Quarum duabus omissis Chrysippus merito haesitare se dicit de origine pravitatis neque causam eius neque, qua ratione consistat, explicare neque, quo modo peccent parvuli, invenire potest, quae omnia non sine causa, ut opinor, Posidonius quoque in eo reprehendit damnatque. Nam si ad honestatem parvuli statim a principio propensi essent, pravitatem necesse esset non intus et ex iis ipsis, sed extrinsecus tantum iis accidere. Atqui quamvis bonis moribus imbuantur optimeque erudiantur, peccare tamen utique videntur, quod ipsum etiam Chrysippus fatetur. Quamquam licebat ei neglectis iis, quae evidenter apparent, illud tantum concedere, quod proposito suo esset consentaneum, parvulos,

ἀχθείη τὰ παιδία, πάντως αὐτὰ φάσκοντι σοφοὺς ἄνδρας
γενήσεσθαι τοῦ χρόνου προϊόντος. ἀλλὰ οὐκ ἐτόλμησε τοῦτό
γε καταψεύσασθαι τῶν φαινομένων, ἀλλὰ κἂν ὑπὸ φιλοσόφῳ
τρέφηται μόνῳ καὶ μηδὲν μήτε θεάσηται μήτε ἀκούσῃ πώ-
462 ποτε παράδειγμα | κακίας, ὅμως οὐκ ἐξ ἀνάγκης αὐτὰ φιλο-
σοφήσειν· διττὴν γὰρ εἶναι τῆς διαστροφῆς τὴν αἰτίαν, ἑτέ-
ραν μὲν ἐκ κατηχήσεως τῶν πολλῶν ἀνθρώπων ἐγγινομένην,
ἑτέραν δὲ ἐξ αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς φύσεως. ἐγὼ δὲ
ὑπὲρ ἑκατέρας αὐτῶν ἀπορῶ καὶ πρώτης γε τῆς ἐκ τῶν πέλας
γινομένης. καὶ γὰρ διὰ τί θεασάμενά τε καὶ ἀκούσαντα
παράδειγμα κακίας οὐχὶ μισεῖ τοῦτο καὶ φεύγει τῷ μηδεμίαν
οἰκείωσιν ἔχειν πρὸς αὐτό, θαυμάζειν ἐπέρχεταί μοι καὶ πολὺ
δὴ μᾶλλον, ἐπειδὰν μήτε θεασάμενα μήτε ἀκούσαντα πρὸς
αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἐξαπατηθῇ. τίς γὰρ ἀνάγκη τοὺς
παῖδας ὑπὸ μὲν τῆς ἡδονῆς ὡς ἀγαθοῦ δελεάζεσθαι μηδεμίαν
οἰκείωσιν ἔχοντας πρὸς αὐτήν, ἀποστρέφεσθαι δὲ καὶ φεύγειν

1 φάσκοντα L. — 4 verba μόνῳ — θεάσηται om. L. — ἀκούσειε MABCh. — post ἀκούσῃ L μήτε repetit. — 5 ὅπως L. — αὐτῷ M αὐτῷ ABCh. — 8 αὐτῶν L. — 10 ιδια pro διὰ L; cf. Proll. p. 93. — θεασάμενον AB. — τε om. L. — 11 τὸ MABCh τῷ Corn. K τῷ om. L. — 12 αὐτὰ L. — 14 ἐξηπατηθῇ L. — 15 ἐιωθον (sic) pro ἀγαθοῦ L. —

si bene educati essent, progrediente aetate viros sapientes utique evasuros esse; sed contra aperta non est ausus ita mentiri, quin etiam, licet a philosopho solo educentur ac nullum neque videant neque audiant unquam exemplum pravitatis, tamen non necessario philosophaturos ait; dupljcem enim esse perversitatis causam, unam, quae ex auditione institutioneque multorum hominum, alteram, quae ex ipsa rerum natura gignatur. Mihi de utraque causa dubitandum videtur ac primum quidem de ea, quae ex aliis hominibus nascitur. Cur enim, ubi viderint audiverintque aliquod pravitatis exemplum, non oderint illud et fugiant eo, quod nullam ad id conciliationem habeant, mirari satis non queo atque eo magis, cum, qui nihil neque auditu neque visu perceperint, a rebus ipsis illecti decipiantur. Quae enim necessitas est, ut pueri voluptate perinde ac bono alliciantur, si nulla iis ad illam conciliatio est, aversentur fugiantque laborem,

τὸν πόνον, εἴπερ μὴ καὶ πρὸς τοῦτον ἠλλοτρίωνται φύσει; τίς δὲ ἀνάγκη πρὸς μὲν τοὺς ἐπαίνους καὶ τὰς τιμὰς ἥδεσθαί τε καὶ χαίρειν αὐτοῖς, ἄχθεσθαι δὲ καὶ φεύγειν τούς τε ψόγους καὶ τὰς ἀτιμίας, εἴπερ μὴ καὶ πρὸς ταῦτα φύσει τινὰ ἔχουσιν οἰκείωσίν τε καὶ ἀλλοτρίωσιν; εἰ γὰρ καὶ μὴ ταῖς φωναῖς, ἀλλὰ τῇ γε δυνάμει τῶν λεγομένων ὁμολογεῖν | ἔοικεν ὁ 463 Χρύσιππος, ὡς ἔστιν οἰκείωσίς τέ τις ἡμῖν καὶ ἀλλοτρίωσις φύσει πρὸς ἕκαστον τῶν εἰρημένων. ἐπειδὰν γὰρ λέγῃ τὰς περὶ ἀγαθῶν [καὶ κακῶν] ἐγγίνεσθαι τοῖς φαύλοις διαστροφὰς διά τε τὴν πιθανότητα τῶν φαντασιῶν καὶ τὴν κατήχησιν, ἐρωτητέον αὐτὸν τὴν αἰτίαν, διὰ ἣν ἡδονὴ μὲν ὡς ἀγαθόν, ἀλγηδὼν δὲ ὡς κακὸν πιθανὴν προβάλλουσι φαντασίαν· οὕτω δὲ καὶ διὰ τί τὴν μὲν νίκην τὴν ἐν Ὀλυμπιάσι καὶ τὴν τῶν ἀνδριάντων ἀνάθεσιν ἐπαινούμενά τε καὶ μακαριζόμενα πρὸς τῶν πολλῶν ἀκούοντες ὡς ἀγαθά, περὶ δὲ τῆς ἥττης τε καὶ τῆς ἀτιμίας ὡς κακῶν ἑτοίμως πειθόμεθα. καὶ

1 μοι pro μὴ M. — ἠλλοτρίωται codd. edd. ἠλλοτρίωνται nos; cf. Proll. p. 126. — 2 ἴδεσθαι L ἴεσθαι M. — 5 εἰ γὰρ μὴ MABChK εἰ γ. μ. καὶ L εἰ γ. καὶ μὴ nos. — 6 τῆς γε M. — τῶν λεγομένων om. L. — 8 τίς pro τὰς L. — 9 ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ L καὶ κακῶν uncis inclusimus. — 11 αὐτῶν corr. in αὐτὸν M. — ἡδονὴν L. — ὡ pro ὡς M. — 12 προβαλούσῃ φαντασίᾳ L. — 13 ὀλυμπιάσι L ὀλυμπιάσιν MABChK. — 16 κακὰ codd. edd. κακῶν nos; cf. Proll. p. 125. —

si non natura ab eo alienati sunt? Quid est, cur laudibus et honoribus laetentur et gaudeant, vituperationes et ignominias moleste ferant ac fugiant, si ne ad haec quidem naturalem quandam aut conciliationem aut alienationem habent? Nam si minus verbis, at vi certe, quae verbis subiecta est, illud assentiri videtur Chrysippus, ad singula illa, quae dixi, tum conciliationem, tum alienationem nobis insitam esse. Cum enim de bonis probabilitate visorum et hominum institutione in animis pravorum perversitatem inolescere ait, causa ab eo requirenda est, cur voluptas tamquam bonum, dolor tamquam malum probabilem visionem speciemque offerat, item cur victoriam Olympicam statuarumque dedicationem laudari celebrarique a plerisque tamquam bona, cladem contra et ignominiam tamquam mala vituperari

γὰρ καὶ ταῦθ' ὁ Ποσειδώνιος μέμφεται καὶ δεικνύναι πειρᾶται πασῶν τῶν ψευδῶν ὑπολήψεων τὰς αἰτίας ἐν μὲν τῷ θεωρητικῷ διὰ τῆς παθητικῆς ὁλκῆς γίνεσθαι, προηγεῖσθαι δὲ αὐτῆς τὰς ψευδεῖς δόξας ἀσθενήσαντος περὶ τὴν κρίσιν τοῦ λογιστικοῦ· γεννᾶσθαι γὰρ τῷ ζῴῳ τὴν ὁρμὴν ἐνίοτε μὲν ἐπὶ τῇ τοῦ λογιστικοῦ κρίσει, πολλάκις δὲ ἐπὶ τῇ κινήσει τοῦ παθητικοῦ. συνάπτει δὲ εἰκότως τοῖς λόγοις τούτοις ὁ Πο-
164 σειδώνιος τὰ κατὰ τὴν | φυσιογνωμονίαν φαινόμενα· καὶ γὰρ τῶν ζῴων καὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅσα μὲν εὐρύστερνά τε καὶ θερμότερα, θυμικώτερα πάνθ' ὑπάρχειν φύσει, ὅσα δὲ πλατυΐσχιά τε καὶ ψυχρότερα, δειλότερα. καὶ κατὰ τὰς χώρας δὲ οὐ σμικρῷ τινι διενηνοχέναι τοῖς ἤθεσι τοὺς ἀνθρώπους εἰς δειλίαν καὶ τόλμαν ἤτοι φιλήδονόν τε καὶ φιλόπονον, ὡς τῶν παθητικῶν κινήσεων τῆς ψυχῆς ἑπομένων ἀεὶ τῇ διαθέσει τοῦ σώματος, ἣν ἐκ τῆς κατὰ τὸ περιέχον κράσεως

3 θεωρηματικῷ L. — γίνεσθαι om. codd. edd.; cf. Proll. p. 127. — 4 αὐταῖς L; cf. Proll. p. 80. — ἀσθενήσαντας MAB. — τὴν κρίσιν τὴν τοῦ M. — 7 ταύτοις (errore typ.) K. — 8 τὰ om. L. — κατὰ τὴν L κατὰ τὸν MABChK. — φυσιογνώμονα MABChK φυσιογνωμονίαν L; cf. Proll. p. 98. — 9 μὲν om. L. — 10 ὑπάρχει LMABCh ὑπάρχειν K. — πλατυίσχυά LM. — 12 δὲ om. MABChK. — ὡς μικρότερον pro οὐ σμικρῷ τινι L. — 13 ἢ τὸ pro ἤτοι MABChK. — 15 ἵν' pro ἣν L. —

audientes promtis animis credamus. Haec quoque Posidonius reprehendit atque demonstrare conatur omnium opinionum falsarum causas in ea animi parte, quae in cogitatione versetur, inclinatione cum perturbatione quadam coniuncta effici; hanc antecedere falsas quasdam sententias languescente vi iudicandi in rationali parte animi; nam appetitionem in animali nonnunquam exsistere in iudicio ac ratione, saepius in ipsa commotione partis animi affectibus obnoxiae. Idem huic orationi convenienter adnectit ea, quae ex physiognomonia manifesta sunt; etenim ex bestiis et hominibus, qui lato pectore ac calidiores sint, eos natura animosiores, qui latis coxis et frigidiores, timidiores esse dicit; atque etiam terras si spectes, non paulum mores hominum inter se differre timiditate et audacia vel voluptatis et laboris studio, cum affectuum animi motiones semper corporis sequantur

οὐ κατὰ ὀλίγον ἀλλοιοῦσθαι. καὶ γὰρ δὴ καὶ το αἷμα διαφέρειν ἐν τοῖς ζῴοις φησὶ θερμότητι καὶ ψυχρότητι καὶ πάχει καὶ λεπτότητι καὶ ἄλλαις διαφοραῖς οὐκ ὀλίγαις, ὑπὲρ ὧν Ἀριστοτέλης ἐπὶ πλεῖστον διῆλθεν. ἡμεῖς δὲ κατὰ τὸν οἰκεῖον καιρὸν ἐπὶ προήκοντι τῷ λόγῳ μνημονεύσομεν αὐτῶν, ἡνίκα ἂν καὶ αὐτὰς τὰς Ἱπποκράτους τε καὶ Πλάτωνος ῥήσεις περὶ τούτων παραγράφωμεν. ἐν δὲ τῷ παρόντι πρὸς τοὺς περὶ τὸν Χρύσιππον ὁ λόγος ἐνέστηκέ μοι μήτε ἄλλο τι γινώσκοντας περὶ τῶν κατὰ τὰ πάθη μήθ᾽ ὡς αἱ τοῦ σώματος κράσεις οἰκείας ἑαυταῖς ἐργάζονται τὰς παθητικὰς κινήσεις· | οὕτω γὰρ ὁ Ποσειδώνιος ὀνομάζειν εἴωθεν. Ἀριστοτέλης δὲ 165
ἄντικρυς ἤδη καλεῖ τῶν ζῴων ἁπάσας τὰς τοιαύτας τῆς ψυχῆς καταστάσεις ἐξηγεῖταί τε, καθ᾽ ὅντινα τρόπον ἐπὶ ταῖς διαφερούσαις κράσεσι συνίστανται. διόπερ, οἶμαι, καὶ ἡ τῶν παθῶν τῆς ψυχῆς ἴασις ἐπὶ ἐνίων μὲν εὔκολός τε καὶ ῥᾳδία

---

καρδία καὶ ἧπαρ ἀρχαὶ τῶν διοικουσῶν ἡμᾶς δυνάμεών εἰσιν. ἀφῖκται οὖν ὁ λόγος ἤδη πρὸς τοῦτο καὶ ἀρχὴν ἕξει γε τὴν τῶν ὀνομάτων ἐξήγησιν, οἷς ἔμπροσθέν τε ἤδη κεχρήμεθα κἀν τῷ μεταξὺ τούτῳ λόγῳ πολλάκις χρησόμεθα. πρὸς γὰρ τὸ μηδενὸς τῶν εἰρημένων παρακούειν, ἀλλὰ ἐν ἅπασι τὸ διωρισμένον τε ἅμα καὶ σαφὲς ἕτοιμον ὑπάρχειν ἀναγκαιότατόν ἐστιν ἕκαστον τῶν ὀνομάτων ἐφ' ὅτου λέγεται πράγματος ἀκριβῶς ἀφωρίσθαι. καὶ γάρ τοι καὶ λύεσθαί τινα τῶν ἔμπροσθεν προβληθέντων ζητημάτων ἐκ τούτου τοῦ τρόπου συμβέβηκεν, ὥσπερ, οἶμαι, καὶ τόδε, πότερον ἐνεργείας ἢ πάθη προσαγορευτέον ἐστὶ τὴν ἐπιθυμίαν καὶ τὸν θυμὸν ὅσα τε ἄλλα τοιαῦτα. ἡ μὲν οὖν ἐνέργεια κίνησίς ἐστι δραστική, δραστικὴν δὲ ὀνομάζω τὴν ἐξ ἑαυτοῦ, τὸ δὲ πάθος ἐν ἑτέρῳ κίνησίς ἐστιν ἐξ ἑτέρου. ὥστε | ἀναγκαῖον μὲν πολλάκις εἰς 507
ἓν ὑποκείμενον τῷ πάθει τὴν ἐνέργειαν συνέρχεσθαι καὶ κατὰ τοῦτο διαφέρειν μηδέν, τῷ λόγῳ μέντοι διαφέρειν. ἡ

2 ἀφῖκτο L. — ἕξει L. — γε om. MΑBChK. — 3 κεχρήμεθα· πρὸς γὰρ τὸ omissis, quae interiecta sunt, verbis M. — 5 τῷ μηδενὸς L. — ἅπασι τῷ L. — 6 διωρισμένῳ L. — σαφῶς L. — 7 τί ante ἐστιν L. — 9 ἀναβληθέντων codd. edd. προβλ. nos. — 10 τόγε pro τόδε L. — 13 δραστικὴν om. M. — 16 εἰ pro ἡ M. —

brum et cor et iecur tria esse regentium nos facultatum principia probaremus. Nunc vero iam ad hoc nostra devenit oratio atque exordium quidem habebit a nominum quorundam interpretatione, quibus et supra iam usi sumus et in hac media oratione saepe utemur. Ne enim quidquam aliter ac dictum sit accipiatur, sed omnia in promtu sint definita et explicata, maxime necessarium est singula nomina, qua de re dicantur, accurate definire. Qua ratione contingit, ut et aliae quaedam supra propositae quaestiones enodentur et haec, opinor, utrum cupiditatem et iracundiam actiones an affectus appellare conveniat reliquaque id genus. Actio igitur motio est efficiens, efficientem autem dico, quae ex se proficiscitur; affectio est motio in altero ex altero. Quo fit, ut necessario actio saepe et affectio in una eademque re, quae subiecta est, conveniant neque hoc nomine, sed ratione

γὰρ ὑπὸ τοῦ τέμνοντος ἐν τῷ τεμνομένῳ διαίρεσις, ἓν καὶ ταὐτὸν ὑπάρχουσα πρᾶγμα, τοῦ μὲν τέμνοντος ἐνέργεια, τοῦ δὲ τεμνομένου πάθος ἐστίν. οὕτως οὖν καὶ ὁ θυμὸς ἐνέργεια μέν ἐστι τοῦ θυμοειδοῦς, πάθημα δὲ τῶν λοιπῶν τῆς ψυχῆς δύο μερῶν καὶ προσέτι τοῦ σώματος ἡμῶν παντός, ὅταν ὑπὸ τοῦ θυμοῦ βιαίως ἄγηται πρὸς τὰς πράξεις. ἓν μὲν δὴ τοῦτο τὸ σημαινόμενον ἑκατέρου τῶν ὀνομάτων, ἕτερον δὲ τὴν μὲν ἐνέργειαν κατὰ φύσιν τινὰ κίνησιν ἡμῶν νοούντων, τὸ δὲ πάθος παρὰ φύσιν. πολλαχῶς δὲ τοῦ κατὰ φύσιν λεγομένου τοῦτο ἀκούειν χρὴ νῦν, ὃ κατὰ πρῶτον λόγον ὑπὸ τῆς φύσεως γίνεται. κατὰ πρῶτον δὲ λόγον ἐκεῖνα γίνεσθαί φαμεν ὑπὸ τῆς φύσεως, ὧν ὥσπερ σκοπῶν ἀντιποιεῖται καὶ μὴ διὰ ἀκολουθίαν τινὰ ἑτέροις ἐξ ἀνάγκης ἕπεται. ἡ τοιαύτη κίνησις κατὰ φύσιν, εἴτε ἐξ αὑτοῦ κινοῖτο τὸ κινούμενον εἴθ᾿ ὑφ᾿ ἑτέρου. ἤδη μὲν οὖν οἶμαι σαφὲς
508 εἶναι τὸ λε|γόμενον, ἀλλὰ οὐδὲν χεῖρον ἐπὶ παραδειγμάτων

1 τέμνοντος ἐνέργεια omissis, quae interiecta sunt, verbis M. — 5 ψυχῆς τῶν δύο L. — σώματος παντὸς ἡμῶν L. — 7 δὴ om. L. — ἑκατέρου L ἑκάτερον M ἑκατέρων ABChK. — 9 πολλαχῶς L πολλαχοῦ MABChK. — 10 οὐ pro ὃ L. — 12 τῆς om. L. — 13 μήδ᾿ ἀκολουθίαν ABCh μὴ κατ᾿ ἀκολ. Corn. — 14 εἶτ᾿ ἐξ L. — αὐτοῦ MABCh. — κινοῖ τὸ κιν. M. —

tantum distent. Nam quae ab incidente in re incisa fit divisio, cum una eademque res sit, incidentis actio, incisae affectio est. Eodem pacto iracundia actio partis irascentis, reliquarum autem duarum animi partium et insuper totius corporis nostri, cum iracundia ad actiones violenter impellitur, affectio est. Atque haec una est utriusque horum nominum significatio; altera est, cum actionem motum secundum naturam, affectionem contra naturam intellegimus. Sed cum illud secundum naturam multis modis dicatur, nunc ita accipiendum est, esse id, quod prima ratione a natura fit. Prima autem ratione ea a natura fieri dicimus, quae tamquam fines ab ea appetuntur, non quae ex consecutionis cuiusdam necessitate aliis succedunt. Talis motus secundum naturam est, sive, quod movetur, ex sese sive ab alio movetur. Patere iam arbitror, quod dico; melius tamen est

αὐτὸ σαφέστερον ἀπεργάσασθαι. ἡ τῆς καρδίας κίνησις ἡ μὲν κατὰ τοὺς σφυγμοὺς ἐνέργειά ἐστιν, ἡ δὲ κατὰ τοὺς παλμοὺς πάθος. ἐξ ἑαυτῆς μὲν γάρ ἐστι καὶ ἡ κατὰ τοὺς παλμούς, ἀλλὰ οὐ κατὰ φύσιν, ἐξ ἑαυτῆς δὲ καὶ ἡ τῶν σφυγμῶν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν. δεῖ δὲ τοῦ σφυγμός ὀνόματος ἀκούειν οὕτω νῦν, ὡς Πραξαγόρας καὶ Ἡρόφιλος ἅπαντές τε σχεδὸν οἱ μετὰ αὐτοὺς ἐχρήσαντο μέχρι καὶ ἡμῶν, ὡς ἥ γε παλαιοτέρα χρῆσις, ἣ κἀν τοῖς Ἐρασιστράτου τε καὶ Ἱπποκράτους εὑρίσκεται γράμμασιν, ἑτέρα τίς ἐστι καὶ λεχθήσεται περὶ αὐτῆς ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα. τὴν μέντοι τῆς καρδίας ἰδίαν κίνησιν ὀνομαζόντων ἡμῶν σφυγμὸν ὁ παλμὸς μὲν πάθος εἶναι λεχθήσεται κατά γε τὸ δεύτερον τῆς πάθος φωνῆς σημαινόμενον, οὐ σφυγμὸς δὲ πᾶς ἐνέργεια. τὸν γοῦν μείζονα τοῦ κατὰ φύσιν ἢ σμικρότερον ἢ ὠκύτερον ἢ βραδύτερον ἢ πυκνότερον ἢ ἀραιότερον ἤ πως ἄλλως ἐξιστάμενον οὐκ ἄν τις ἐνέργειαν εἴποι κατὰ τὸ δεύτερον τῆς ἐνεργείας σημαινόμενον· ἐξ ἑαυτῆς μὲν γὰρ

1 ἥτις καρδίας L. — 3 ἐξ αὐτῆς ABChK; cf. Proll. p. 19. — καὶ om. L. — 4 ἐξ αὐτῆς K. — 5 σφυγμοῦ LMABCh; cf. Proll. p. 126. — σφυγμὸς ἀκούειν ὀνόματος L. — 11 ὑμῶν L. — 13 οὐ σφυγμὸς L ὁ σφ. MABChK. — 14 οὐ πᾶς codd. edd. οὐ delevimus. — τὸ γοῦν L τὸν γὰρ BChK. — 17 ἐξ αὐτῆς L. —

exemplis rem illustrare ac persequi. Motus cordis, qui in pulsibus fit, actio est, qui in palpitationibus, affectio. Ex sese enim hic quidem est, sed non secundum naturam; ex sese etiam ille, sed secundum naturam. Pulsus autem nomen nunc ita accipi velim, ut Praxagoras et Herophilus omnesque fere posteriores ad nostram usque aetatem usi sunt; nam antiquior nominis usus, qui in Erasistrati et Hippocratis scriptis invenitur, diversus quidam est, de quo postea dicetur. Quodsi proprium cordis motum nos pulsum appellamus, palpitatio affectio appellabitur altera vocis significatione, pulsus autem non omnis actio. Maiorem enim naturali aut minorem aut velociorem aut tardiorem aut frequentiorem aut rariorem aut quovis alio modo excedentem nemo actionem dixerit altera vocis significatione; nam licet in eiusmodi

ἐν τοῖς τοιούτοις σφυγμοῖς ἡ καρδία κινεῖται, κατὰ φύσιν
509 δὲ οὐ | κινεῖται· ὥστε, εἰ οὕτως ἔτυχεν, οὐδὲν εἶναι θαυμαστὸν ἓν πρᾶγμα καὶ πάθος ὀνομάζεσθαι καὶ ἐνέργειαν, ὥσπερ τὸν σμικρότερον τοῦ κατὰ φύσιν σφυγμόν, οὐ μὴν κατά γε ταὐτὸν σημαινόμενον, ἀλλὰ κατὰ μὲν τὸ πρότερον ῥηθὲν ἐνέργειαν, ἔστι γὰρ καὶ ἡ κατὰ τοῦτον τὸν σφυγμὸν κίνησις δραστική, κατὰ δὲ τὸ δεύτερον οὐκ ἐνέργειαν, ἀλλὰ πάθος, ὅτι μὴ κατὰ φύσιν ἐστὶν ἡ κίνησις. οὕτως οὖν ἔχει κἀπὶ τοῦ θυμοῦ καὶ τῶν ἄλλων παθῶν. ἅπαντα γὰρ ἐνέργειαί τινές εἰσι τοῦ παθητικοῦ τῆς ψυχῆς κατά γε τὸ πρότερον τῆς ἐνεργείας σημαινόμενον, καθ' ὅσον δὲ ἔκφοροί τε καὶ ἄμετροι κινήσεις εἰσὶ καὶ οὐ κατὰ φύσιν, οὐκ ἐνέργειαι λέγοιντο ἂν ὑπάρχειν, ἀλλὰ πάθη κατὰ τὸ δεύτερον σημαινόμενον. οἷον γάρ τι κατὰ τὴν τῶν ἀρτηριῶν κίνησιν ὁ μέγας σφυγμός ἐστι, τοιοῦτον κατὰ τὴν τοῦ θυμοειδοῦς ὁ θυμός, οἷον δὲ αὖ πάλιν ὁ σμικρὸς σφυγμός, τοιοῦτον ἡ ἀθυμία. αὕτη μὲν γὰρ ἐλλιπής ἐστι κίνησις τοῦ θυμοειδοῦς, ὑπερβάλλουσα δὲ

3 ἓν om. L. — 4 τὸ pro τὸν L. — 5 πρότερον οὐκ ἐνέργειαν omissis, quae interiecta sunt, verbis M. — 6 ἔστι μὲν γὰρ codd. edd. μὲν eiecimus. — 7 κατὰ τὸ δεύτερον δ' L. — 10 πρῶτον codd. edd. πρότερον nos; cf. Proll. p. 124. — 12 λέγοντ' L λέγοιτ' M. — 15 τοιοῦτον L τοιοῦτος MABChK. — τοῦ om. L. —

pulsibus cor ex se ipso moveatur, secundum naturam tamen non movetur, ut, si ita contigerit, non mirum sit unam eandemque rem et affectionem appellari et actionem. Velut minor naturali pulsus non eadem quidem significatione, sed priore, quam diximus, actio est — huiusmodi enim motio effectrix est —; altera autem significatione non actio, sed affectio, quia contra naturam motus eius est. Eadem est irae reliquorumque affectuum ratio. Omnes enim, si priorem actionis significationem spectes, actiones sunt eius partis animi, qui affectibus obnoxius est; quatenus autem effusi immoderatique motus neque secundum naturam sunt, non actiones, sed affectiones altera verbi vi dicuntur. Qualis enim in motu arteriarum magnus pulsus, talis in motu iracundae partis ira est; qualis item parvus pulsus, talis est abiectio animi, quae nihil aliud est quam manca quaedam

καὶ πλεονάζουσα τοῦ προσήκοντος ἡ κατὰ τοὺς θυμούς. ταύτῃ τε οὖν ἐνέργειαί τε ἅμα καὶ | πάθη λεχθήσονται καθ' 510
ἕτερον καὶ ἕτερον σημαινόμενον ἥ τε ὀργὴ καὶ ἡ λύπη καὶ ὁ φόβος καὶ ἡ ἐπιθυμία [καὶ ὁ θυμὸς] ὅσα τε ἄλλα τοιαῦτα καὶ προσέτι καθ' ὅσον ὅλον τὸ σῶμα μετὰ τῆς ψυχῆς ἀπάγεται πρὸς αὐτῶν, ἡ κίνησις τοῦ ζῴου πάθος ἔσται κατὰ ἄμφω τὰ σημαινόμενα. πολλάκις μὲν γὰρ ἕπεται τῷ θυμοειδεῖ τὰ λοιπὰ δύο, πολλάκις δὲ τῷ ἐπιθυμητικῷ, καθάπερ ἑλκόμενά τε καὶ συρόμενα παραπλήσιον τρόπον, ὡς εἰ καὶ ξυνωρίδος ἵππων ὁ μὲν ἕτερος ἰσχυρότερον ᾄξας ἐπισύρει τὸν ἕτερον ἅμα ἑαυτῷ μετὰ τοῦ σύμπαντος ἅρματός τε καὶ ἡνιόχου, ὁ δὲ ἕτερος ὑπὸ ἀσθενείας ἕπεται κατεπτηχώς, αὐτὸς δὲ ὁ ἡνίοχος ἀποφέρεται βίᾳ. τηνικαῦτα γὰρ ἡ μὲν κατὰ τὸν ἔκφορον ἵππον κίνησις ἐνέργειά τε καὶ πάθος αὐτοῦ λεχθήσεται, κατὰ μὲν τὸ πρότερον σημαινόμενον ἐνέργεια, κίνησις γάρ ἐστιν ἐξ ἑαυτοῦ, κατὰ δὲ τὸ δεύτερον οὐκ ἐνέρ-

---

2 τε οὖν L γοῦν MABChK. — 3 ἕτερον καὶ L ἑτερόν τε καὶ MABChK. — σημαινομενόμενον M. — 4 καὶ ὁ θυμὸς uncis inclusimus. — 6 αὐτὸν L. — 7 θυμοειδῆ M. — 9 ὡς εἰ L ὡσεὶ MABChK; cf. Proll. p. 36. — 10 συνωρίδος L ξυνωρίδες MABChK ξυνωρίδος nos. — αἴξας LMABCh. — 15 πρῶτον σημαινόμενον L. —

---

motio iracundiae; at quae in ira fit, modum excedit iustoque maior est. Hac igitur ratione simul et actiones et affectus alia atque alia significatione ira, maeror, timor, cupiditas eiusdemque generis reliqua dicentur; praeterea, quatenus totum corpus una cum animo ab his abripitur, motio animalis affectio erit utraque vi verbi. Saepe enim fit, ut iracundiam, saepe, ut cupiditatem reliquae duae partes sequantur tractae et abreptae non secus atque in bigis evenire solet, ubi alter equus vehementiore impetu ruens alterum una cum toto curru et rectore secum trahit, alter propter imbecillitatem consternatus sequitur atque etiam auriga ipse vi aufertur. Tum effrenati equi motus dici et actio et affectio eius potest, actio priore significatione, quia motus ex se ipso est, altera vero non actio, cum motus contra naturam ei est, sed affectio. At aurigae motus neutra

γεια, παρὰ φύσιν γε οὖσα κίνησις αὐτῷ, ἀλλὰ ἤδη πάθος. ἡ μέντοι τοῦ ἡνιόχου κίνησις οὐδὲ καθ' ἕτερον τῶν σημαινομένων ἐνέργειά ἐστιν, ἀλλὰ κατὰ ἄμφω πάθος, εἴ γε μήτε
511 ἐξ ἑαυτοῦ μήτε κατὰ φύσιν ἡ κίνησις αὐτῷ. | πολλαὶ γὰρ τῶν κινήσεων, εἰ καὶ μὴ δραστικαί τινές εἰσι μηδὲ ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλὰ τῷ γε κατὰ φύσιν ὑπάρχειν ἐνέργειαι λέγονται, καθάπερ καὶ ἡ τοῦ σκέλους ἢ ὅλης τῆς χειρός. ἐξ ἑτέρων γὰρ ἔχει ταῦτα τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως, οὐκ ἐξ ἑαυτῶν, ὥσπερ ἡ καρδία, ἀλλὰ ὅμως καὶ ἡ βάδισις ἐνέργεια σκελῶν ἐστί τε καὶ λέγεται κατὰ τὸ δεύτερον σημαινόμενον, εἰ καί τινες ὑπὸ ἀγυμνασίας τῆς περὶ τὰ σημαινόμενα τὴν βάδισιν οὐ σκελῶν ἐνέργειαν, ἀλλὰ διὰ σκελῶν εἶναί φασιν ἀληθὲς μέν τι λέγοντες, ἐπὶ γὰρ τὸ πρότερόν τε καὶ κυριώτερον ἔρχονται σημαινόμενον, ὅτι μέντοι μόνον οὕτω λέγειν ἀξιοῦσι καὶ μὴ συγχωροῦσι καὶ κατὰ θάτερον ἑρμηνεύειν, οὐκ ὀρθῶς ποιοῦσιν. οὕτως οὖν καὶ ὁ θυμὸς καὶ ἡ ἐπιθυμία καὶ πάθη καὶ ἐνέργειαι λεχθήσονται. τῶν γὰρ τῆς ψυχῆς

4 κίνησιν M. — 5 μήτ' ἐξ codd. edd. μηδὲ ἐξ nos. — 6 τό γε L. — 10 ἐστί τε καὶ L ἐστι καὶ MABChK. — εἰ om. L. — 11 τῆς om. L. — 12 ἀληθές μοι τι L ἀληθὲς μέντοι M. — 13 λέγεται L. — 15 καθ' ἕτερον L. — 16 θυμὸς οὖν καὶ ἐπιθυμία καὶ τὰ τοιαῦτα πάθη τε καὶ ἐνέργειαι λεχθήσονται p. — 17 πάθος codd. edd. πάθη nos. — ἐνέργεια K. —

significatione actio est, sed utraque affectio, si quidem neque ex se ipso neque secundum naturam ei est. Multi enim motus, licet neque efficientes neque ex sese sint, quia tamen secundum naturam sunt, actiones dicuntur, velut cruris aut totius manus. Aliunde enim, non ex se, sicut cor, motus principium habent et tamen ingressus crurum actio et est et dicitur altera vi verbi. Quamquam nonnulli harum significationum ignari ingressum non crurum, sed per crura actionem esse affirmant. Vere illud quidem, nam ad priorem praecipuamque vocabuli significationem accedunt, in eo tamen non recte, quod ita tantummodo dicendum esse censent neque altero modo posse explanari concedunt. Sic ira quoque et cupiditas et actiones et affectus dici possunt. Nam cum sint insitarum animo facultatum commotiones quaedam immode-

συμφύτων δυνάμεων κινήσεις τινὲς ἄμετροί τε καὶ οὐ κατα
φύσιν οὖσαι διότι μὲν ἐξ ἑαυτῶν ἐκεῖναι κινοῦνται, διὰ
τοῦτο ἐνέργειαι τῶν δυνάμεών εἰσι, διότι δὲ ἀμέτρως, διὰ
τοῦτο πάθη. καὶ τῇ ὅλῃ μὲν ψυχῇ καὶ αὐταῖς δὲ ταῖς κινου-
μέναις δυνάμεσιν | ἀμφοτέραις αἱ κινήσεις αὐτῶν παρὰ φύ- 512
σιν εἰσί· ταῖς μὲν ἀλόγοις δυνάμεσι διὰ τὴν ἀμετρίαν, τῇ
δὲ ὅλῃ ψυχῇ [διότι παρὰ φύσιν], ἐπεὶ οὐχ ὑπὸ τῶν τοῦ
παθητικοῦ κινήσεων, ἀλλὰ ὑπὸ τῶν τοῦ λογιστικοῦ κρίσεων
ἐπιτροπεύεσθαί τε καὶ διοικεῖσθαί φαμεν τὸν βίον ἡμῶν.
ὅταν οὖν ἔμπαλιν διοικώμεθα, παρὰ φύσιν τε δηλονότι καὶ
διὰ τοῦτο καὶ κατὰ πάθος ὁ τοιοῦτος βίος ἐπιτελεῖται. διὰ
ταύτας μὲν δὴ τὰς αἰτίας, ἄν τε ἐνέργειάν τις ἄν τε πάθος
εἴπῃ τὸν θυμὸν ἢ τὴν ἐπιθυμίαν ἢ τι τῶν ἄλλων τῶν κατὰ
ταῦτα παθῶν, οὐ χρὴ μέμφεσθαι τούτῳ, πρὶν ἐρέσθαι τὰ
σημαινόμενα ἐκ τῆς φωνῆς, ἐφ' ὅ τι φέρων οὕτως ὠνόμασεν.
εὑρίσκεται δὲ καὶ Πλάτων αὐτὸς ἐνίοτε μὲν ἐνεργείας, ἐνίοτε

2 ὄντα MAB οὖσαι ChK om. L. — διότι τε p. — 4 τῆς ὅλης μὲν ψυχῆς codd. edd. τῇ ὅλῃ μ. ψυχῇ nos. — αὐτῶν δὲ τῶν κινουμένων δυνάμεων codd. edd.; pro Genetivis Dativos nos reposuimus. — 5 ἀμφότεραι κινήσεις L ἀμφοτέρων MABChK ἀμφοτέραις nos. — 7 διότι παρὰ φύσιν uncis inclusimus. — δι' ὅτι M. — κατὰ φύσιν L. — 9 ἐπιτρέπεσθαι L. — φαμεν om. L. — 11 κατὰ τὸ πάθος L. — 12 μὲν δὴ L μὲν οὖν ἤδη M μὲν ἤδη ABChK; cf. Proll. p. 115. — 14 ταύτην pro ταῦτα L. — αἵρεσθαι M ἔρεσθαι AB. —

ratae neque secundum naturam, eo quod ex sese moventur, actiones, quia immoderate, idcirco affectiones facultatum sunt. Ac toti quidem animo ipsisque ambabus, quae agitantur, facultatibus motus illi contra naturam sunt, rationis quidem expertibus, quia immoderati sunt, toti vero animo, [quia contra naturam] quoniam non partis affectibus obnoxiae motibus, sed rationis iudiciis regi administrarique vitam nostram convenit. Quodsi contra fit, praeter naturam scilicet ob eamque causam affectibus agitata talis vita transigitur. His igitur de causis sive quis actionem sive affectum dicit iram vel cupiditatem vel aliam, quae in his exsistit, perturbationem, is non reprehendendus est, priusquam ab eo vocabuli vim requiras, ad quam spectans ita dicat. Etiam Plato ipse sitim et famem omninoque cupiditates

δὲ πάθη προσαγορεύων τό τε διψῆν καὶ τὸ πεινῆν καὶ ὅλως τὰς ἐπιθυμίας καὶ τοὺς θυμούς. καὶ μὲν δὴ καὶ ὡς οὐδὲν διαφέρει πρός γε τὰ παρόντα τὸ οὕτως ἢ ἐκείνως ὀνομάζειν, ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς Πολιτείας ὧδε γράφει· 'ἆρ' οὖν, ἦν δ' 'ἐγώ, τὸ ἐπινεύειν τῷ ἀνανεύειν καὶ τὸ ἐφίεσθαί τινος λαβεῖν 'τῷ ἀπαρνεῖσθαι καὶ τὸ προσάγεσθαι τῷ ἀπωθεῖσθαι, πάντα
513 'τὰ τοιαῦτα τῶν | ἐναντίων ἀλλήλοις θείης εἴτε ποιημάτων 'εἴτε παθημάτων;' διὰ παραδειγμάτων δὲ ἐναργέστερον τοῦτο διδάξαι προελόμενος ἐπιφέρων φησί 'τί οὖν; ἦν δ' ἐγώ, 'διψῆν καὶ πεινῆν καὶ ὅλως τὰς ἐπιθυμίας καὶ αὖ τὸ ἐθέ'λειν καὶ τὸ βούλεσθαι, οὐ πάντα ταῦτα εἰς ἐκεῖνά ποι ἂν 'θείης τὰ εἴδη τὰ νῦν δὴ λεχθέντα; οἷον ἀεὶ τὴν τοῦ ἐπι'θυμοῦντος ψυχὴν οὐχὶ ἤτοι ἐφίεσθαι φήσεις ἐκείνου, οὗ ἂν 'ἐπιθυμῇ, ἢ προσάγεσθαι τοῦτο, ὃ ἂν βούληταί οἱ γενέσθαι, 'ἢ αὖ, καθ' ὅσον ἐθέλει τί οἱ πορισθῆναι, ἐπινεύειν τοῦτο

1 τὸ δὲ διψῆν L. — 3 παρόντα τε οὕτως L. — 4 γράμμα pro γράφει M. — ἆρ' οὖν κ. τ. λ. Plato Rep. IV p. 437 BC; cf. supra p. 463. — 5 τῷ ἀνανεύειν L τὸ ἀ. MABChK; cf. Proll. p. 81. — 6 τῷ ἀπαρνεῖσθαι L τὸ ἀπ. MABChK. — τὸ ἀπωθεῖσθαι MABChK τῷ ἀπωθ. om. L. — πάλιν pro πάντα L. — 7 θείοις MAB. — 8 διὰ om. L. — δὲ om. L. — τοῦτο om. L. — 9 δεῖξαι pro διδάξαι L. — 9 βουλόμενος pro προελόμενος L. — 10 καὶ ante αὖ om. L. — 11 ποιῶν pro ποι ἂν L; cf. Proll. p. 83. — 12 ἤδει pro εἴδη M. — 14 οὗ ἂν L. — οἱ om. LMAB; cf. Proll. p. 127. — 15 καθόσον MABChK. — τί ἢ M τὶ ἢ AB. — πορίζεσθαι AB. —

irasque modo actiones, modo affectiones invenitur appellare. Atque etiam nihil ad praesens referre, hoc an illo modo dicas, in quarto Reipublicae docet ita scribens: 'Nonne igitur, inquam, adnuere et renuere, appetere aliquid et recusare, sumere et reicere, omnia huiusmodi in contrariis inter se pones sive actionibus sive affectionibus?' Id exemplis planius docere instituens ita pergit: 'Quid igitur? inquam, sitire et esurire et omnino cupiditates, item velle et optare, nonne haec omnia ad eas, quas modo dixi, species referes? veluti cupientis animum nonne semper vel appetere dices illud, quod cupit, vel sumere, quod optat ut sibi adsit, vel quatenus vult aliquid sibi suppeditari,

'προς αὐτὴν ὥσπερ τινὸς ἐρωτῶντος ἐπορεγομένην αὐτοῦ τῆς 'γενέσεως; ἔγωγε. τί δέ; τὸ ἀβουλεῖν καὶ μὴ ἐθέλειν μηδ' 'ἐπιθυμεῖν οὐκ εἰς τὸ ἀπωθεῖν καὶ ἀπελαύνειν ἀπ' αὐτῆς 'καὶ εἰς ἅπαντα τἀναντία ἐκείνοις θήσομεν;' αὗται μὲν αἱ τοῦ Πλάτωνος ῥήσεις οὐ μόνον ὅπερ ἐλέγομεν ἐπιδεικνύουσαι σαφῶς, ὡς τὸ πεινῆν καὶ τὸ διψῆν καὶ ὅλως τὸ ἐπιθυμεῖν τινος ἢ ἐφίεσθαί τε καὶ φεύγειν εἴτε ποιήματά τις εἴτε παθήματα, τουτέστιν εἴτε ἐνεργείας εἴτε πάθη προσαγορεύσειεν, οὐδὲν διαφέρει, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν μερῶν τῆς ψυχῆς διδάσκουσαι. |

Διὸ καὶ καλῶς ἂν ἔχοι μὴ παραδραμεῖν αὐτάς, ἀλλὰ 514
ὅλον ἀναλαβεῖν τὸν λόγον, ὃν ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς Πολιτείας διῆλθεν ὑπὲρ τοῦ τρία τὰ τῆς ψυχῆς ἡμῶν ὑπάρχειν εἴδη. προσέχειν δὲ χρὴ κἀνταῦθα τῷ λεγομένῳ τὸν νοῦν ἀπὸ αὐτῶν ἀρξαμένους αὖθις τῶν ὀνομάτων καὶ μὴ νομίζειν ἐπιλανθάνεσθαι τὸν Πλάτωνα τῶν ὑφ' ἑαυτοῦ λεγομένων,

---

1 αὐτὴν LMABCh. — ἐρῶντος codd. edd.; cf. Proll. p. 124. — ὀρεγομένην MAB ἐπορεγομένως L. — 2 τὸ μὴ ἀβουλεῖν L τὸ ἀβουλῆ M. — 4 τὰ ἐναντία MAB. — 6 τὸ ante διψῆν om. M. — 7 ἐπιφίεσθαι pro ἐφίεσθαι M ἀποφαίνεσθαι L. — 9 ἅμα pro ἀλλὰ L; cf. Proll. p. 82. — 10 διδάσκουσι Corn. — 11 αὐτὰς codd. edd. αὐτά Corn. — 14 τῶν λεγομένων LMABCh; cf. Proll. p. 125. — 16 ἐφ' pro ὑφ' MABCh; cf. Proll. p. 104. —

---

adnuere apud se tamquam interrogante aliquo, ut id sibi contingat, expetentem? Equidem. Quid? non optare, nolle, non cupere nonne in reiciendi et a se repellendi speciem atque in omnia illis contraria referemus?' Haec sunt Platonis verba, quae non modo, ut diximus, aperte demonstrant nihil referre, esurire, sitire, omnino cupere aliquid vel appetere et fugere effectiones an affectiones dicas, id est actiones an affectus, sed etiam de animi partibus docent.

Unde rectius erit ea non praetermittere, sed totum illum sermonem, quem in quarto Reipublicae persecutus est tres esse affirmans animi nostri species, repetere. Sed et hic animum ad ea, quae dicuntur, ita advertere debemus, ut ab ipsis rursus nominibus incipiamus, neque existimare Platonem,

ἐπειδὰν εἴδη τρία τὴν ψυχὴν ἡμῶν ἔχειν εἰπὼν αὖθις εἰς τρία μέρη διαιρεῖσθαι φάσκῃ. καὶ γὰρ εἴδη καὶ μέρη ψυχῆς ὀρθῶς ἄν τις ὀνομάζοι τὸ λογιστικὸν καὶ τὸ θυμοειδὲς καὶ τὸ ἐπιθυμητικόν, ὥσπερ εἰ καὶ σώματος εἴδη τις εἰπὼν εἶναι φλέβα καὶ ἀρτηρίαν καὶ νεῦρον ὀστοῦν τε καὶ χόνδρον καὶ σάρκα καὶ τἆλλα ὅσα τοιαῦτα μετὰ ταῦθ' ὡς περὶ μερῶν αὐτῶν διαλέγοιτο. καὶ γὰρ καὶ μέρη τοῦ σώματος ἡμῶν ἀληθῶς ἄν τις εἶναι λέγοι τὰ τοιαῦτα, συμπληροῦται γὰρ τὸ ὅλον ἐξ αὐτῶν, καὶ μέντοι καὶ εἴδη τοῦ σώματος οὐδὲν ἧττον· ἐν μόνοις γὰρ τοῖς ὁμοιομερέσι τὸ διαφέρον εἶδος οὐκ ἔστιν, οἷον τὸ τῆς σαρκὸς μέρος ἢ τὸ τῆς φλεβὸς ἢ τὸ
515 τῆς πιμελῆς, οὐδὲ ἀληθὲς εἰπεῖν ἐπὶ τῶν τοιούτων, | ὡς ἐκ τοσῶνδέ τινων εἰδῶν σύγκειται τὸ ὅλον· ἐν δὲ τοῖς ἀνομοιομερέσιν ἡ τῶν εἰδῶν διαφορὰ τὸν ἀριθμὸν ὁρίζει τοῖς μορίοις. τοιοῦτον δέ τι χρῆμα καὶ ἡμῶν τὴν ψυχὴν ὁ Πλάτων εἶναί φησιν ἐκ τριῶν μερῶν συγκειμένην. εἰκάζει δὲ οὕτω τὸ μὲν

2 φάσκει MABCh. — 4 εἴη codd. edd. εἶναι nos. — 6 τἄλλα M τἄλλ' ABChK τἀλλ' L. — 7 αὐτῶν om. L. — καὶ post γὰρ om. L. — ἡμᾶς M. — 10 διαφέρον L Corn. διαφέρειν MABChK; cf. Proll. pp. 99 et 100. — 11 ἔστιν οἷ τὸ M ἔστιν ἢ τὸ ABChK; cf. Proll. l. l. — 15 φαύειν ἡ pro τὴν ψυχὴν L. — 16 εἰκάζειν LMAB; cf. Proll. p. 126. — τὸ μὲν τὸ M. —

cum animum nostrum tres habere species dixerit ac deinde eundem in tres partes distribuat, eorum, quae dixerit, immemorem esse. Nam et species et partes animi rationem, iracundiam cupiditatemque recte appelles, perinde ac si quis, cum venas, arterias, nervos, ossa, cartilagines, carnes, reliqua eiusdem generis corporis species vocaverit, deinceps de iisdem quasi de partibus disputet. Etenim et partes corporis nostri haec vere quis dixerit, quippe cum ex iis totum perficiatur, et species nihilominus; in solis enim iis, quae ex partibus inter se similibus constant, differens species non est, velut carnis vel venae vel adipis pars, neque verum est de his dicere ex tot talibusque speciebus totum constitui; in iis autem, quorum partes dissimiles sunt, specierum differentia numerum partibus definit. Similem quandam rem esse animum nostrum ait Plato ex tribus compositum partibus, qua-

ἐπιθυμητικὸν θηρίῳ ποικίλῳ τε καὶ πολυκεφάλῳ, το δὲ θυμοειδὲς λέοντι, τὸ δὲ λογιστικὸν ἀνθρώπῳ. αὕτη γὰρ ἡ εἰκὼν οἰκειοτέρα τῆς κατὰ τὸν Φαῖδρον, ἐν ᾗ τῶν εἰδῶν ἱππομόρφω μέν τινε δύο φησὶν ὑπάρχειν, ἡνίοχον δὲ τρίτον. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ἐννάτῳ τῆς Πολιτείας τῆς προτέρας εἰκόνος ἐμνημόνευσεν, ὡς σαφέστερον ἐνδεικνύμενος, ὁποῖον ἕκαστόν ἐστι τῶν εἰδῶν τῆς ψυχῆς. ὁ μὲν οὖν Πλάτων καὶ τοῖς τόποις τοῦ σώματος κεχωρίσθαι νομίζων αὐτὰ καὶ ταῖς οὐσίαις πάμπολυ διαλλάττειν εὐλόγως εἴδη τε καὶ μέρη προσαγορεύει· ὁ δὲ Ἀριστοτέλης τε καὶ ὁ Ποσειδώνιος εἴδη μὲν ἢ μέρη ψυχῆς οὐκ ὀνομάζουσιν, δυνάμεις δὲ εἶναί φασι μιᾶς οὐσίας ἐκ τῆς καρδίας ὁρμωμένης· ὁ δὲ Χρύσιππος ὥσπερ εἰς μίαν οὐσίαν, οὕτω καὶ εἰς δύναμιν μίαν ἄγει καὶ τὸν | θυμὸν καὶ τὴν ἐπιθυμίαν. ἀλλὰ ὅτί μὲν οὐκ ὀλίγον ἁμαρ- 516
τάνει τῆς ἀληθείας ὁ ἀνὴρ οὗτος, αὐτάρκως ἡμῖν ἐπιδέδει-

3 οἰκειωτέρα M. — 4 τινὶ ABCh. — δύω MA. — φησὶν om. L. — 5 ἀλλ' οὐ ἐν L. — τῷ τῆς Πολιτείας ἐννάτῳ (ἑνὸς τῶν pro ἐννάτῳ L., ut videtur) codd. edd. τῷ ἐνν. τῆς Π. nos; cf. Progr. II, 10. — 6 ὃ pro ὡς L. — ἐνδεικνυμένης BChK; cf. Progr. l. l. — 7 A verbis ὁ μὲν οὖν Πλάτων incipit excerpt. XXI codicum FP. — 9 διαλάττειν MA διαλλάτειν P. — 10 τε om. L. — ὁ ante Ποσειδώνιος om. P. — 11 ἡ P[1] ἢ P[2]. — 12 ὁρμωμένης· ὅτι δὲ οἱ περὶ ἀριστοτέλην (p. 502, 1) FP. — 15 οὕτως LMABCh οὗτος Corn. K; cf. Proll. p. 126. — ἐπιδέδεκται M. —

rum concupiscentem cum varia multorumque capitum bellua, irascentem cum leone, cum homine rationalem comparat. Quae imago aptior est ea, quam in Phaedro posuit, ubi duas species forma equina, tertiam aurigae similem esse ait. Prioris illius imaginis in nono quoque Reipublicae mentionem fecit, quo manifestius, qualis quaeque animi species esset, ostenderet. Plato igitur, quippe qui et sedibus separatas et natura longe inter se discrepare existimet, merito et species et partes appellat; Aristoteles autem et Posidonius non species aut partes esse, sed unius substantiae e corde proficiscentis facultates dicunt; at Chrysippus sicut in unam substantiam, ita in unam facultatem iram et cupiditatem cogit. Qui quantum a veritate aberret, satis a nobis ostensum est; Aristotelem autem eiusque sectam falli tres unius

κειν· ὅτι δὲ οἱ περὶ τὸν Ἀριστοτέλην σφάλλονται μιᾶς οὐσίας τὰς τρεῖς δυνάμεις εἶναι νομίζοντες, ἔν τε τοῖς ἔμπροσθεν ἱκανῶς ἐπιδέδεικται καὶ οὐδὲν ἧττον ὁ μετὰ τοῦτον λόγος ἐπιδείξει. πρότερον δέ, ὅτι Πλάτων αὐτὸς εἴδη τε καὶ μέρη ψυχῆς ὀνομάζει τό τε λογιστικὸν καὶ τὸ θυμικὸν καὶ τὸ ἐπιθυμητικόν, ἐξ αὐτῶν τῶν ῥήσεων αὐτοῦ πιστωσόμεθα. ἐν μὲν οὖν τῷ Τιμαίῳ περὶ τῆς ἐπιθυμητικῆς ψυχῆς, ἧς καὶ τὰ φυτὰ μετέχει φύσει, διαλεγόμενος ὧδέ πως γράφει· 'μετέχει γε μὴν τοῦτο, ὃ νῦν λέγομεν, τοῦ τρίτου ψυχῆς 'εἴδους, ὃ μεταξὺ φρενῶν ὀμφαλοῦ τε ἱδρῦσθαι λόγος.' αὖθις δὲ ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ περὶ τῆς λογιστικῆς ψυχῆς διαλεγόμενος ὧδέ πώς φησι· 'τὸ δὲ δὴ περὶ τοῦ κυριωτάτου 'παρ' ἡμῖν ψυχῆς εἴδους διανοεῖσθαι δεῖ τῇδε, ὡς ἄρα αὐτὸ 'δαίμονα ὁ θεὸς ἑκάστῳ δέδωκε τοῦτο, ὃ δή φαμεν οἰκεῖν

2 εἶναι om. MF. — 3 ἐπὶ δέδεικται P. — ταῦτα P. — 4 ἀποδείξει LMABChK ἐπιδ. FP. In verbis λόγος ἐπιδείξει desinit excerpt. XXI codd. FP; de iis, quae in FP subsequuntur, vid. Commentar. nostr. — 5 τὸ ante ἐπιθυμ. om. MABCh. — 7 ἐπιθυμικῆς M. — 8 μετέχειν φησὶ pro μετέχει φύσει Corn. — Plat. Tim. p. 77 B. — 9 μετέχει γ εμὴν (sic) M μὴ ἔχειν pro μετέχει L. — μὴν om. L. — ψυχῆς L τῆς ψυχῆς ABChK. — 10 ὀμφαλοῦται pro ὀμφαλοῦ τε M. — ἱδρῦσθαι LMAB ἵδρυται ChK. — λόγος om. MABChK λόγ.. L λέγος Corn. — 11 τῷδε om. L. — λογικῆς M. — 12 πως γράφει L. — Plat. Tim. p. 90 A. — τό τε δὴ L. — 13 καὶ pro δεῖ L. — αὐτῷ MA; cf. Proll. p. 40 — 14 τοῦτο L om. MABChK; cf. Progr. II, 14. —

naturae facultates esse existimantes tametsi supra iam abunde diximus, nihilo secius proximo libro dicemus. Prius autem Platonem rationem, iracundiam cupiditatemque et species et partes animi appellare ex ipsius verbis probabimus. In Timaeo igitur de concupiscente animo, cuius etiam stirpes natura participes sint, disserens in hunc modum scribit: 'Est vero hoc, quod nunc dicimus, tertiae animi speciei particeps, quam inter praecordia et umbilicum collocatam esse docuimus.' Item in eodem hoc libro de rationali animo disputans haec dicit: 'Hoc vero de praecipua in nobis animi specie considerandum ita est, eam a deo tamquam genium cuique datam esse, illud, quod in suprema corporis nostri parte habitare et

'μὲν ἡμῶν ἐπ' ἄκρῳ τῷ σώματι, πρὸς δὲ τὴν ἐν οὐρανῷ 'ξυγγένειαν ἀπὸ γῆς ἡμᾶς αἴρειν.' συναμφότερα δὲ αὖ | πάλιν 517 ἐν ταὐτῷ βιβλίῳ, τὸ ἐπιθυμητικὸν καὶ τὸ θυμοειδές, ἐν τῇδε τῇ ῥήσει ψυχῆς εἶδος ὠνόμασεν· 'ἄλλο τε εἶδος ἐν αὐτῷ ψυχῆς 'προσῳκοδόμουν τὸ θνητὸν τὸ δεινὰ καὶ ἀναγκαῖα ἐν ἑαυτῷ 'παθήματα ἔχον.' ὁμοῦ δὲ αὖ πάλιν τὰ τρία μέρη τῆς ψυχῆς ἡμῶν εἴδη προσαγορεύει ψυχῆς ἐν ταὐτῷ βιβλίῳ [τῷ Τιμαίῳ] κατὰ τήνδε τὴν διήγησιν [ἔστι γάρ]· 'καθάπερ εἴπομεν πολλά-'κις, ὅτι τρία ψυχῆς ἐν ἡμῖν εἴδη κατῴκισται.' ὡσαύτως δὲ κἀν τῇ Πολιτείᾳ κατὰ μὲν τὸ τέταρτον ὑπὲρ τοῦ θυμοειδοῦς προειρηκώς, ὡς ἕτερόν ἐστι τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, κἄπειθ' ἑξῆς ζητῶν, εἰ καὶ τοῦ λογιστικοῦ διαφέρει, φησίν 'ἆρ' οὖν ἕτε-'ρον ὂν καὶ τούτου ἢ λογιστικοῦ τι εἶδος, ὥστε μὴ τρία,

---

1 ἡμῖν M. — 2 συγγένειαν codd. edd. ξυγγέν. nos. — αὐτόθεν pro ἀπὸ γῆς L. — ἀνάγειν pro αἴρειν L. — συναμφότερον L. — 3 ἐν ante τῇδε nos inseruimus. — 4 ἄλλο κ. τ. λ. Plat. Tim. p. 69 C. — ἀλλ' ὅτι MA ἄλλότι L ἄλλο τι Corn. BChK ἄλλο τε nos; cf. Proll. p. 40. — ἐν ταυτῶ L. — 5 προσοικοδόμουν MAB προσοι, cetera oblitterata usque ad . να (i. e. δεινὰ) in L. — θνητὸν τὸ om. ChK; cf. Proll. p. 57. — ἀναγκαῖον L. — 7 ἤδη pro εἴδη M. — προσαγορεύει τῆς ψυχῆς ABChK; in L litterae evanidae sunt; ibidem ταὐτῷ oblitt. — τῷ Τιμαίῳ uncis inclusimus. — 8 διήγησιν ἔτι καθάπερ L δ. ἔστι γὰρ κ. MABChK ἔστι γὰρ uncis inclusimus. — Tim. p. 89 E. — πολλάκις om. L. — 9 τρία τῆς ψυχῆς codd. edd. τρία ψυχῆς Galen. de consuet. ed. Dietz p. 125. — ὡσαύτως δ' ἠὰν B ὡ. δ' κὰν Ch ὡ. δ' κάν K; cf. Progr. II, 16. — 11 κἄπειθ' ἑξῆς L κἄπειθ' ἐφεξῆς MABChK. — 12 ἡ pro εἰ L. — verba διαφέρει — λογιστικοῦ om. M. — φησίν oblitt. in L. — Plat. Rep. IV p. 440 E. — ἕτερόν ἐστι καὶ L. — 13 τοῦτο L. —

---

nos a terra ad caelestem cognationem extollere dicimus.' Item utramque partem, concupiscentem et irascentem, in eodem libro animi speciem his verbis appellavit: 'Aliamque in eo speciem animi adstruebant mortalem, quae graves et necessarias in se affectiones haberet.' Simul rursus tres animi nostri partes in eodem libro species animi vocat hoc loco: 'Ut saepenumero diximus, tres animi in nobis species constitutae sunt.' Similiter in quarto Reipublicae postquam iracundiam diversam a cupiditate esse docuit, quaerit deinceps, differatne etiam a ratione, his verbis: 'Numquid igitur etiam ab hac diversa an ut quaedam species rationis, ut non tres in animo,

ʽἀλλὰ δύο εἴδη εἶναι ἐν ψυχῇ, λογιστικὸν καὶ ἐπιθυμητικόν;ʼ οὕτω δὲ καὶ κατὰ τὸ ἔννατον ἔγραψεν ἔν γε τῇδε τῇ ῥήσει· ʽἀλλʼ ἡσυχάσας μὲν τὼ δύο εἴδη, τὸ τρίτον δὲ [τις] κινήσας, ἐν ᾧ τὸ φρονεῖν ἐγγίγνεταιʼ καὶ προσέτι τῇδε· ʽὅτε δὴ οὖν, εἶπον, ἀμφισβητοῦνται ἑκάστου τοῦ εἴδους αἱ ἡδοναὶ καὶ αὐτὸς ὁ βίος, μὴ ὅτι πρὸς τὸ κάλλιον καὶ αἴσχιον ζῆν μηδὲ
518 τὸ χεῖρον | καὶ ἄμεινον, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸ τὸ ἥδιον καὶ ἀλυπότερον, πῶς ἂν εἰδεῖμεν, τίς αὐτῶν ἀληθέστατα λέγει;ʼ τί ἂν ἔτι δέοιμεν ἑτέρας παραγράφειν ῥήσεις; ἱκαναὶ γὰρ καὶ αἵδε δηλῶσαι τὴν γνώμην τἀνδρός, ὡς εἴδη ψυχῶν εἶναι βούλεται τὰ τρία ταυτί, λογιστικόν, ἐπιθυμητικὸν καὶ θυμοειδές. ἀλλʼ ἀμέλει μόνας αὐτὰς εἶναί φησι χωρὶς ἀλλήλων ἐν μὲν τοῖς φυτοῖς τὴν ἐπιθυμητικήν, ἐν δὲ τοῖς θεοῖς τὴν

1 τῇ ψυχῇ MABChK. — λογιστικόν τε καὶ MABChK. — 2 ἔννατον oblitt. in L. — ἔν τε τῇδε L. — 3 Rep. IX p. 572 A. — δύω ABChK. — ἤδη M ἢ L (pro εἴδη). — τις uncis inclusimus. — 4 ἐγγίγνετο L. — Rep. IX p. 581 E. — ὅτι MABChK (litterae in L evanidae) ὅτε nos; cf. Proll. p. 102. — τε δʼ οὖν pro δὴ οὖν L. — 5 ἀμφισβητοῦν M. — τοῦ post ἑκάστου nos inseruimus; cf. Proll. p. 127. — ἡναὶ pro ἡδοναὶ M. — 6 μηκέτι pro μὴ ὅτι L. — καλὸν καὶ αἰσχρὸν L. — 7 ἴδιον pro ἥδιον L. — 8 ἤδη μέν LABChK εἴδη μέν M εἴδωμεν Corn. εἰδεῖμεν nos; cf. Proll. p. 20. — τις codd. edd. τίς nos. — λέγοι codd. edd. λέγει nos. — 10 αἶδαι pro αἵδε M. — 12 ἀλλʼ ὁ μὲν, λειμῷ αὐτὰς L ἀμέλει μόνας αὐτ. MABChK ἀλλʼ ἀμ. μ. αὐτ. nos; cf. Proll. p. 94. —

sed duae species sint, rationalis et concupiscens?ʼ Nec secus in nono in hunc modum scripsit: ʽSed speciebus his duabus pacatis, tertia vero, in qua prudentia consistit, commotaʼ atque ibidem: ʽQuoniam igitur, inquam, uniuscuiusque speciei voluptates et ipsa vita altercantur, non modo de hoc, quod honestius et turpius est vivere aut deterius et melius, sed de ipso illo, quod suavius est et a dolore remotius, qua ratione fiet, ut, cuius sit sententia verissima, cognoscamus?ʼ Quid amplius opus est alia verba adscribere? Satis vel haec declarant hominis sententiam statuentis species animi has tres esse, rationalem, concupiscentem, irascentem. Ceterum solas utique has duas separatim inveniri ait, concupiscentem in stirpibus, in diis ratio-

λογιστικήν. τὴν μέντοι θυμοειδῆ διὰ τί μόνην οὐχ οἷόν τε κατὰ οὐδὲν τῶν σωμάτων εἶναι, προϊὼν ὁ λόγος ἀποδείξει παραθεμένων ἡμῶν τὴν ἐκ τοῦ Τιμαίου ῥῆσιν, ἔνθα τὴν χρείαν τῆς γενέσεως αὐτῆς διδάσκων ἕνεκα τῆς ἐπιθυμητικῆς γεγονέναι φησὶ βοηθὸν τῇ λογιστικῇ ψυχῇ καθάπερ τινὰ κύνα κατὰ τοῦ πολυκεφάλου τε καὶ ἀγρίου θρέμματος, τῆς ἐπιθυμίας. εἰκότως οὖν εἴδη ψυχῆς αὐτὰ προσαγορεύει κατά τε τὰς προγεγραμμένας ῥήσεις καὶ προσέτι πολλὰς ἑτέρας, ὧν οὐκ ἀνάγκη μνημονεύειν ἐναργῶς ἤδη καὶ διὰ τούτων τῆς γνώμης τἀνδρὸς ἐγνωσμένης. εἰ δὲ καὶ μέρη ψυχῆς ἕκαστον αὐτῶν ὀνομάζει, θαυμαστὸν οὐδέν. | πρῶτον μὲν 519 γὰρ αὐτὸς ἡμᾶς ἐδίδαξεν, ὡς, ὅ τιπερ ἂν εἶδος ᾖ, τοῦτο καὶ μέρος ὀνομάζειν ἐγχωρεῖ, μὴ μέντοι τό γε μέρος ἅπαν εὐθὺς καὶ εἶδος εἶναι· δεύτερον δέ, ὅτι μηδὲ ἐγχωρεῖ λέγειν μηδὲν σύνθετον ὁμοιομερές, ἑαυτῷ γε συνεχὲς ὅλον ὑπάρχον· ἐξ ὡρισμένων γὰρ τὸν ἀριθμὸν σύγκειται μορίων· οὐδενὸς γὰρ

1 διὰ τὴν μόνην M δια τί (sic) μ. L. — 2 ὑποπίπτει pro ἀποδείξει L. — 3 τιμαίου τὴν ῥῆσιν M. — 4 τὴν γενέσεως L. — 5 λογικῇ codd. edd. λογιστικῇ nos. — 6 τοῦτο pro τοῦ M. — 7 οὖν om. L. — ἤδη pro εἴδη M. — ψυχῆς ἐπιθυμίας αὐτὰ L. — κατά γε τὰς MABCh. — 9 καὶ om. ABChK. — 14 διότι pro ὅτι L μὴ ὅτι μὴ δ' M. — 15 ἑαυτῷ γὰρ συνεχὲς MABCh ἑ. συνεχ. L. — 16 γὰρ om. L pro γὰρ Corn. γε legi vult. — συγκεῖσθαι L. —

nalem. Iracundia vero cur sola in nullo corpore esse possit, procedens disputatio demonstrabit illis e Timaeo assumtis verbis, quibus generationis eius necessitatem docens propter concupiscentem natam esse ait rationali adiutricem velut canem adversus multorum capitum feramque belluam, cupiditatem. Recte igitur species animi has appellat et in his, quos supra adscripsimus, locis et in multis aliis, quos, quoniam satis hominis sententia manifesta est, commemorare non necesse est. Quodsi etiam partes animi singulas appellat, non mirum est. Primum enim ipse nos docuit, quidquid species esset, idem posse partem appellari, non tamen, quidquid pars esset, id esse continuo etiam speciem; deinde illud, ne fieri quidem posse, ut quidquam compositum diceretur ὁμοιομερές, quippe quod totum sibimet ipsi continuatum

ὁμοιομεροῦς ἀριθμῷ περιλαβεῖν ἐγχωρεῖ τὸ πλῆθος τῶν μορίων. ὅτι μὲν οὖν εὐλόγως ὁ Πλάτων εἴδη τε καὶ μέρη ψυχῆς ὀνομάζει ταῦτα, μακροτέρων οὐ δέομαι λόγων.

Ὅτι δὲ τὸ μὲν ἐν τῇ κεφαλῇ καθίδρυται, τὸ δὲ ἐν τῇ καρδίᾳ, τὸ δὲ ἐν τῷ ἥπατι, τοῦτο ἐξ ἀρχῆς προὔκειτο καὶ δέδεικται διὰ τῶν ἔμπροσθεν ὑπὲρ τῶν δύο μερῶν. ὑπόλοιπον δὲ ἔτι τὸ ἐπιθυμητικὸν ἰδίας ἀποδείξεως δεόμενον, ἣν ἐν τῷδε διέξιμεν ἐκεῖνο πρότερον ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου προειπόντες, ὡς οὐκ ἐξ ὁμοίως ἐναργῶν οὐδὲ ἐξ αὐτῆς ἄντικρυς τοῦ ζητουμένου τῆς φύσεως ἡ ἀπόδειξις ἔσοιτο, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἔμπροσθεν, ἀλλὰ ἐκ τῶν τούτῳ συμβεβηκότων ἰδίᾳ. τῶν
520 μὲν γὰρ νεύρων βρόχῳ | διαλαμβανομένων ἢ τεμνομένων ἐφαίνετο τὰ μὲν ἐγκεφάλῳ συνεχῆ μόρια διασώζοντα τὰς ἀρχαίας δυνάμεις, τὰ δὲ ἐπέκεινα τοῦ βρόχου παραχρῆμα καὶ τὴν αἴσθησιν ἀπολλύντα καὶ τὴν κίνησιν· οὕτω δὲ καὶ

---

3 τῆς ψυχῆς ABChK. — 5 καὶ μὴ δέδεικται L. — 6 ὑπὲρ τῶν oblitt. in L. — 7 δεόμενον ὂν MA; cf. Proll. p. 41. — 8 διέξειμεν L. — ἀρχῇ τοῦ oblitt. in L. — 9 ὁμοιώσεως L. — 11 ἐκ τοιούτων pro ἐκ τῶν τούτῳ L. — 13 ἐνεγκεφάλω L. — 15 αὐτῶν pro οὕτω L. —

---

esset; ex certis enim numeroque definitis compositum est partibus; at in iis, quae e similibus inter se partibus constant, partium multitudo nullo potest numero circumscribi. Recte igitur Platonem has tum species, tum partes appellare non longiore oratione probandum mihi videtur.

Sed aliam in capite, aliam in corde, aliam in iecore collocatam esse, id demonstrare a principio nobis propositum fuit ac de duabus quidem partibus superioribus libris demonstratum est. Restat pars animi concupiscens, quae singulari quadam indiget demonstratione, quam in hoc libro persequemur. Prius tamen illud mihi praemonendum censeo, non ex ita perspicuis neque ex ipsa prorsus rei, quam quaerimus, natura ductis argumentis, ut in superioribus, nostram fore confirmationem, sed ab iis tantum, quae proprie rei accidunt. Nam sive nervi laqueo intercludebantur sive praecidebantur, cernebamus continuas cum cerebro partes functiones suas pristinas conservare, reliqua, quae ultra laqueum essent, sen-

τῶν ἀρτηριῶν αἱ μὲν τῇ καρδίᾳ συνεχεῖς ἔτι σφύζουσαι κατα φύσιν, αἱ δὲ ὑπὸ τοῦ βρόχου διειργόμεναι τελέως ἄσφυκτοι γινόμεναι. καὶ μέντοι καὶ τὰ παθήματα τῆς ψυχῆς, ὅσα κατὰ τοὺς θυμούς τε καὶ τοὺς φόβους συμπίπτει, προφανῶς ἐξιστάντα τὴν καρδίαν ἐφαίνετο τῆς κατὰ φύσιν ἐνεργείας. ἐμνημονεύσαμεν δὲ καὶ ὅτι θλιβόμενος ὁ ἐγκέφαλος ἢ τιτρωσκόμενος εἰς τὰς κοιλίας ἅπαν βλάπτει τὸ σῶμα καὶ ὡς καὶ ταῦτα ἐναργῶς ἐνδείκνυται κινήσεώς τε καὶ αἰσθήσεως ἀρχὴν ὑπάρχειν αὐτόν. ἐπὶ δὲ τοῦ ἥπατος οὐδὲν τοιοῦτον ἔχομεν ἐπιδεικνύειν, οὔτε εἰ γυμνώσαντες αὐτὸ θλίβομεν οὔτε εἰ βρόχῳ τὰς φλέβας διαλαμβάνομεν. οὔτε γὰρ ἐναργοῦς ἐστι κινήσεως ἀρχή, καθάπερ ἡ μὲν καρδία τῆς σφυγμικῆς, ὁ δὲ ἐγκέφαλος τῆς αἰσθητικῆς τε καὶ προαιρετικῆς, οὔτε ὀξείας βλάβης αἴτιον, ὡς ἐκείνων ἑκάτερον, ἀλλὰ ἐν τῷ χρόνῳ

1 συνεχεῖς ἔτι σφύζουσαι κατὰ φύσιν, αἱ δ' ὑπὸ τοῦ L; post συνεχεῖς spat. vac. viginti litterarum, sequitur δ' ἀπὸ τοῦ in M; eandem spatii vacuitatem sequitur δ' ὑπὸ τ. in AB συνεχεῖς σφύζουσαι ἐφαίνοντο, ὡς τὸ πρίν· αἱ δ' ὑπὸ τ. Corn. συν. τὰς ἀρχαίας ἐνεργείας ἐργάζονται, αἱ δὲ ὑπὸ ChK; cf. Progr. I, 18. — 2 inter τελέως et γινόμεναι spat. vac. novem fere litterarum in M. — 6 ἐπιθλιβόμενος M ὅσα θλ. LABChK ὡς θλιβ. coniecit Corn. ὅτι θ. nos. — 7 καὶ post ὡς om. L. — 10 τουτί pro οὔτε εἰ L. — γυμνάσαντες L; cf. Proll. p. 83. — αὐτὸν L. — οὔτε βρόχω L. — 11 διαλαμβάνομεν L Corn. K διελαμβ. MABCh. — οὔτε τάρ (sic) ἐστι κινήσεως L. — ἐν ἀργοῦς M. — 12 ἡ ἀρχὴ MABChK. — σφυγμῆς L. — οὐδ' pro ὁ δὲ M. — 13 ὀξίας M. —

sum et motum continuo amittere; simili modo arterias, quae cum corde essent conexae, pulsare, ut antea, secundum naturalem constitutionem, quae autem vinculo discluderentur, pulsu omnino carere. Atque etiam affectus animi, qui ex ira et terroribus acciderent, cor e naturali sua functione manifesto exturbare videbamus. Adde quod, si collideretur cerebrum aut ad ventriculos usque vulneraretur, totum corpus laedi diximus atque hac quoque re manifesto declarari illud motionis et sensus initium esse. At in iecore, sive nudatum collidimus sive laqueo venas constringimus, nihil tale, quod ostendamus, habemus. Nimirum neque evidentis alicuius motus, quemadmodum cor pulsatilis, cerebrum sensiferi voluntariique, principium est neque, ut utrumque illud,

521 βλάπτεται τὸ ζῷον εἰς εὐτροφίαν τε καὶ | εὔχροιαν ἥπατος ἀτονήσαντος. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ μέρος, εἰς ὅπερ ἂν ἐμβάλλουσαν φλέβα βρόχῳ διαλάβῃς ἢ καὶ παντάπασιν ἐκκόψῃς, ἀτροφώτερόν τε καὶ ἀχρούστερον ἐν πλέονι χρόνῳ φαίνεται γινόμενον, οὐ μὴν ἔν γε τῷ παραυτίκα βλαπτόμενον οὐδέν, ὅ τι ἄξιον λόγου. τοιαύτης γὰρ δυνάμεως ἀρχὴ τὸ ἧπαρ, οἵα καὶ τοῖς φυτοῖς ὑπάρχει. καλείσθω γὰρ ἔν γε τῷ παρόντι δύναμις ὕστερον ἐπιδειξόντων ἡμῶν ἀκριβέστερον, ὡς πολλῶν ἐστι δυνάμεων ἀρχὴ τὸ ἧπαρ καὶ κάλλιον οὐσίαν ψυχῆς ὀνομάζειν, οὐ δύναμιν, ἐν ἑκάστῳ τῶν τριῶν σπλάγχνων περιεχομένην, ἐν ἐγκεφάλῳ μὲν λογιστικήν, ἐν καρδίᾳ δὲ θυμοειδῆ, κατὰ δὲ τὸ ἧπαρ ἐπιθυμητικὴν ἤ, ὡς οἱ περὶ τὸν Ἀριστοτέλην, θρεπτικὴν ἢ φυτικὴν ἢ γεννητικὴν ἀφ' ἑνὸς ἑκάστου τοὔνομα θέμενοι, ἀπὸ μὲν τοῦ φύειν φυτικήν, ἀπὸ δὲ τοῦ τρέφειν θρεπτικήν, ἀπὸ δὲ τοῦ γεννᾶν γεννητικήν· ὁ δὲ Πλάτων ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἐπιθυμιῶν ἐπι-

1 τὸ om. M. — ἀτροφίαν L(?) ABChK; cf. Proll. p. 22. — εὔχροιαν LM ἄχροιαν ABChK. — 2 ἀτονίσαντος AB. — ἐμβαλοῦσαν L. — 4 in verbis φαίνεται γινόμενον desinit codex L; cf. Proll. p. 72. — 7 καλεῖσθαι M. — 12 ἐπιθυμητικὴν ἢ φυτικὴν ἢ γεννητικὴν ἢ ὡς MABChK ἢ φ. ἢ γ. eiecimus; cf. Proll. pp. 66 et 114. — 13 φυσικὴν MA verba ἢ φ. ἢ γ. eiecit K. — 14 θέμενος MA. — 16 ὁ Πλάτων δὲ M. —

repentinam corpori noxam affert, sed temporis spatio animal sensim damnum in alimento et colore accipit iecore tabescente. Itidem pars ea, in quam venam pertinentem laqueo intercluseris vel omnino excideris, longiore temporis intervallo tum macescere, tum decolorari cernitur, non tamen illico noxa, quae quidem memoratu digna sit, affici. Talis enim facultatis origo iecur est, qualis in stirpibus est. Appelletur enim in praesentia facultas; postea diligentius multarum facultatum originem esse iecur demonstrabimus atque rectius substantiam animi quam facultatem appellari eam, quae in singulis visceribus continetur, in cerebro rationalem, in corde irascentem, in iecore concupiscentem vel, ut Aristoteles quique ab eo sunt, altricem vel vegetabilem vel genetricem, ab unaquaque re nomine ducto, a vegetando vegetabilem, ab alendo altricem, a gignendo genetricem. Plato autem a

θυμητικήν. οἱ δὲ Στωϊκοὶ οὐδὲ ψυχὴν ὅλως ὀνομάζουσι
τὴν τὰ φυτὰ διοικοῦσαν, ἀλλὰ φύσιν. ὀνομαζέτω μὲν οὖν |
ἕκαστος, ὡς ἂν ἐθέλῃ, περὶ δὲ τῶν ἐναργῶν ἐν τοῖς πράγ- 522
μασι διαφορῶν ἀποδείξει πιστούσθω, καθάπερ ἡμεῖς ἐπὶ μὲν
ἐγκεφάλου καὶ καρδίας ἔμπροσθεν ἐποιήσαμεν, ἐφ' ἥπατος
δὲ κατὰ τὸν ἐνεστῶτα λόγον ὁρμώμεθα διελθεῖν. ἀρξόμεθα
δὲ ἀπὸ τῶν ἐναργεστέρων, ἵνα γυμνασθέντες ἐν τούτοις ῥᾷον
ἐξευρωμέν τι τῶν ἀμυδροτέρων ἅμα τε προτάσεων εὐπορή-
σωμεν εἰς αὐτά. ἐναργέστερον δέ ἐστιν ἀπὸ τῶν φλεβῶν
ἄρξασθαι καὶ ζητῆσαι, πότερον καὶ τούτων ἐστὶν ἀρχὴ τὸ
ἧπαρ, ὡς ἀρτηριῶν μὲν ἡ καρδία, νεύρων δὲ ὁ ἐγκέφαλος,
ἢ καθάπερ ἔνιοι νομίζουσιν, οὐ ταῖς ἀρτηρίαις μόναις, ἀλλὰ
καὶ ταῖς φλεψὶν ἐπιπέμπει τὰς φυσικὰς δυνάμεις ἡ καρδία.
κάλλιστον οὖν εἰς τοῦτο περὶ τῆς κατὰ τὰ φυτὰ γενέσεώς
τε ἅμα καὶ διοικήσεως ἐπισκέψασθαι πρότερον· εἰκὸς γάρ

3 ἐναργῶς τοῖς codd. edd. ἐναργῶν ἐν τοῖς nos. — 5 καὶ om. MA; cf. Proll. p. 41. — 6 ὠ sp. vac. quatuor litt. seq. μεθα M ὡρμώμεθα A; cf. Proll. p. 40. — 7 post ἐναργεστέρων spat. vac. octo fere litter.; sequitur γυμνασθέντες in MAB ἐν. ἵνα vel ὅπως γυμν. Corn. ἐν. ἵν' ὥσπερ γυμν. ChK. — 11 τῶν νεύρων codd. edd. τῶν sustulimus; cf. Proll. p. 116. — 14 γεννήσεως codd. edd. γενέσεως nos coll. infra p. 529, 16 K. —

cupiditatum multitudine concupiscentem nuncupavit. At Stoici omnino ne animum quidem, qui stirpes dispenset, sed naturam appellandam censent. Sed appellet sane quo quisque volet nomine, modo in manifesta rei discrepantia utatur demonstratione ad fidem faciendam apta, quemadmodum nos et supra in cerebro et corde fecimus et hoc libro in iecore faciemus, de quo disserere aggredimur. Ab evidentioribus autem rebus exordiemur, quo in his exercitati tum obscuriora facilius indagemus, tum propositiones ad ea in promtu habeamus. Evidentius autem illud est, a venis exordiri atque quaerere, utrum, sicut arteriarum cor et nervorum cerebrum, ita harum origo iecur sit an, ut nonnulli putant, non arteriis tantum, sed etiam venis naturales facultates cor mittat. Verum priusquam haec tractemus, optimum esse iudico de stirpium et generatione et dispensatione conside-

που μόνην ἐκείνοις ὑπάρχουσαν τὴν ζητουμένην δύναμιν ἐναργέστερα τεκμήρια τοῦ μέρους, ὅθεν ὁρμᾶται, παρασχέσθαι. καταβληθέντος εἰς τὴν γῆν σπέρματος οὑτινοσοῦν, εἰ μὲν αὐχμώδης εἴη, πλέον οὐδὲν εἰς φυτοῦ γένεσιν αὐτὸ περιεργά-
523 σεται τὸ σπέρμα πᾶσαν | αὐτοῦ τὴν ἔμφυτον ἰκμάδα πρὸς ἑαυτὴν τῆς γῆς ἑλκυσάσης· μετρίως δὲ ὑπαρχούσης ὑγρᾶς μαλακὸν μὲν γίνεται τὸ σπέρμα, διοιδίσκεται δὲ καὶ τὸ περιέχον αὐτὸ σύμφυτον σκέπασμα οἷον δέρμα καὶ ῥήγνυται μὲν πρῶτον ἀερωθείσης τῆς κατὰ τὸ σπέρμα νοτίδος, εἶθ᾽ ἑξῆς ἀποτείνεται κατὰ τὸ ῥαγὲν ἀποβλάστημά τι λεπτὸν καὶ μαλακὸν εἰς ἄμφω τὰ μέρη, τό τε ἄνω τοῦ σπέρματος ὡς πρὸς τὸν ἀέρα καὶ τὸ κατὰ βάθους τῆς γῆς. καὶ ταῦτα συνεχῆ φαίνεται τὴν αὔξησιν ποιούμενα καὶ φερόμενα διὰ παντὸς εἰς ἅπερ ἀρχῆθεν ὥρμησε. καὶ τοῦ χρόνου προϊόντος εἰ τὸ σπέρμα δένδρου τινὸς εἴη μεγάλου, τὸ μὲν εἰς τὸν ἀέρα φερόμενον αὐτοῦ πρέμνον γίνεται, τὸ δὲ εἰς τὸ βάθος τῆς γῆς ῥίζα καὶ σχίζεταί γε πολλὰς σχίσεις ἑκάτερον, εἰ πολυσχι-

---

7 μὲν post μαλακὸν inseruimus. — δὲ κατὰ τὸ ABChK; cf. Proll. p. 25. — 8 τὸ οἷον ABChK. — 9 τῆς bis M. — 11 ἄμφα M. — 14 ὅρμησε M. — εἰς τὸ MABCh εἰ τὸ Corn. K; cf. Proll. p. 103. — 15 μεγάλου σπέρμα codd. edd. σπέρμα eiecimus. — 17 ἢ pro εἰ M. —

---

rare; verisimile enim est facultatem hanc, de qua quaerimus, cum in his sola insit, partis eius, unde emanet, clariora indicia praebere. Semen igitur qualecunque cum iactum in terram fuerit, si arida erit, nihil in stirpis generationem ipsum elaborabit, cum terra ad sese totum innatum ipsi humorem attrahat; sin mediocriter humida erit, emollitur semen et simul tegumentum nativum, quo quasi cute circumdatur, intumescit ac rumpitur primum humore seminis in aërem converso, deinceps ex illa ruptura germen quoddam tenue ac molle in utramque partem protenditur, superiorem aërem versus et inferiorem in terrae profunditatem. Quas continuum incrementum capere et ferri semper, quo semel coeperunt, conspicimus. Procedente vero tempore si arboris alicuius magnae semen est, pars ea, quae in aërem fertur, truncus, quae deorsum in terram penetrat, radix evadit atque

δοῦς εἴη δένδρου τὸ σπέρμα. μία μὲν οὖν ἀρχὴ τῆς γενέσεώς ἐστι καὶ τῆς αὐξήσεως ἅπασι τοῦ φυτοῦ τοῖς μέρεσιν ὁ τόπος ἐκεῖνος, ὅθεν ἄνω μὲν τὸ πρέμνον, ἡ δὲ ἀρχὴ τῆς ῥιζώσεως κάτω γίνεται, καὶ φαίνεται καθάπερ ἔκ τινος ἑστίας ἡ διοικοῦσα τὸ δένδρον δύναμις ἐκεῖθεν ὁρμωμένη. | κινεῖται 524 μὲν οὖν τὰς ἐναντίας κινήσεις, εἰς μὲν τὸ κάτω καὶ τὸ βάθος τῆς γῆς ἔν τε τῷ κατασχίζειν εἰς πολλὰ τὰς πρώτας ῥίζας καὶ αὐξάνειν †· εἰς δὲ τὸ ἄνω κλάδους μέν τινας ἀποφύουσα τοῦ στελέχους, ἐκείνους δὲ αὖθις εἰς ἑτέρους σχίζουσα μέχρι τῶν ἐσχάτων καὶ λεπτοτάτων βλαστῶν. καὶ ἔοικέ γε τὸ μὲν ἄνω μέρος ἅπαν, ὅπερ ἐστὶ τὸ δένδρον, ἕνεκεν ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ καρποῦ διαπλάττειν, το κάτω δὲ ὑπὲρ τῆς κατὰ τὴν τροφὴν εὐπορίας. ὁποῖον γάρ τι τοῖς ζῴοις ἐστὶ τὸ στόμα,

5 κινοῦται M. — 7 post κατασχίζειν verba τὸν βλαστὸν πολυμερῶς inseruerunt ChK; cf. Proll. p. 52. — πολλὰς ChK. — ῥίζας αὐξάνειν codd. edd. ῥίζας καὶ ἐν τῷ αὐξ. Corn. καὶ αὐξ. nos. — 8 post αὐξάνειν spatium vacuum duodecim fere litterarum in M, viginti sex in AB αὐξάνειν ἀρχομένας ChK αὐξ. τὰς αὐτάς Corn.; fortasse αὐξ. αὐτάς τε καὶ τὰς ἀποφύσεις coll. Gal. vol. IV, 666 K. — τισι pro τινας M; post τισι spatium vac. novem fere litterarum; sequitur στελέχους in M τινὰς ἀποφύσουσιν AB τ. ἀποφύουσιν ChK τ. ἀποφύσουσα Corn. τ. ἀποφύουσα nos. — 9 καὶ στελέχους AB Corn. τοῦ στ. ChK. — ἐκείνου MA. — σχίζουσιν codd. edd. σχίζουσα Corn. — post σχίζουσιν spat. vac. trium litterarum; sequitur ἄχρι in M. — 10 ἔοικέ τε τὸ MAB ἔοικε τὸ ChK ἔοικέ γε τὸ nos; cf. Proll. pp. 57 et 82. — 11 μίαν ὡς pro μέρος M. — 12 τὸν καρπὸν MA. — 13 γὰρ ἐν τοῖς M. —

utraque, si multifidae arboris semen est, in multas scinditur particulas, ut unum et ortus et incrementi omnibus stirpis partibus principium locum illum esse appareat, unde et supra truncus et infra radicandi initium nascitur, videaturque inde tamquam e penetralibus ea, quae arborem regit dispensatque, facultas proficisci. Agitatur igitur contrario motu deorsum in imam terram primas radices tum multifariam scindendo, tum easdem augendo †, sursum ramos quosdam e stirpe progerminando atque subinde in alios ad summa usque et minutissima virgulta diffindendo. Ac videtur quidem hanc superiorem partem omnem, quae eadem arbor est, tum sua, tum fructus causa conformare, inferiorem, quo alimenti copia sit. Quale enim animalibus os, tale stirpibus extremitas

τοιοῦτον τοῖς φυτοῖς τὸ πέρας τῆς ῥιζώσεως ἀτεχνῶς φάναι δοκεῖ στοματίων πολλῶν ἑλκόντων ἐκ τῆς γῆς τροφὴν ὑπὸ τῆς φύσεως δεδημιουργημένην. ἄγε δή μοι τὴν εἰκόνα κἀπὶ τὰ ζῷα μετένεγκε. καὶ πρῶτον μὲν ἐπίσκεψαι τὴν μεγίστην ἀρτηρίαν, ἥτις ὥσπερ πρέμνον ἐκφύουσα τῆς καρδίας διασχίζεται, τῷ μὲν ἑτέρῳ μέρει τῷ σμικροτέρῳ πρὸς τὴν κεφαλὴν ἀναφερομένη, θατέρῳ δὲ τῷ μείζονι κατὰ τῆς ῥάχεως ἐκτεταμένη. θέασαι δὲ ἑξῆς ἅπαντα αὐτῆς τὰ βλαστήματα πάντοσε τοῦ σώματος φερόμενα καθ᾽ ὃν ἐν τῷ πρώτῳ γράμ-
525 ματι λέλεκται | τρόπον, ἑτέραν δὲ ἀρτηρίαν ἐκ τῆς αὐτῆς κοιλίας τῆς καρδίας ἐκφερομένην, τὴν εἰς τὸν πνεύμονα κατασχιζομένην ἀνάλογον τῷ καθήκοντι μέρει τῆς ῥιζώσεως εἰς τὴν γῆν. ὥσπερ γὰρ ἐκ τῆς γῆς τὰ φυτὰ διὰ τῶν ῥιζῶν ἅπασαν ἐπισπᾶται τὴν τροφήν, οὕτως ἐκ τοῦ πνεύμονος ἡ καρδία τὸν ἀέρα διὰ τῶν εἰρημένων ἀρτηριῶν. αὗται δύο μὲν τῆς καρδίας ἐκπεφύκασιν ἀρτηρίαι μέγισται τῶν οἰκείων ἀποβλαστημάτων ἑκάτεραι. καὶ καθάπερ ἐν τῷ φυτῷ τὸ μὲν

3 δεδημιουργημένα M. — 4 post ζῷα nos μετένεγκε inseruimus; cf. Proll. p. 109. — 7 θάτερον M. — 15 τῶν ἀέρα M. — 17 ἑκάτερα M. —

radicum simpliciter dici posse videtur, cum oscula multa nutrimentum a natura praeparatum e terra trahant. Age vero hanc similitudinem ad animalia transfer ac primum mihi maximam arteriam inspice, quae quasi truncus e corde exorta in duos ramos scinditur, quorum alter, qui minor est, ad caput adscendit, alter, qui maior est, ad spinam explicatur. Intuere etiam omnes eius propagines eo modo, quo in primo libro disseruimus, per totum corpus dispersas et alteram arteriam ex eodem cordis sinu exeuntem, quae parti stirpium in terram radices agenti perquam similis in pulmones dispergitur. Quemadmodum enim ex humo stirpes per radices alimentum omne concipiunt, ita e pulmonibus cor aërem per has, quas dixi, arterias attrahit. Atque hae duae quidem e corde emanantes arteriae maiores suis utraque propaginibus exsistunt. Et velut in stirpe pars ea, quae

ἐξέχον τῆς γῆς, τὸ πρέμνον, ἐστὶν ἁπάντων εὐρύτατον τῶν ἄλλων, τὸ δὲ εἰς τὰς ῥίζας σχιζόμενον ἁπάντων καὶ τοῦτο εὐρύτατον τῶν κάτω, τὸ μέσον δὲ ἀμφοῖν ἀρχὴ τοῦ φυτοῦ, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἡ μὲν οἷον στέλεχος ἀρτηρία μεγίστη τῶν καθ' ὅλον ἐστὶ τὸ ζῷον, ἡ δὲ εἰς τὸν πνεύμονα τὴν ἔμφυσιν ἔχουσα τῶν ἐν ἐκείνῳ πασῶν, αὐτὴ δὲ ἡ καρδία μέση τε ἀμφοτέρων ἐστὶ καὶ ἀρχὴ τῶν διοικουσῶν αὐτὰς δυνάμεων. ἀνδρί τε περὶ φύσιν δεινῷ καὶ χωρὶς τῶν εἰρημένων εὔδηλον, ὡς τὰ μείζω τῶν ἐλαττόνων ἀρχαί, καθάπερ γε καὶ ἡ πηγὴ τῶν ὀχετῶν, εἰς οὓς διανέμεται. καίτοι τινὲς εἰς τοσοῦτον ἥκουσιν ἀλογίας, ὡς | τῆς ἀρχῆς τὰ μετὰ 526
αὐτὴν μείζω νομίζειν, ἐξαπατώμενοι πρὸς τῶν ποταμῶν, οἳ σμικροὶ παντάπασι πρὸς ταῖς πηγαῖς ὄντες αὐξάνονται προϊόντες, οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἀεὶ τούτου γινομένου. τινὲς μὲν γὰρ αὐτῶν ἑτέρους ὑποδεχόμενοι ποταμοὺς εἰκότως αὐξάνονται,

1 τῶν ἄνω pro τ. ἄλλων Corn. — 3 ἀμφοῖν ἡ ἀρχὴ codd. edd. ἡ eiecimus; cf. Proll. p. 116. — 5 τὸ pro τῶν M. — 6 αὕτη MABCh. — 7 μεγίστη pro μέση M. — αὐτὰ codd. edd. αὐτὰς nos. — 8 παρὰ φύσιν A περὶ φ. in marg. B; cf. Proll. p. 41. — 9 ἄδηλον M. — 12 ἐξαπατώμασι M ἐξαπατῶσι AB ἐξαπατώμενοι Corn. ChK. — 13 προσιόντες MABCh. — 14 post ἐξ ἀνάγκης spat. vac. octo ferme litterarum; sequitur γιγνομένου in M ἐξ ἀν. ἀεὶ γιγν. ABChK ἐξ ἀν. ἀεὶ τούτου γιν. nos. —

e terra eminet, truncus est omnibusque aliis crassior, quae in radices dispergitur, omnibus itidem inferioribus, quae vero media inter utrumque est, stirpis totius principium est, eodem modo illa arteria velut truncus omnium, quae per totum corpus sparguntur, maxima est, item, quae in pulmones inseritur, omnium, quae in pulmonibus sunt; cor vero ipsum et medium utriusque est et facultatum eas regentium initium. Ceterum viro naturae perito praeter haec, quae diximus, satis liquet maiora minorum esse principia, veluti fontem omnium, in quos distribuitur, rivulorum. Quamquam nonnulli ad tantam pravitatem progrediuntur, ut, quae subsequuntur, maiora originibus suis esse opinentur, fluviorum magnitudine decepti, qui parvi admodum iuxta fontes cum sint, in processu augentur, cum tamen non semper id necessario eveniat. Nonnulli enim alios alveo suo excipiunt atque

τινὲς δὲ ὀχετῶν ἀποσχιζομένων σμικρύνονται. ποταμὸς δὲ οὐδεὶς ἐκ μιᾶς ὁρμώμενος πηγῆς ἐλάττονα τὴν κεφαλὴν ἔχει τῶν ἐφεξῆς· εἰ δὲ ἐκ πολλῶν ἀθροίζοιτο πηγῶν, εὔλογον δήπου τὸ ὅλον ἑκάστης αὐτῶν γενέσθαι μεῖζον. καὶ χωρὶς δὲ τοῦ παραδείγματος, εἰ τὰ κατὰ τὸ σῶμα τῶν ζῴων ἀγγεῖα τὰ σμικρότερα τῶν μειζόνων ἀρχὰς θησόμεθα, μαχεῖται πρὸς ἑαυτὸν ὁ λόγος ἐν ἅπαντι μορίῳ τοῦ σώματος ἀναγκαζόμενος ὁμολογεῖν ἀρχὴν εἶναι τῶν τριῶν ὀργάνων, ἀρτηρίας καὶ νεύρου καὶ φλεβός, ὥστε, εἰ οὕτως ἔτυχε, τὴν πτέρναν ἢ τὸν δάκτυλον ἀρχὴν εἶναι τῆς μεγίστης ἀρτηρίας καὶ τῆς κοίλης φλεβὸς καὶ τοῦ νωτιαίου· ταυτὶ γὰρ ὥσπερ τινὰ πρέμνα τὸ μὲν ἀρτηριῶν ἐστι, τὸ δὲ φλεβῶν, τὸ δὲ νεύρων. ὥστε ἴσως ὁ τοῦτον τὸν λόγον εἰσηγούμενος οὐδὲ τὰ βλαστήματα τῶν
527 δένδρων οὐδὲ τὰ πέρατα τῶν ῥιζῶν αἰσχύνεται λέγειν ἀρ|χὰς τοῦ φυτοῦ. καίτοι τά γε πέρατα τῶν ῥιζῶν ἀρχαὶ τροφῆς τοῦ δένδρου δύναιτο ἂν λέγεσθαι παραπλησίως ταῖς εἰς τὴν

---

1 *σμικρίνονται* M. — 4 *μείζονα* codd. edd. *μεῖζον* nos. — 8 *τῶν τριῶν* M *τῶν ἄλλων τριῶν* ABChK; cf. Proll. p. 37. — 12 *τὸ δὲ μυῶν* MABCh *τ. δ. νεύρων* Corn. K. —

---

inde merito augescunt, alii contra in rivos diducti deminuuntur. Nullus autem fluvius ex uno tantum fonte ortus caput suum exilius reliquis, quae subsequuntur, habet; sed si ex pluribus fontibus colligitur, consentaneum est totam illam collectionem singulis fontibus maiorem esse. Verum misso hoc exemplo, si in animalium corpore minora vasa maiorum esse initia statuemus, ratio secum ipsa pugnabit, quippe quae in quolibet corporis membro originem esse trium instrumentorum, arteriae, nervi, venae, affirmare cogatur, ut calx aut digitus, si ita fert, maximae arteriae et cavae venae et spinalis medullae principium sit; tres enim hae arteriarum, venarum nervorumque quasi trunci quidam sunt. Unde fortasse, qui rationem istam introducit, is neque arborum germina neque extremas radices principia stirpium appellare verebitur. Quamquam extremitates radicum dici quidem possunt arboris alimenti principia, perinde ac venae, quae in ventrem perti-

γαστέρα καθηκούσαις φλεψὶ καὶ ταῖς εἰς τὸν πνεύμονα κατασχιζομέναις ἀρτηρίαις· ἁπλῶς δὲ ἅπαντα τῶν φλεβῶν τὰ πέρατα λέγειν ἀρχὰς ἀτοπώτατον· οὔτε γὰρ τῆς τροφῆς οὐδὲν αὐτῶν ἀρχὴ πλὴν τῶν εἰρημένων οὔτε τῆς διοικούσης δυνάμεως· οὕτω γὰρ ἅπαν ἔσται μόριον ἀρχή. εἰ δέ τινα μὲν ἀρχὰς ἐροῦσι τῶν περάτων, τινὰ δὲ οὐκ ἀρχάς, ἀναπόδεικτον ὑπόθεσιν θήσονται. τί γὰρ μᾶλλον τάδε τῶνδε νομιστέον ἀρχάς, οἷον τὰ κατὰ ἐγκέφαλον τῶν κατὰ πνεύμονα καὶ τούτων τὰ κατὰ τὸ ἧπαρ ἢ τὸν σπλῆνα κἀκείνων τὰ κατὰ ἄλλο τι μόριον ἢ σπλάγχνον; ἐγὼ τοῦτον τὸν λόγον οὐδὲ ὅτε μειράκιον ὂν ἤκουσα παρὰ τοῦ διδασκάλου Πέλοπος ἐπιδεικνύναι πειρωμένου τὸν ἐγκέφαλον ἁπάντων τῶν ἀγγείων ἀρχὴν οὔτε ἐν τῷ παραχρῆμα προσηκάμην οὔθ' ὕστερον ἀνασκεπτόμενος ἐπῄνεσα. τὰ δὲ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταφέρεσθαι λεγόμενα τέτταρα ζεύγη φλεβῶν ἐμβεβλῆσθαί τέ μοι δοκεῖ | τοῖς ἐπιγραφομένοις Ἱπποκράτους συγγράμμασι καὶ 528

3 αὐτὰς pro ἀρχὰς MA; cf. Proll. p. 39. — 13 παρὰ χρῆμα M. —

nent, et arteriae, quae in pulmones diffunduntur; at absolute omnes venarum extremitates principia vocare absurdissimum est, quippe cum neque alimenti neque dispensantis facultatis aliud quidpiam nisi id, quod diximus, esse principium possit; at isto modo quaelibet pars principium erit. Quodsi aliquas extremitates esse principia, aliquas non esse dixerint, propositionem statuent nulla demonstratione probatam. Qui enim magis haec quam illa principia sunt existimanda, velut quae in cerebro magis quam quae in pulmone, quae in iecore vel liene quam quae in pulmone, quaeque in alia quapiam parte aut viscere quam quae in iecore vel liene? Hanc equidem rationem ne tum quidem, cum e Pelope, praeceptore meo, qui probare vasorum omnium originem cerebrum esse conabatur, adulescentulus audirem, illico admisi neque postea re denuo pensitata probavi. Nam quae a capite ferri dicuntur quatuor venarum paria, inserta in operibus, quae Hippocratis nomine inscribuntur, et manifesto interpolata

διεσκευάσθαι φανερῶς. οὐδὲν γοῦν αὐτῶν δύναται δείκνυσθαι, καίτοι τἆλλα τὰ περὶ φλεβῶν εἰρημένα πρὸς Ἱπποκράτους, ἅπερ ἔγραψα πάντα κατὰ τὴν περὶ τῆς Ἱπποκράτους ἀνατομῆς πραγματείαν, ὡμολόγηταί τε τοῖς ἀνατομικοῖς ἀνδράσι καὶ δείκνυται καὶ πρὸς ἡμῶν· τὰ τέτταρα δὲ ἐκεῖνα ζεύγη πρὸς τῷ μηδὲ ὑφ᾽ ἑνὸς ἄλλου λέγεσθαι τῶν ἀνατομικῶν οὐδὲ δείκνυται πρός τινος. ἀλλὰ ἔνιοι μὲν τῶν τιθεμένων αὐτὰ πιστεύειν Ἱπποκράτει φασί, κἂν οὗτοι μὴ δύνωνται δεικνύειν, ὡς περὶ λόγῳ θεωρητοῦ πράγματος, οὐκ αἰσθητοῦ, διαλεγόμενοι, τινὲς δὲ ἐπαγγέλλονται μὲν δείξειν, ἔδειξαν δὲ οὐδέποτε. τὸ μὲν οὖν ἐν ἑτέρῳ τινὶ γράφεσθαι βιβλίῳ τῶν προφανῶς νόθων τὰ τέσσαρα ζεύγη τῶν φλεβῶν οὐδὲν θαυμαστόν· εὑρίσκεται δὲ καὶ κατὰ τὴν τελευτὴν τοῦ περὶ φύσιος ἀνθρώπου, δευτέρου δὲ τοῦ περὶ διαίτης, ᾧ τὴν ἀνατομὴν τῶν φλεβῶν ἐμβεβλήκασιν οὐδένα λόγον ἔχουσαν

1 post *αὐτῶν δ.* spat. vac. septemdecim fere litterarum; sequitur *καίτοι* in M *αὐτῶν δείκνυται δεικνύναι καίτοι* A *αὐτ. δείκνυται κ.* BChK *αὐτ. δύναται δείκνυσθαι* Corn. — 2 *τἆλλα μὲν περὶ* M. — 3 *ἔγραψε* M *ἔγραψεν* ABChK *ἔγραψα* Corn.; cf. Proll. p. 100. — 4 *τε* om. ABChK; cf. Proll. p. 34. — 8 *δύνανται* MABCh. — 9 *λόγου* A. — 11 *τῷ μὲν* M. — 14 *φύσεως* codd. edd. *φύσιος* nos. — *πρὸ δὲ τοῦ δευτέρου* Corn. — 15 *ἀνατομὴν τῶν βιβλίων* codd. edd. *ἀ. τ. φλεβίων* Corn. *ἀ. τ. φλεβῶν* nos. —

mihi videntur. Nullum quidem eorum ostendi potest, etsi cetera, quae de venis dixit Hippocrates, quae omnia in opere de Hippocratis anatomia conscripsi, cum viris anatomiae peritis probata sunt, tum etiam a nobis monstrantur; quatuor vero illa paria, praeterquam quod a nullo alio anatomiae professore commemorantur, ne monstrantur quidem ab ullo. Sed nonnulli, qui ea ponunt, credere se Hippocrati aiunt, quamquam monstrare ea nequeunt, quasi de re ratione tantum cognoscenda, non sensibus subiecta disserant; alii monstraturos quidem se promittunt, nunquam tamen id praestant. Haec igitur paria venarum in aliquo alio ex iis libris, qui manifesto spurii sunt, reperiri non mirum est; inveniuntur autem etiam in extremo libro, qui est de natura hominis, et in secundo de victus ratione, cui venarum anatomiam inseruerunt, cum tamen nulla ratio esset, cur ea ad victus

τῇ διαίτῃ συνῆφθαι. πολὺ γὰρ ἦν πιθανώτερον οὐ τούτῳ
τῷ μέρει τοῦ | γράμματος, ἀλλὰ τῷ προτέρῳ συνάπτειν αὐτήν. 529
ἀλλὰ γὰρ ὁ διασκευάζων ᾤετο λήσεσθαι μᾶλλον, εἰ τῷ τέλει παρέγραψεν. ὅτι δὲ οὐδὲ τῷ προτέρῳ μέρει προσαρμόττεσθαι λόγον εἶχεν, εὔδηλόν ἐστιν ἅπασι τοῖς ἀνεγνωκόσι τὸ σύγγραμμα. ζητεῖ γὰρ ἐν αὐτῷ φύσιν ἀνθρώπου τὴν ὡς ἐκ στοιχείων, οὐ τὴν ἐξ ἀνατομῆς φαινομένην. ἀλλὰ ὅτι μὲν οὐκ ἔστι γνήσιος οὐδὲ Ἱπποκράτους οὐδὲ Πολύβου τῶν εἰρημένων φλεβῶν ἡ ἀνατομή, καὶ πρὸ ἡμῶν μὲν ἑτέροις ἀποδέδεικται καὶ ἡμεῖς δὲ ἄν, εἰ θεὸς δοίη ποτὲ περὶ τῶν γνησίων Ἱπποκράτους συγγραμμάτων πραγματεύσασθαι, δια πλειόνων ἐπιδείξαιμεν, ἥτις ἐστὶν Ἱπποκράτους γνώμη περὶ φλεβῶν ἀρχῆς, ἣν ἔκ τε τοῦ περὶ τροφῆς ἔνεστι λαβεῖν καὶ ἐκ τοῦ δευτέρου τῶν ἐπιδημιών. ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰσαῦθις ἀναβεβλήσθω. δεῖξαι γάρ, ὃ πρότερον λέγων ἀπέλιπον, ἔγνωκα, ὅτι κἂν τοῖς φυτοῖς μὲν ἀρχὴ καὶ γενέσεως καὶ

3 μᾶλλον ἢ εἰ M μ. ἢ εἰ ABChK ἢ sustulimus; cf. Proll. p. 112. — 6 φησὶν pro φύσιν M. — 8 οὔθ' — οὔτε codd. edd. οὐδὲ — οὐδὲ nos; cf. Proll. p. 102. — 12 ἐπιδείξομεν BChK; cf. Progr. II, 12. — 13 περὶ τροφῆς codd. edd. 'lego περὶ ὀστέων φύσιος' Corn. — 15 πρότερον ὃ codd. edd. ὃ πρότερον nos; cf. Proll. p. 121. —

rationem adiungeretur. Multo enim probabilius erat non huic operis parti, sed priori eam adnectere. Verum qui interpolavit, ita magis fraudem latere posse arbitratus est, si ad finem adscripsisset. Sed eandem ne priori quidem parti adiungere consentaneum fuisse omnibus, qui opus legerunt, perspicuum est. Quaerit enim eo naturam hominis, quae quidem ex elementis constet, non quae ex anatomia cernatur. Sed de harum, quas commemoravimus, venarum dissectione commentationem non genuinam esse neque Hippocratis neque Polybi et ante nos alii demonstraverunt et nos, si quando deus concesserit, ut de genuinis Hippocratis libris commentarios scribamus, pluribus ostendemus, quaenam sit Hippocratis de venarum origine sententia, quam tum e libro de alimento, tum e secundo de morbis vulgaribus colligere licet. Verum hoc in aliud tempus differatur. Nunc ad id, unde degressa est oratio, probandum revertor, quemadmodum

διοικήσεως τὰ μείζω σώματα τῶν σμικροτέρων ὑπάρχει, οὐχ ἥκιστα δὲ κἀν τοῖς ζῴοις. ἐπάνειμι γὰρ αὖθις ὡς τὸν Πέ-
530 λοπα συγχωροῦντα τὸν ἐγκέφαλον | ἁπάντων εἶναι τῶν νεύρων ἀρχήν. ὁμολογεῖ γοῦν καὶ αὐτὸς ἀπὸ ἐγκεφάλου φυόμενα δύο νεῦρα διασπείρεσθαι τοῖς κατὰ ὀφθαλμοὺς μυσὶν ἐκ μιᾶς καὶ παχείας ἐκφύσεως εἰς σμικρὰ καὶ πολλὰ σχιζόμενα. τούτων δὲ ἔτι μᾶλλον ἡ ἐφεξῆς συζυγία παχίστη μέν ἐστιν ἐκφυομένη, τέμνεται δὲ εἰς πάμπολλα σμικρὰ τοῖς περὶ τὸ πρόσωπόν τε καὶ τὸ στόμα διανεμομένη μορίοις, ὥσπερ γε καὶ ἡ μετὰ αὐτήν. ἵνα δὲ μὴ τρίβω τὸν χρόνον, ὁ νωτιαῖος ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου βλαστάνειν αὐτῷ δοκεῖ καὶ εἶναι καθάπερ τι πρέμνον ἀριθμοῦ παμπόλλου νεύρων οἷον κλάδων ἀποφυομένων αὐτοῦ. ταῦτα μὲν οὖν ἀληθῆ τέ ἐστι καὶ τοῖς ἐναργῶς ὁρωμένοις ὁμολογούμενα, τὸ δὲ τὰ σμικρὰ τῶν μεγάλων ἀρχὰς εἶναι μάχεται μὲν καὶ τοῖς κατὰ τὰ νεῦρα φαινομένοις, ἀεὶ γὰρ ἐν τούτοις τὰ μείζω τῶν σμικροτέρων ἀρχαί, μάχεται δέ, ὡς

10 post *νωτιαῖος* spat. vac. quatuordecim ferme litterarum; sequitur *βλαστάνειν* in MAB *ν. ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου βλ.* Corn. *ν. ἐξ ἐγκ. ἐκφυόμενος* ChK; cf. Proll. p. 53. — 12 *πρέμναν* M. —

in stirpibus maiora corpora sint minorum et ortus et dispensationis principia, eodem modo in animalibus quoque rem se habere. Redeo enim ad Pelopem, qui cerebrum nervorum omnium originem esse concedit. Fatetur quidem et ipse a cerebro oriri duos nervos atque ex uno crassoque exortu in multas tenuesque particulas discissos in oculorum musculos distribui. Hoc etiam magis subsequenti nervorum pari contingit: crassissimum est illud quidem in exortu, distribuitur autem in faciei et oris partes ita, ut in quam plurimas particulas secetur, perinde atque illud, quod sequitur, par. Sed ne tempus teram, dorsi medulla e cerebro progerminare ei videtur atque quasi truncus quidam esse numerosae subolis nervorum, qui velut ramuli ex ea pullulant. Haec sane vera sunt et cum iis, quae evidenter apparent, consentiunt; at illud, quod parva sint magnorum principia, partim iis, quae in nervis conspiciuntur, repugnat — semper enim in his maiora minorum sunt principia —,

εἴρηται, καὶ τοῖς κατὰ τὰ φυτὰ καὶ προσέτι τοῖς κατα τας ἀρτηρίας τε καὶ τὴν καρδίαν. ἀναισχυντία πάντως γάρ ἐστιν ἄλλο τι σπλάγχνον ἀρτηριῶν ἀρχὴν ὑποθέσθαι. φαίνονται γοῦν αἱ μὲν ἀρτηρίαι, πρὶν ἐκτμηθῆναι τοῦ ζῴου, τὴν | κίνη- 531
σιν ἀπολλύουσαι σαφῶς, ἐπειδὰν βρόχῳ διαληφθῶσι, μήτι γε δὴ χωρισθεῖσαι καὶ ἐκτὸς γενόμεναι, μόνη δὲ ἡ καρδία πάντων τῶν ἐν τῷ ζῴῳ μορίων ἐξαιρουμένη μέχρι πλείστου διαφυλάττουσα τὴν κατὰ φύσιν ἐνέργειαν, ὡς ἀρχὴ κινήσεως ἑαυτῇ τε καὶ τοῖς ἀφ᾽ ἑαυτῆς· αἱ δὲ ἀρτηρίαι ἀποχωρισθεῖσαι αὐτῆς ἢ βρόχοις ἢ τομαῖς ἅμα τῷ πάθει καὶ τὴν κίνησιν ἀπολλύουσιν. ἀλλὰ εἴπερ ἀναίσχυντόν ἐστι τὰς ἀρτηρίας ἑτέρωθεν ἄρχεσθαι φάναι, τὰ μέγιστα μόρια τῶν ἀρτηριῶν ἀρχαὶ τῶν σμικροτέρων γενήσονται. εὐρύταται οὖν ἁπασῶν εἰσι τοῦ ζῴου ἀρτηριῶν αἱ τῆς καρδίας ἐκφυόμεναι, παχύταται δὲ καὶ τῶν νεύρων αἱ ἀρχαί, καθάπερ ἐν τοῖς φυτοῖς πάχιστον μὲν τὸ πρέμνον ἁπάντων τῶν κλάδων, παχίστη δὲ ἡ ῥίζωσις τῶν ῥιζῶν. ὀνομάζω δὲ ῥίζωσιν τὸ κάτωθεν μέρος,

2 ἀναχυντία M. — 6 γε δὲ corr. ead. manu in γ. δὴ M. — 7 τῶν om. M. — 16 παχύτατον BChK. — 17 τὸ κάτωθεν μέρος in codd. edd. inter ἐδείκνυον et ἀρχὴν collocatum; cf. Proll. p. 121. —

partim iis, quae in stirpibus quaeque in arteriis et corde animadvertuntur. Impudentiae enim utique est aliud viscus quam cor arteriarum principium constituere. Cernuntur quidem arteriae, antequam e corpore excidantur, si laqueo interceptae erunt, motum amittere manifesto, maxime vero tum, cum recisae ac penitus separatae erunt; at cor solum ex omnibus animalis visceribus exemtum quam diutissime naturalem suam functionem retinere, quippe quod et sibimet ipsi et iis, quae ab eo manant, motus origo sit. Quodsi aliunde dicere originem arteriarum exsistere impudentiae est, maximae arteriarum partes minimarum principia erunt. Jam latissimae omnium animalis arteriarum illae sunt, quae e corde proficiscuntur; nervorum etiam origines sunt crassissimae, sicut in stirpibus et truncus ramis omnibus et radicatio radicibus ipsis longe crassior est. Radicationem appello partem eam inferiorem, quam paulo ante

ὅπερ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐδείκνυον ἀρχὴν εἶναι τοῦ φυτοῦ.
καί μοι δοκεῖ καὶ ὁ Ἱπποκράτης ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰ ζῷα μετα-
φέρων τοὔνομα ῥίζωσιν εἰρηκέναι τῶν μὲν ἀρτηριῶν τὴν
καρδίαν, τῶν δὲ φλεβῶν τὸ ἧπαρ. ὡς γὰρ ἀπὸ τῆς ῥιζώ-
532 σεως τῶν φυτῶν | αἱ ῥίζαι μὲν κάτω, τὸ δὲ στέλεχος ἄνω
φύεται, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκ μὲν τῆς καρδίας ἥ τε εἰς
τὸν πνεύμονα καὶ ἡ εἰς ὅλον τὸ ζῷον, ἐκ δὲ τοῦ ἥπατος ἥ
τε εἰς τὰ κατὰ τὴν γαστέρα καὶ ἡ εἰς τὸ σύμπαν σῶμα.
ῥίζαις μὲν οὖν ἐοίκασιν αἱ εἰς τὴν γαστέρα καθήκουσαι φλέ-
βες, ὡς καὶ τοῦτο αὐτὸς Ἱπποκράτης ἔδειξε φάμενος ʽὥσπερ
τοῖσι δένδροισι ἡ γῆ, οὕτω τοῖσι ζῴοισι ἡ γαστήρ᾽, τὸ δὲ
οἷον πρέμνον ἡ κοίλη φλέψ ἐστιν ἐκ μὲν τῶν κυρτῶν τοῦ
ἥπατος ἐκπεφυκυῖα, φερομένη δὲ ἐκ τοῦ ἥπατος εὐθεῖα πρὸς
ἑκάτερα τοῦ ζῴου τὰ μέρη, τό τε ἄνω καὶ τὸ κάτω. εὐρύτα-
τον μὲν οὖν αὐτῆς ἐστι τὸ κάτω τοῦ ἥπατος, ἧττον δὲ εὐρὺ

8 εἰς τὴν codd. edd. εἰς τὰ nos. — τὴν γαστέρα καθήκουσαι omissis, quae interiecta sunt, verbis M. — καὶ εἰς codd. edd. καὶ ἡ εἰς nos. — 9 ῥίζαι codd. edd. ῥίζαις nos. — 10 τοῦ ταυτὸς pro τοῦτο αὐτὸς M. — Hippocrates de humor. (vol. 1, p. 129 ed. Kuehn. (vol. I, p. 626 ed. Erm.); Galen. comment. vol. XVI, p. 340. — ὡς γὰρ codd. edd. ὥσπερ nos. — 11 τοῖς δένδροις codd. edd. τοῖσι δένδροισι nos. — τοῖς ζώοις codd. edd. τοῖσι ζῴοισι nos. —

stirpium originem esse demonstravi. Atque etiam Hippocrates ipse mihi videtur hinc ad animalia hoc nomen transtulisse, cum, sicut arteriarum cor, ita venarum iecur radicationem esse ait. Nam quemadmodum e stirpium radicatione radices deorsum aguntur et truncus sursum oritur, eodem modo e corde arteriae, altera in pulmones, altera in totum corpus animalis, disperguntur, e iecore item venae, altera in ventris partes, altera in corpus universum. Atque radicibus similes sunt venae, quae ad ventrem pertinent, sicut et hoc Hippocrates ipse declarat, cum dicit 'Ut arboribus terra, ita animalibus venter est'; trunci vice fungitur cava vena, quae ex gibbis iecoris exorta in utramque partem animalis, superiorem et inferiorem, recta protenditur. Cuius latissima ea est pars, quae infra iecur est, minus lata, quae per septum

τὸ δια τῶν φρενῶν ἀνατεταμένον, ἔλαττον δὲ ἐμφοτέρων το τῇ καρδίᾳ ἐμφυόμενον. καίτοι γε, εἴπερ ἦν ἡ καρδία τῆς κοίλης φλεβός, ὡς καὶ τῆς μεγάλης ἀρτηρίας, ἀρχή, μέγιστον ἂν ἦν, οἶμαι, τὸ συνεχὲς αὐτῇ μέρος.

Εἰ δέ τις οἴεται τῆς μὲν δυνάμεως ταῖς φλεψὶ χορηγὸν τὴν καρδίαν, τῆς δὲ ὕλης τὸ ἧπαρ, ἐντεῦθεν γὰρ ὁρμᾶσθαι τὸ αἷμα, καὶ διὰ τοῦτο εὐρυτέραν εἶναι τὴν κάτω κοίλην τῆς ἄνω, διότι πλείω μόρια κάτω τοῦ | ἥπατός ἐστιν, οἷς 533
ἀναγκαῖόν ἐστιν ἅπασι χορηγεῖσθαι τροφήν, οὗτός μοι δοκεῖ διὰ αὐτῶν ὧν ὑποτίθεται συγχωρεῖν ἃ μὴ βούλεται. τὶ γὰρ ἐξ ἥπατος ὁρμᾶσθαι τὸ αἷμα τί ἄλλο ἐστὶν ἢ τὴν γεννῶσαν αἷμα δύναμιν ἐν τούτῳ τῷ σπλάγχνῳ περιέχεσθαι; εἴπερ οὖν ἕνεκα μὲν τοῦ τρέφεσθαι τὸ ζῷον ἡ τοῦ αἵματός ἐστι γένεσις, ἐν ἥπατι δὲ γίνεται τὸ αἷμα, τῆς θρεπτικῆς δυνάμεως ἀρχὴ τοῦτο ἔσται τὸ σπλάγχνον, οὐχ ἡ καρδία. τὸ γὰρ

1 post τὸ διὰ τῶν φλε (sic) spat. vac. triginta ferme litterarum; sequitur καίτοι γέ περ ἦν in M; post τὸ διὰ τῶν φλεβῶν sp. vac. ferme decem litterarum; sequitur ἀνατεταμι. ἔλαττον δὲ ἀμ. sp. vac. duodeviginti litt. καίτοι εἰ spat. vac. novem fere litt. καρδία in AB τὸ διὰ τῶν φρενῶν ἀνατεταμένον, ἔλαττον δὲ ἀμφοτέρων τὸ τῇ καρδίᾳ ἐμφυόμενον (συνεχές Corn.) Corn. ChK; cf. Proll. p. 53. — 2 καίτοι εἴπερ εἴη ChK κ. εἴπερ ἦν Corn. καίτοι γε εἴπερ ἦν nos. — 4 ἦν om. M. — αὐτῆς codd. edd. αὐτῇ nos; cf. Proll. p. 85. — 6 ὅλης pro ὕλης M. — 8 τὰ κάτω codd. edd. τὰ eiecimus. —

transversum extenditur, minus autem utraque est ea, quae cordi inseritur. Atqui si cor esset cavae venae, sicut est arteriae magnae, principium, maxima esset ea pars, quae cordi continua est.

Si quis autem putat facultatem venis a corde, materiam a iecore, quippe a quo sanguis emanet, suppeditari atque idcirco cavae venae partem inferiorem superiore esse latiorem, quod infra iecur plures sint partes, quibus omnibus alimentum suppeditari necesse sit, is per illa ipsa, quae statuit, ea, quae non vult, concedere mihi videtur. Nam sanguinem ex iecore proficisci quid aliud est quam sanguinis procreatricem facultatem in eo viscere contineri? Quodsi, ut alatur animal, sanguinis generatio est, in iecore autem sanguis generatur, hoc viscus, non cor, altricis facultatis principium

προνοούμενον ὕλης ἐπιτηδείου πρὸς θρέψιν ἅπαντι τῷ σώματι τοῦτο εὔλογον ἀρχὴν εἶναι τῆς θρεπτικῆς τε καὶ φυτικῆς δυνάμεως, ὥσπερ, οἶμαι, κἀν τοῖς φυτοῖς ἐκεῖνο τὸ μέρος, ὃ ῥίζωσιν ἐκαλοῦμεν. ἕλκει τε γὰρ ἐφ' ἑαυτὸ διὰ παμπόλλων ῥιζῶν ἐκ τῆς γῆς τὴν τροφὴν ἐπιπέμπει τε προκατεργασάμενον ἅπαντι τῷ φυτῷ διὰ τοῦ στελέχους. εἰ γὰρ καὶ ταύτης τῆς δυνάμεως, ὥσπερ καὶ τῆς σφυγμικῆς, ἀρχὴν θησόμεθα τὴν καρδίαν, ἐκ τοῦ περιττοῦ τὸ ἧπαρ ἡ μηδὲν μάτην ἐργαζομένη φύσις ἐποίησεν· ἦν γὰρ δήπου κατὰ τὴν καρδίαν αἱματοῦσθαι τὴν τροφήν. ἀλλὰ ὡς εἰς μέγα τὸ ἔργον οἷον
534 ὑπηρέτην τινὰ | τὸ ἧπαρ ἡ φύσις τῇ καρδίᾳ παρεστήσατο προπαρασκευάσοντα τὴν ὕλην αὐτῇ, καθάπερ ἡ γαστὴρ ἐκείνῳ. πιθανὸς μὲν ὁ λόγος, οὐ μὴν ἀληθής γε. φαίνεται γὰρ οὐχ ὡς ὑπηρέτης ἡγουμένῳ προπαρασκευάζων ἐπιτήδειον ὕλην τὸ ἧπαρ, ἀλλὰ ὡς αὐτὸς ὁ ἡγούμενος ἐξουσίαν ἔχων τοῦ διανέμειν αὐτήν. ἐναργῆ δὲ παραδείγματα κατὰ αὐτὸ τοῦ ζῴου τὸ σῶμα πάρεστι θεάσασθαι. πάντα γοῦν, ὅσα προπαρα-

4 ἑαυτῶ M ἑαυτῷ AB. — 7 τῆς αὐτῆς codd. edd. ταύτης τῆς nos. — 8 περὶ ττοῦ M. — 10 ἀλλ' εἰ ὡς εἰς Corn. —

erit. Quod enim materiam ad alimentum toti corpori idoneam procurat, id consentaneum est altricis et vegetabilis facultatis esse principium, sicut videlicet etiam in stirpibus ea pars est, quam radicationem appellavimus. Attrahit enim ad se per numerosas radicum fibras e terra nutrimentum atque elaboratum per stipitem in totam stirpem transmittit. Nam si huius facultatis perinde atque pulsatilis cor principium esse ponemus, supervacaneum fecit iecur natura, quae nihil temere operatur, quippe cum in corde illa cibi in sanguinem mutatio fieri posset. 'At iecur ad magnum opus quasi minister cordi adiunctum est, quo materiam ipsi praeparet, sicut ipsum a ventre praeparatam accipit.' Verisimilis quidem est oratio, non tamen vera. Apparet enim non tamquam ministrum domino iecur cordi materiam idoneam praeparare, sed ipsum esse principem, qui distribuendi habeat potestatem. Cuius rei manifesta exempla in ipso animalis corpore licet considerare. Omnia, quae materias

σκευάζει τὰς ὕλας ἑτέροις, ἐκείνοις αὐτὰς ἀκεραίους φυλάττει καὶ οὔτε ἐκ πνεύμονος ἄλλη τις ὁδὸς ἑτέρωσε τέτμηται πλὴν μιᾶς τῆς εἰς τὴν καρδίαν οὔτε ἐκ κοιλίας τε καὶ ἐντέρων ἑτέρωσε πλὴν εἰς ἧπαρ οὔτε ἐκ τοῦ δικτυοειδοῦς πλέγματος ἑτέρωσε πλὴν εἰς ἐγκέφαλον οὔτε ἐκ τῶν τὸ σπέρμα προπαρασκευαζόντων ἀγγείων εἰς ἄλλο τι πλὴν εἰς τὰ τῶν ὄρχεων. οὕτω δὲ καὶ οἱ τὸ χολῶδες ὑγρὸν ἀθροίζοντες πόροι πάντες εἰς ἓν ἀγγεῖον ἀποφέρονται, τὴν συνημμένην ἥπατι κύστιν, ἐντεῦθέν τε εἰς τὴν νῆστιν ἐκπέμπουσι, καθάπερ οἱ νεφροὶ τὸ οὖρον εἰς τὴν μίαν δηλονότι κύστιν. οὐκοῦν οὐδὲ τὸ ἧπαρ, εἴπερ τῇ καρδίᾳ τὸ αἷμα | προπαρασκευά- 535 σον ὑπὸ τῆς φύσεως ἐγένετο, διανέμειν αὐτὸ τῇ παρασκευῇ ἡμίεργον ἐπιστεύθη ἄν. οὔτε γὰρ ὑπηρέτου τὸ τοιοῦτον ἔργον, ἀλλὰ ἡγεμόνος καὶ ἄρχοντος, οὔθ' ὕλης ἐλλιπῶς παρεσκευασμένης τὸ πάθος· ὑπηρέτου γάρ ἐστι τὸ παρασκευά-

2 ἑτέρως MA. — 5 τὸ ante σπέρμα om. M. — 6 πλὴν τῶν ὄρχεων codd. edd. πλ. εἰς τὰ τῶν ὄρχ. nos. — 8 ἀποφέρεται M. — post ἀποφ. spat. vac. duodecim ferme litterarum est; sequitur κύστιν ἐντεῦθεν (ἥπατι κ. ἐντ. AB), deinceps spat. vac. quadraginta ferme litter.; denique καθάπερ in MAB ἀποφέρονται τὴν ἐν τῷ ἥπατι κύστιν ἐντεῦθέν τε εἰς τὴν νῆστιν ἐκπέμπουσι καθάπερ Corn. ἀπ. τὴν συνημμένην δηλονότι ἥπατι κύστιν ἐντ. τε εἰς τὴν νῆστιν ἐκπέμπουσιν, καθάπερ ChK; cf. Proll. p. 54. — 11 προπαρασκευάσαι M προπαρασκευάσων AB. — 13 ἐπιστεύθητο MABCh. — 14 ὅλης pro ὕλης MA; cf. Proll. p. 39. — 15 παρασκευασμένης MAB; cf. Proll. p. 48. —

aliis praeparant, integras illis easdem servant ac neque alius quispiam meatus a pulmonibus aliorsum tendit quam unus ad cor neque e ventriculo et intestinis praeterquam ad iecur neque e reticulari contextu quam in cerebrum neque e vasis semen praeparantibus aliorsum quam ad testes. Sic quoque qui biliosum humorem colligunt meatus omnes in unum vas deferuntur, iecori adnexum folliculum, indeque in ieiunum intestinum emittunt; non secus renes urinam in unam nimirum vesicam transmittunt. Non igitur, si iecur eo consilio natura fabricata esset, ut cordi sanguinem praepararet, ei dimidium tantum suppeditandi munus demandasset. Hoc enim non ministri, sed ducis et principis opus est neque materiae, quae non satis praeparata est, affectus est; ministri

ζειν μόνον ὕλης τε ἐλλιποῦς ἐστι τὸ μὴ διανέμεσθαι. καὶ μὴν οὔθ᾽ ὡς ὑπηρέτης τὸ ἧπαρ, ἀλλὰ ὡς ἄρχων, οὔθ᾽ ὡς ὕλην ἐλλιπῆ τὸ αἷμα διανέμειν πεπίστευται. πάντα γὰρ ὅσα κάτω τοῦ διαφράγματός ἐστι τοῦ ζῴου μόρια παρ᾽ ἥπατος ἀναμφισβητήτως ἔχει τὸ αἷμα, καίτοι πλείω τοῦ ἡμίσεός ἐστι. μᾶλλον δὲ ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ διάφραγμα καὶ ὁ περικάρδιος ὑμὴν ἅμα τοῖς ἄλλοις ὑμέσι τοῖς πλησίον, ὅσοι τε διαφράττουσι τὸν θώρακα καὶ ὅσοι περιαλείφουσι τὸν πνεύμονα, τὴν τροφὴν ἐκ τῆς κοίλης ἔχει, πρὶν ἐπὶ τὴν καρδίαν ἀφικέσθαι, διδαχθῶμεν ὑπὸ τῆς ἀνατομῆς· εἰσόμεθα τὰ πλείω τῶν τοῦ ζῴου μορίων ἐξ ἥπατος τρεφόμενα προφανῶς τε καὶ ἀναμφισβητήτως. ἐπιδειχθήσεται μὲν γὰρ ὀλίγον ὕστερον, ὅτι καὶ τὸ ἄνω τῆς καρδίας ἅπαν ἐξ ἥπατος ἔχει τὴν τροφήν· ἀλλὰ
536 τό γε | ἀναμφισβήτητον ἤδη λαμβανέσθω τὸ τὰ κάτω τῆς καρδίας ἐξ ἐκείνου τρέφεσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ θώρακος ὅλα τὰ κάτω μέρη. μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ τὰ ἄλλα σύμ-

3 ὕλην ἐλλιπῆ ὕλην αἷμα M ὕλην ἐλλ. ὕλην τὸ αἷμα AB ὕλ. ἐλλιπῆ, ἀλλὰ τὸ αἷμα Corn. ὕλ. ἐλλ. τὸ αἷμα ChK. — 5 τῶν ἡμίσεων codd. edd. τοῦ ἡμίσεος nos. — 7 ὑμὶν pro ὑμὴν M. — 10 ἀνατροφῆς M. — καὶ εἰσόμεθα Corn. — 14 τῶ τὰ M. — 16 τὰ δύο μέρη MAB τὰ κάτω μ. Al. Just. ChK. —

enim est praeparare tantum materiam, materiae imperfectae non distribui. Atqui iecori neque ut ministro, sed ut principi, neque sanguinem ut materiam imperfectam distribuendi munus mandatum est. Quaecunque enim partes infra septum transversum in animali sunt, quamquam supra dimidium omnium sunt, nemini dubium est quin omnes a iecore sanguinem accipiant. Immo vero et septum ipsum et, quae cor circumit, membranam una cum ceteris vicinis, tum quae thoracem intersepiunt, tum quae pulmones leniter ambiunt, alimentum e vena cava, priusquam ad cor pervenit, haurire ex anatomia discamus; iam cognoscemus plurimas animalis partes manifesto ac sine controversia ex iecore nutriri. Nam etiam totam eam partem, quae supra cor est, ex iecore alimentum habere paulo post demonstrabimus; sed nunc illud, quod minime controversum est, sumamus, eas, quae infra cor sunt, e iecore ali atque etiam thoracis ipsius omnes partes

παντα τὰ κατὰ τὰς ἀνατομὰς φαινόμενα καὶ πρῶτόν γε καὶ μέγιστον ἡ κάθαρσις τῶν περιττωμάτων τοῦ αἵματος. ὡς γὰρ συμπεπληρωμένῃ τῇ τοῦ χυμοῦ γενέσει καὶ τὸ προσῆκον εἶδος ἐχούσῃ παρεσκεύασεν ἡ φύσις ὄργανα καθαρτικὰ τῶν περιττωμάτων, νεφροὺς καὶ σπλῆνα καὶ τὴν χοληδόχον κύστιν, οὐδὲ ἔστιν ἄλλο τέταρτον οὐδὲ ἐπινοῆσαι καθαῖρον περιττώματα τροφῆς ἢ ὕλης ἡστινοσοῦν ὑπὸ θερμοῦ μεταβαλλομένης, ἀλλὰ τὰ πλεῖστα τρία τὸν ἀριθμόν ἐστι. τουτὶ γὰρ δέδεικταί μοι δια ἑτέρων ἤδη πραγματειῶν αὖθίς τε δειχθήσεται κατὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἐπὶ προήκοντι τῷ λόγῳ πραγματείαν· νυνὶ δὲ εἴρηται μέν, ὡς μηδὲν τῶν ἀληθῶν παραλείποιτο, τῆς δὲ ἐξ αὐτοῦ πίστεως οὐδὲν δεῖ τοῖς παροῦσιν. ὁμολογεῖται γὰρ ἥ τε τῶν νεφρῶν ἐνέργεια καὶ ἡ τῆς χοληδόχου κύστεως ἐκκαθαίρειν τὸ αἷμα. κατὰ δὲ τὴν καρδίαν οὔτε ἄλλο τι καθαρτικὸν ὄργανον ἡ φύσις ἐποίησεν | οὔτε ἄλλον 537

4 post τῶν περιττωμάτων verba inde a τοῦ αἵματος (v. 2) repetita sunt in M; cf. Proll. p. 111. — 6 ἐπινοῆσαι περίττωμα codd. edd. ἐπιν. καθαῖρον περιττώματα nos. — 9 ἐκεῖ pro μοι MA; cf. Proll. p. 40. — 10 προήκοντα M. — 11 μέν om. M. — παραλίποιτο (ι in ras. M) MABCh. — 14 ἐκκαθαίρειν τ spat. vac. octo litterarum κατὰ δὲ M. — 15 καθαρτικὸν spat. vac. novem litter. ἡ φύσις M. —

inferiores. Cuius rei argumento sunt cum alia omnia, quae ex incisis corporibus manifesta sunt, tum praecipue id, quod gravissimum est, excrementorum sanguinis purgatio. Natura enim tamquam perfectae humoris generationi speciemque convenientem adeptae instrumenta, quae excrementa expurgarent, praeparavit, renes, lienem fellisque receptricem vesicam ac quartum aliud ne excogitare quidem licet, quod expurget excrementa cibi aut materiae qualiscunque, quae a calore immutetur, sed ad summum tria numero sunt. Quod et in aliis iam operibus a me demonstratum est et rursus in hoc opere procedente disputatione demonstrabitur; sed nunc dictum est, ne quid veri praetermissum videatur, non quia ad praesentem rem probandam quidquam faciat. Constat enim renum et fellis receptaculi functione sanguinem expurgari. At in corde neque aliud instrumentum purgatorium natura fabricata est neque humorem ipsum diversum

ἐργάζεται χυμόν. ὅμοιον γὰρ τό τε ἐν τῇ δεξιᾷ κοιλίᾳ τῆς καρδίας αἷμα καὶ τὸ κατὰ πάσας τὰς φλέβας ἐν ὅλῳ τῷ ζῴῳ, καθάπερ γε καὶ τὸ κατὰ τὰς ἀρτηρίας ἁπάσας ὅμοιόν ἐστι τῷ κατὰ τὴν ἀριστερὰν κοιλίαν. τουτὶ μὲν οὖν ὡς τὰ πολλὰ λεπτότερόν τέ ἐστι καὶ ξανθότερον, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ τἀναντία παχύτερόν τε καὶ μελάντερον, ἀεὶ μέντοι θερμότερόν ἐστι· τὸ δὲ κατὰ τὴν δεξιὰν κοιλίαν αἷμα τὴν αὐτὴν ἰδέαν ἔχει τῷ τε ἄλλῳ παντὶ καὶ τῷ κατὰ τὸ ἧπαρ, ὡς ἂν οὐδὲν ἐξαίρετον ἐπικτώμενον ἐν τῇ δεξιᾷ κοιλίᾳ. μεγίστη δὲ πίστις, ὡς οὐ προπαρασκευάζει τῇ καρδίᾳ τὸ ἧπαρ οὐδένα χυμὸν εἰς τροφὴν τῶν τοῦ ζῴου μορίων, ἀλλὰ αὐτὸ συμπληροῖ τὴν σύμπασαν ἰδέαν αὐτοῦ, τὸ μίαν εἶναι φλέβα τὴν ἐξ ἥπατος εἰς καρδίαν ἐκφυομένην, ἑτέραν δὲ μηκέτι ἀντεκφύεσθαι κατὰ ἄλλο μέρος αὐτῆς εἰς ὅλον ἅπαξ φέρουσαν τὸ σῶμα τὸν κατεργασθέντα χυμόν, καίτοι γε ἄλλης μὲν εἰσαγούσης ἀρτηρίας,

---

2 ante ὅλῳ nos ἐν addidimus. — τω (sic) spat. vac. octo ferme litter. καθάπερ M. — 4 πολλὰ χαλεπότερον MA π. λεπτότερον in marg. B; cf. Proll. pp. 40 et 92. — 6 θερμότερον ·αὐτό ἐστι codd. edd. αὐτό expunximus; cf. Proll. p. 117. — 8 τὸ κατὰ M. — 12 ἥπατος ἢ καρδίας MA ἡπ. εἰς καρδίαν in marg. B; cf. Proll. p. 40. — 14 αὐτῆς M Corn. αὐτῶν ABChK; cf. Proll. p. 31. — ἅπαξ οὖσαν M. —

---

reddit. Nam qui in dextro cordis ventriculo sanguis est, non dissimilis ab eo est, qui per omnes venas in toto animalis corpore diffunditur, sicut ille, qui per arterias omnes fertur, non diversus est ab eo, qui in sinistro sinu est. Quamquam hic plerumque tenuior et flavior, nonnunquam e contrario crassior nigriorque est, calidior vero semper; at qui in dextro est sinu, eandem speciem habet quam cum alius omnis, tum qui in iecore est, quippe qui nihil eximium in dextro sinu acquirat. Firmissimum autem argumentum, cur iecur nullum humorem ad partes animalis nutriendas cordi praeparet, sed ipsum universam eius speciem perficiat, hoc afferri videtur, quod una tantum vena est, quae ex iecore ad cor exoritur, alia autem quaepiam ex alia parte cordis non item exstat, quae humorem elaboratum in totum omnino corpus traducat, cum tamen ex arteriis altera sit, quae

ἄλλης δὲ ἐξαγούσης τὸ πνεῦμα. φαίνεται γὰρ ἡ φύσις οὐ τοῖς αὐτοῖς ἀγγείοις χρωμένη πρός τε τὰς | ἡμιεργάστους 538
ὕλας καὶ πρὸς τὰς τελέως κατειργασμένας οὐδὲ ταῖς αὐταῖς ὁδοῖς. οὐδὲ γὰρ δυνατόν ἐστιν ἅμα μὲν τὴν ἡμίπεπτον ἐξ ἥπατος εἰς καρδίαν ἀναπέμπεσθαι τροφήν, ἅμα δὲ τὴν ἤδη κατειργασμένην διὰ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ καταφέρεσθαι, ἀλλὰ ἦν ἂν πάντως ἑτέρα μὲν φλὲψ ἡ εἰσάγουσα τὴν ἡμίπεπτον, ἑτέρα δὲ ἡ τὴν ἀκριβῶς κατειργασμένην ἐξάγουσα. νυνὶ δὲ εἰσάγει μέν τις, ἐξάγει δὲ οὐδεμία πλὴν τῆς εἰς πνεύμονα, περὶ ἧς αὖ ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς περὶ χρείας μορίων ἐπισκεψόμεθα τὴν αἰτίαν ἐρευνῶντες, ἧς ἕνεκεν ἐκ τῆς καρδίας, οὐκ ἐκ τῆς κοίλης, ἐξέφυσεν ἡ φύσις εἰς τὸν πνεύμονα τὴν θρέψουσαν τὸ σπλάγχνον φλέβα.

Δεῖται δὲ μάλιστα, εἴπερ τις ἄλλος λόγος, καὶ ὁ νῦν ἡμῖν προκείμενος αὐτοῦ τοῦ φαινομένου κατὰ τὰς ἀνατομάς. οὐ μόνον γὰρ οὐδεμία φαίνεται φλὲψ ἐκ καρδίας εἰς τὰ κάτω

---

4 ἅμα τε codd. edd. ἅμα μὲν nos; cf. Proll. p. 105. — τὸ ἡμίπεπτον (ἡμίπεμπτον M) codd. edd. τὴν ἡ. nos. — 7 ἂν om. M. — ἡ εἰσάγουσα νυνὶ δ' εἰσάγει omissis, quae interiecta sunt, verbis M. — 9 ἧς ἂν ἐπὶ MABCh. — 10 ἐπισκεψώμεθα MAB. — 12 θρέψασαν MABCh. —

---

introducat spiritum, altera, quae educat. Apparet enim naturam non iisdem vasis neque iisdem meatibus uti et ad materias semicoctas et ad plene confectas, quippe cum fieri non possit, ut ex iecore simul et ad cor semicoctum alimentum sursum emittatur et iam perfectum eadem via feratur deorsum; sed necesse esset utique alteram esse venam, quae semicoctam materiam immitteret, alteram, quae accurate confectam emitteret. Nunc una immittit, emittit nulla praeter eam, quae ad pulmones fertur, de qua copiosius in libris de usu partium disseremus causam investigantes, cur e corde, non e cava vena natura in pulmones venam hanc, quae visceri alimentum praestaret, produxerit.

Verum, si ulla alia oratio, haec certe, quae nunc nobis proposita est, evidentiae, quae ex incisis corporibus fit, vel maxime indiget. Non solum enim nullam e corde venam in

μόρια φερομένη πλὴν τῆς ἐξ ἥπατος ἀναφερούσης τὸ αἷμα, ἀλλὰ οὐδὲ εἰς τὸ ἄνω καρδίας ἀφικνεῖται φλὲψ οὐδεμία. φαίνεται γὰρ ἡ κοίλη φλὲψ ἀπὸ τοῦ ἥπατος εὐθὺ τῶν σφα-
539 γῶν ἰναφερομένη καὶ ταύτης | ἀποβλάστημά τι τὸ εἰς τὴν καρδίαν ἐμφυόμενον, οὐκ ἐξ ἐκείνης αὐτή. γνώρισμα δὲ ἐναργέστατόν ἐστι τὸ κατὰ τὴν ἀρτηρίαν τὴν μεγάλην, ὃ θεωροίμενον ἄν τινα βουλοίμην οὕτως ἐπὶ τὴν κοίλην ἔρχεσθαι φλέβα. μία γὰρ ἀρτηρία μεγίστη τῆς ἀριστερᾶς κοιλίας τῆς καρδίας ἐκφῦσα σαφῆ τὴν σχίσιν εἰς ἀμφοτέρας ποιεῖται τὰς ἀρτηρίας, ἥν τε ἄνω πρὸς τὴν κεφαλὴν ἥν τε ἐπὶ τὴν ῥάχιν ὁρῶμεν καταφερομένην. οὕτω δὲ αὖ ἐχρῆν καὶ τὴν ἐκ τῆς δεξιᾶς κοιλίας ἐκφυομένην φλέβα σαφῆ τὴν νομὴν ἴσχειν εἰς ἄμφω τὰ μέρη. φαίνεται δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς ἀναφερομένης ἐξ ἥπατος εἰς καρδίαν ἀποσχίζεται. πῶς οὖν ἔτι δυνατόν ἐστι τὴν δεξιὰν κοιλίαν τῆς καρ-

---

1 πλὴν ἢ τῆς M πλὴν ἡ τῆς ABCh πλὴν τῆς Corn. K. — 2 ἐφικνεῖται M. — 4 τὸ delendum censet Corn. — 5 ταῦτα pro αὐτή M. — 6 κατὰ τῆς ἀρτηρίας M κ. μὲν ἀρτηρίαν ABChK κ. τὴν ἀρτηρίαν Corn. — ἀρτηρίας spat. vac. sedecim fere litt. ἄν τινα M. — τὸ θεωρούμενον ABChK ὃ θ. Corn. — 9 ἐκφύ sp. vac. quinque fere litt. σχίσιν M ἐκφύσασα σαφῆ σχίσιν ABChK ἐκφῦσα σ. τὴν σχ. nos. — 11 χάριν pro ῥάχιν MAB. — οὖν pro αὖ ABChK. — 12 ἐκφυομένη M. — 15 οὖν om. M. —

---

inferiores partes ferri nisi quae e iecore sanguinem effert, sed ne in superiorem quidem cordis regionem pervenire ullam conspicimus; sed apparet cavam venam e iecore recta ad iugula usque ascendere atque huius ramum quendam esse, qui cordi inseritur, non ipsam e corde ortum habere. Manifestissimum autem indicium est, quod in magna arteria videre licet, quo quidem considerato velim quisque ad cavam venam spectandam accedat. Una arteria maxima e sinistro cordis ventriculo enata in duas arterias manifesto scinditur, unam, quam ad caput tendere, alteram, quam ad spinam deferri conspicimus. Ita rursus etiam vena e dextro sinu exoriens manifesto in duas partes distribui debebat. Quod cum non appareat, immo ex ea, quae ex iecore ad cor ascendit, dividatur, qui fieri potest, ut, quemadmodum sinistrum cordis sinum

δίας ὑπολαβεῖν εἶναι φλεβῶν ἀρχήν, ὥσπερ τὴν ἀριστερὰν ἀρτηριῶν; ἐπὶ γὰρ ἀνομοίοις γνωρίσμασιν ἀνόμοιον εἶναι χρὴ καὶ τὴν ἔνδειξιν. εἰ δέ τῳ δοκεῖ σμικρὸν εἶναι τὸ τῆς ἐκφύσεως τῶν ἀγγείων γνώρισμα, καίτοι γε οὐκ ὄντος σμικροῦ, ἀλλὰ ἐκεῖνό γε οἶδα ὅτι οὐ σμικρὸν εἶναί φησι τὸ πολλὰ τῶν ζῴων οὐκ ἔχειν τὴν δεξιὰν κοιλίαν τῆς καρδίας. καίτοι γε οὐκ ἐνδέχεται τὴν κοίλην φλέβα | τῆς κοιλίας ταύτης 540 ἐκφύεσθαι νομίζειν, ὅταν ἐν παμπόλλοις γένεσι ζῴων ἧπαρ μὲν ὑπάρχῃ καὶ κοίλη φλέψ, ἡ κοιλία δὲ ἡ δεξιὰ μηδὲ ὅλως ᾖ. τίνα τοίνυν ἐστὶ καὶ πόσα τὰ γένη τῶν ζῴων, ἐν οἷς φημι τὴν δεξιὰν οὐκ εἶναι τῆς καρδίας κοιλίαν; ἀριθμῷ μὲν οὐκ ἔχω διελθεῖν αὐτά, κοινὸν δὲ ἐφ᾽ ἅπασι κεφάλαιον εὗρον ἀνατεμών. πολλὰ ἀσύμβατα μὲν εἰς ἕτερα, πρόσεστι δὲ ἓν αὐτοῖς ἐξαίρετον, ὅπερ οὐχ ἅπασι τυγχάνει τοῖς ἐνύδροις, τὸ μήτε ἀναπνεῖν ἐξ ἀέρος μήτε ἔχειν πνεύμονα. τουτὶ γὰρ ἄχρι τοῦ δεῦρο κατὰ πάντα γένη τῶν ζῴων παρεφυλαξάμην, συναπ-

2 ἀνομίοις M. — 5 πολλὴ M. — 8 μένεσι pro γένεσι M. — 9 ὑπάρχει MABCh. — 12 οὐκ ἔχων A. — 13 ἀσύμβαντα M. — ἐν αὐτοῖς pro ἓν αὐτ. MA; cf. Proll. p. 39. — 14 ὅπερ οὐχ ἅπασι codd. edd. ὃ. ἐν vel ἐφ᾽ ἅπ. Corn. — τὸ μηδ᾽ ἀναπνεῖν MABCh. — 16 δευτέρου MA δεῦρο in marg. B Corn.; cf. Proll. p. 40. — παρεφυλάξατο codd. edd. παρεφυλαξάμην nos; cf. Proll. p. 100. —

arteriarum, ita dextrum venarum originem esse existimemus? Ex dissimilibus enim indiciis dissimilium nota fiat necesse est. Quodsi quis indicium, quod ex vasorum ortu sumitur, leve esse opinatur, quamquam minime leve est, certe eum illud mihi persuasum est non leve dicere, quod multa animalia dextrum cordis ventriculum non habent. At vero existimari non potest cavam venam ex hoc ventriculo ortum habere, si in plerisque animalium generibus iecur est et cava vena, dexter ventriculus omnino non est. Quae vero sint et quot genera eorum, quibus dexter ventriculus deest, numero quidem persequi non queo, sed tamen hoc caput in omnibus, quae dissecui, inveni. Quae quamquam ceteris in rebus multa habent, quae non conveniant, tamen illud singulare iis inest, id quod non omnibus aquatilibus contingit, quod neque ex aëre respirant neque pulmones habent.

όλλυσθαί τε καὶ συγγεννᾶσθαι τῷ πνεύμονι τὴν δεξιὰν κοιλίαν τῆς καρδίας. ἐζήτησα δὲ χρόνῳ παμπόλλῳ καὶ τὴν αἰτίαν αὐτῶν καὶ γέγραπται τὰ φανένθ' ἡμῖν εὔλογα κατὰ τὴν περὶ χρείας μορίων πραγματείαν. ἐμπίδας μὲν οὖν καὶ μυίας καὶ σκώληκας καὶ μελίττας καὶ μύρμηκας οὔτε ἀνέτιμον οὔτε ἀνατεμεῖν ἐπιχειρήσαιμι ἄν. ὅπου γὰρ κἀν τοῖς μεγάλοις ζῴοις εὑρίσκω πολλὰ σφαλλομένους τοὺς ἀνατεμόντας, εὔλογον δήπου κατὰ τὰ σμικρότερα μᾶλλον σφαλῆναι.
541 τῶν γοῦν ἀνατμηθέντων ὑπὸ ἐμοῦ μέχρι γε τοῦ δεῦρο σχεδὸν οὐκ ἔστιν ὅτῳ μὴ καὶ καρδία καὶ ἧπαρ ὑπάρχει καὶ κοίλη φλὲψ καὶ ἀρτηρία ἡ μεγάλη. καὶ φαίνεται, καθάπερ ἡ ἀρτηρία τῆς καρδίας, οὕτως ἡ φλὲψ τοῦ ἥπατος ἐκφυομένη διὰ παντός, κἂν μηδὲ ὅλως ἔχῃ δεξιὰν ἡ καρδία κοιλίαν. καὶ διὰ τοῦτο φαίνεται σχιζομένη μετὰ τὸ διελθεῖν τὰς φρένας ὑποκάτω τῆς καρδίας, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ὅταν ἐγγὺς ἥκῃ τῶν σφαγῶν. ἐν ἑτέροις δὲ ζῴοις οὐκ ὀλίγοις ἐστὶ μὲν δεξιὰ κοιλία, φαίνεται δὲ οὐδὲν ἧττον ἡ κοίλη φλὲψ εἰς

1 σιγγενᾶσθαι M. — 3 τὰ om. M. — 12 ἐκφαινομένου pro ἐκφυομένη M. — 13 ἔχει M. — 14 ἐκ pro καὶ διὰ M. — 16 ἥκει M. —

Hoc enim usque adhuc in omnibus animalium generibus observavi, una cum pulmonibus dextrum cordis ventriculum et interire et generari. Cuius rei causam ego diu multumque indagavi scripsique, quae mihi probabilia visa sunt, in opere, quod est de usu partium. Culices quidem, muscas, vermes, apes, formicas nec dissecui nec dissecare unquam aggrediar. Nam cum in magnis animalibus multum eos, qui ea inciderunt, falli videam, consentaneum, opinor, est in minoribus multo magis falli. Ex omnibus quidem, quaecunque usque ad hunc diem a me dissecta sunt, nullum est, quod cor et iecur et cavam venam et arteriam magnam non habeat, apparetque, sicut arteriam e corde, ita venam a iecore, etiamsi nullus prorsus sit cordis dexter sinus, exoriri. Atque ideo scindi etiam conspicitur infra cor, posteaquam septum transversum traiecit, sicut in aliis, cum prope iugula accessit. In aliis autem animalibus non paucis dexter quidem cordis ventriculus est, vena tamen cava nihilo minus,

μεγάλα δύο σχιζομένη, πρὶν ἐπὶ τὴν καρδίαν ἐξικέσθαι. καὶ τοῦτο πᾶσι μὲν ὑπάρχει σχεδὸν τοῖς πτηνοῖς, ἅπασι δὲ τοῖς ἕρπουσι καὶ τῶν βαδιζόντων οὐκ ὀλίγοις· ὥστε τὰ πλεῖστα τῶν ζῴων τὴν κοίλην φλέβα προφανῶς ἐξ ἥπατος ἔχει ἀρχομένην. ἐναργῶς γὰρ ὁρᾶται διπλάσιον εὐρὺ τὸ ἐξ ἐκείνου τοῦ σπλάγχνου φυόμενον ἀγγεῖον ἑκατέρων τῶν τμημάτων, ὡς ἅμα δίχα τῆς κοίλης ἐνταῦθα σχισθείσης. εἰ δὲ εὐρύτερόν ποτε θάτερον ἐπί τινος ζῴου φαίνοιτο θατέρου τμήματος, ἀλλὰ συναμφότερά γε τῇ κοίλῃ φλεβὶ προφανῶς | ἔστιν ἴσα, 542 μόνον οὐ μετὰ φωνῆς ἑρμηνεύοντα τὴν μὲν οἷόν τι πρέμνον ὑπάρχειν, αὐτὰ δὲ ἀπὸ ἐκείνης γεγενῆσθαι σχισθείσης οἷόνπερ κλάδους τινὰς ἢ καὶ κλῶνας. οὐ μόνον δὲ ἡ κοίλη φλὲψ ἐκ τῶν κυρτῶν τοῦ ἥπατος ἐκπέφυκεν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν σιμῶν ἑτέρα φλέψ, ἣν οἱ μὲν ὀνομάζουσι πύλας ἥπατος, οἱ δὲ τὴν ἐπὶ πύλαις· οὐ γὰρ δὴ ὅλην γε τὴν φλέβα πύλας ὑπάρχειν, ἀλλὰ ὅσον πρῶτον αὐτῆς ἐξίσχει τοῦ ἥπατος, ὅπερ

2 ἅπασί τε codd. edd. ἅπασι δὲ nos. — 3 οὐκ om. M. — 5 εὗρη pro εὐρύ M. — 10 μονονοὺ codd. edd. μόνον οὐ nos. — 11 ὑπάρχει M. — ἐπ ἐκείνης (sic) M. — 13 φλέψ ἣν οἱ μὲν ὀνομάζουσι πύλας ἥπατος ἐκπέφυκεν M. —

priusquam cor attingat, in duas magnas partes cernitur discindi, id quod omnibus fere volucribus contingit itemque omnibus reptantibus gradientiumque non paucis, ut manifestum sit in plerisque animalibus cavam venam a iecore originem habere. Vas scilicet, quod e viscere hoc egreditur, duplo latius utraque propagine palam conspicitur, quasi hoc loco vena ipsa bifariam scindatur. Quamvis autem interdum in aliquo animali altera ex his partibus latior appareat, ambas tamen simul cavae venae aequales esse apertum est, ut tantum non voce declarent illam tamquam truncum esse, se ipsas ab ea discissa tamquam ramos quosdam vel surculos natas esse. Nec tantum cava e iecoris gibbosis partibus exoritur, verum etiam e concavis altera, quae a nonnullis porta iecoris, ab aliis vena in porta nuncupatur; non enim totam illam venam portam esse aiunt, sed partem tantum eius eam, quae prima e iecore exstat, quae quidem omnium

καὶ πάντων εὐρύτατόν ἐστιν. ἀπὸ αὐτοῦ γὰρ εἰς ἄμφω τὰ
μέρη κατασχίζεται τὸ ἀγγεῖον, εἴς τε τὰ σιμὰ τοῦ ἥπατος
ἅπαντα καὶ εἰς τὰ κατὰ τὴν γαστέρα, τὸ καλούμενον ἐπί-
πλοον. τῶν δὲ ἐν τούτοις ἅπασι φλεβῶν παμπόλλων οὐσῶν
οὐδεμία συνεχής ἐστι τῇ καρδίᾳ. καί τις ἀκούσας τοῦτο τῶν
ἀλήθειαν τιμώντων ἀπεθαύμαζέ τε καὶ ἠπίστει τῷ λόγῳ καὶ
δειχθῆναί οἱ τὸ λεγόμενον ἠξίου καὶ ὡς εἶδε, μεγάλως κατε-
γίνωσκε τῶν ἀποφηναμένων ἀρχὴν εἶναι φλεβῶν τὴν καρ-
δίαν. ὥσπερ γάρ, εἰ μίαν ἡντινοῦν ἐν ὅλῳ τῷ ζῴῳ φλέβα
κεχωρισμένην εἰς τοσοῦτον ηὑρίσκομεν, ὡς μήτε αὐτῷ συνά-
543 πτειν τῷ ἥπατι μήτε τινὶ τῶν ἀπὸ αὐτοῦ | φλεβῶν, οὐκ ἂν
ἀπεφηνάμεθα τῆς φλεβὸς ἐκείνης ἀρχὴν εἶναι τὸ ἧπαρ, οὕτως,
ἐπειδὴ νῦν οὐ μίαν οὐδὲ δύο μόνας, ἀλλὰ ἀνάριθμόν τι
πλῆθος εὑρίσκομεν, οὐδεμίαν ἐχούσας τῇ καρδίᾳ συνέχειαν,
οὐκ ἄν, οἶμαι, φαίημεν ἐκείνων τῶν φλεβῶν ἀρχὴν εἶναι
τὴν καρδίαν. εὐλόγως οὖν εἴρηται ῥίζωσις τῶν φλεβῶν

4 δὲ om. MABCh τῶν γὰρ K. — 9 ἡντιναοῦν ChK — 10 ηὑρίσκομεν MA εὑρίσκομεν BChK ηὑρ. nos. — 13 ἐπεὶ δὴ M. — 16 post φλεβῶν εἶναι spat. vac. quadraginta ferme litterarum, sequitur τῶν ἀρτηριῶν ἡ καρδία in M; post φλεβῶν εἶναι spat. vac. viginti litter., sequitur τῶν ἀρτ. ἡ κ. in AB φλ. εἶναι τὸ ἧπαρ, τῶν ἀρτ. ἡ κ. Corn. ChK φλ. εἶναι τὸ ἧπαρ, ὥσπερ γε τ. ἀ. nos. —

latissima est. Ex hac enim in utrasque partes scinditur vas, tum in omnes concavas iecoris tum in ventris partes, quod vocatur omentum. Cumque in his omnibus venae quam plurimae sint, nulla est cordi continuata. Quod cum nonnulli veritatis studiosi audivissent, mirabantur dictisque non credebant atque volebant sibi ea, quae dicerem, monstrari; ubi vero viderant, vel maxime sententiam cor venarum originem esse pronuntiantium damnabant. Nam quemadmodum, si unam quamlibet in toto animalis corpore venam adeo separatam invenissemus, ut neque iecori ipsi neque alicui e venis, quae e iecore oriuntur, coniungeretur, negassemus venae illius originem iecur esse, ita, quoniam non unam neque duas, sed innumerabilem venarum multitudinem invenimus, quae nullum cum corde habent conexum, non, opinor, dicemus venarum illarum principium cor esse. Jure igitur

εἶναι τὸ ἧπαρ, ὥσπερ γε τῶν ἀρτηριῶν ἡ καρδία καὶ τοῦ δένδρου, ὃ καὶ χώρα τοῦ καταβληθέντος σπέρματος. ἐν ἅπασι γὰρ τούτοις ἡ ῥίζωσις ἀρχὴ τοῦ παντός ἐστιν, οὐ τῆς ἐξ ἀρχῆς γενέσεως μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς νῦν διοικήσεως. ὅτι δὲ τὸ φαινόμενον αὐτὸ διὰ τῆς ἀνατομῆς βιάζεται καὶ τοὺς τἀναντία δοξάζοντας ἄκοντας ὁμολογεῖν τἀληθές, ἐκ τοῦδε ἂν μάλιστα μάθοις. οὐδεὶς τῶν ἀνατομικῶν ἀνδρῶν ἐπὶ τὸ γράφειν ἀφικόμενος ἀνατομὴν φλεβῶν ἑτέραν ἀρχὴν διδασκαλίας ἐπιτήδειον ἠδυνήθη ποιήσασθαι παρελὼν τὸ ἧπαρ, ἀλλα εἴτε ἀπορεῖν ὑπὲρ ἀρχῆς ἔφησεν, ὡς Ἡρόφιλος, εἴτε εὐπορεῖν, ὡς ἄλλοι πολλοὶ καὶ ὁ ἡμέτερος Πέλοψ, ὅμως τήν γε διδασκαλίαν ὀλίγου δεῖν ἅπαντες ἐφ' ἥπατος ἐποιήσαντο. καὶ τό γε θαυμασιώτατόν | τε καὶ ἀπιστότατον ὁ Πέλοψ 544
ἔπαθεν. ἐν μιᾷ πραγματείᾳ τῶν τε φλεβῶν ἀρχὴν κατεσκεύασε τὸν ἐγκέφαλον ἀνατομήν τε γράφων αὐτῶν ἀφ' ἥπατος ἤρξατο, κατὰ μὲν τὸ δεύτερον γράμμα τῶν Ἱπποκρα-

1 ante τοῦ nos καὶ addidimus. — 2 pro ὃ καὶ legi vult ἡ Corn. — post σπέρματος spat. vac. duodecim litt.; sequitur δέρματος ἐν ἅπασι γὰρ in M. — 3 post ἀρχὴ spat. vac. quinque litt.; sequitur τοῦ παντός in M. — οὐ om. M. — 4 ἔτι δὲ A. — 13 ἀπιστώτατον M. — 16 σύγγραμμα codd. edd. γράμμα nos; cf. Proll. p. 93. —

iecur venarum radicatio appellatum est, quemadmodum cor arteriarum et arboris id, quod etiam locus seminis ingesti dicitur. In his enim omnibus radicatio origo totius rei, non tantum generationis incipientis, sed etiam praesentis dispensationis est. Ipsa autem ea, quae ex anatomia evidenter apparent, vel eos, qui contraria opinantur, invitos cogere verum fateri inde vel maxime colligas, quod anatomicorum, qui litteris mandare venarum resectionem aggressi sunt, nemo aliud principium doctrinae accommodatum praetermisso iecore facere potuit, sed, sive haesitare se de principio dixit, ut Herophilus, sive, ut alii multi et noster etiam Pelops, satis id cognitum habere, tamen doctrinae initium fere omnes a iecore fecerunt. Pelopi vero accidit, quod maxime omnium mirum atque incredibile est. In uno eodemque opere et cerebrum venarum originem constituit et resectionem earum describens a iecore incepit, quippe qui in secundo quidem

τείων εἰσαγωγῶν εὖ μάλα γενναίως ἀγωνισάμενος ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι τὸν ἐγκέφαλον οὐ νεύρων μόνον, ἀλλὰ καὶ φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν ἀρχήν, ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τῆς ἀνατομῆς τῶν φλεβῶν ἀφ' ἥπατος ἀρξάμενος, ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι σχεδὸν ἅπαντες ἀνατομικοὶ γράφουσι πρὸς τὴν διδασκαλίαν ἐπιτήδειον εἶναι τουτὶ τὸ σπλάγχνον ἀρχὴν γενέσθαι τῷ λόγῳ. θαυμάζω δὲ αὐτῶν, εἰ χωρὶς αἰτίας φυσικῆς ἐπιτήδειον εἶναι νομίζουσι πρὸς τὴν διδασκαλίαν αὐτό. ἐγὼ μὲν γὰρ οἶδα καὶ τοῦθ' ἕν τι τῶν ὡμολογημένων ἅπασιν, ὡς οὐδὲν τῶν γεγονότων τε καὶ γινομένων ἀναίτιόν ἐστιν. εἰ μὲν οὖν ἀπορεῖν ὁμολογοῦσιν ὑπὲρ ἁπάντων τῶν ἀδήλων ὁμοίως τοῖς ἐμπειρικοῖς, οὐδὲ ἂν ἐμοὶ πρὸς αὐτοὺς εἴη τις λόγος, οὔτε γὰρ ἀρχὴν αὐτῶν ζητήσουσιν οὔθ' ὅλως ἀνατεμοῦσιν· εἰ δὲ λόγον ἔχειν φασίν, ἐξ οὗ τὰ διαφεύγοντα τὴν αἴσθησιν
545 εὑρίσκουσι, τί οὐκ αὐτοῦ τούτου πρῶτον οὗ λέγουσιν ἐπεσκέψαντο τὴν αἰτίαν; 'ἐπιτήδειόν ἐστιν εἰς διδασκαλίαν φλε-

5 ἀνατομικοὶ εἶναι γράφουσι codd. edd.; ante εἶναι inseri δίκαιον vel tale quid vult Corn.; εἶναι nos eiecimus. — πρὸς γὰρ τὴν codd. edd. γὰρ eiecimus. — ἐπίτηδες codd. edd. ἐπιτήδειον nos. — 6 ante τουτὶ nos εἶναι addidimus. — τὸ τουτὶ τῶν σπλάγχνων M τουτὶ τὸ σπλάγχνων A. — 7 αὖ τῶν pro αὐτῶν M. — 9 ὁμολογημένων M. — 11 ἀδήλως M. — 13 ὅμως codd. edd. ὅλως nos. — 16 ἐπιτήδειον κ. τ. λ.; cf. Proll. p. 35. —

libro introductionum Hippocraticarum acre admodum certamen institueret, cerebrum ut non nervorum tantum, verum etiam venarum arteriarumque principium demonstraret, in tertio autem exordium anatomiae venarum a iecore sumeret, quemadmodum et alii fere omnes ad docendi rationem idoneum esse hoc viscus scribunt. Quos demiror, si sine causa aliqua naturali id ad doctrinam accommodatum censent. Equidem certo scio cum alia, tum id inter omnes constare, nihil, quod vel factum sit vel fiat, causae expers esse. Quodsi de omnibus rebus obscuris, sicut empirici, haesitare se fatentur, nulla mihi cum istis erit disputatio, cum neque originem earum perscrutaturi neque omnino corpora incisuri sint; sin rationem se habere affirmant, qua ea, quae sensum effugiunt, invenire possint, cur non huius ipsius rei, quam dicunt,

βῶν ἀνατομῆς ἀρχὴν τῷ λόγῳ γενέσθαι τὸ ἧπαρ.' ἀναιτίως, ὦ σοφώτατοι, ἢ ὅτι πάντως τῇ φύσει πλεονεκτεῖ, καὶ πρὸς τὴν τῆς διδασκαλίας ἀρχὴν ἐπιτηδειότερόν ἐστι; τίς οὖν ἡ πλεονεξία, ζητῆσαι δίκαιον, οὐκ ἀργῶς οὐδὲ ῥαθύμως ὑπερβῆναι. τὴν δὲ ἀρχὴν τῆς εὑρέσεως αὐτὸ τοῦτο οἶμαι παρέξειν, ὃ πρὸς ἁπάντων ὁμολογεῖται τῶν ἀνατομικῶν ἐπιτήδειον εἶναι φασκόντων αὐτὸ πρὸς τὴν τῆς διδασκαλίας ἀρχήν. εἰ γὰρ καὶ μηδενὸς ἄλλου, τούτου αὐτοῦ τὸν λόγον ἡμῖν ἀποδοῦναι δυνήσονται, τοῦ φάσκειν 'ἐπιτήδειον εἰς ἀρχὴν διδασκαλίας ἐστίν'· ἐπιτήδειον δέ ἐστιν οὔθ' ὅτι τὴν χρόαν ἐρυθρόν ἐστιν οὔθ' ὅτι διείληπται λοβοῖς οὔθ' ὅτι καθ' ἑνὸς αὐτῶν ἐπιτέταται τὸ τῆς χολῆς ἀγγεῖον οὔτε διὰ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδέν, ἀλλὰ ὅτι πᾶσαι συνεχεῖς αἱ φλέβες ὑπάρχουσιν αὐτῷ. καὶ μὴν οὐκ ἄλλου τινός ἐστι τοῦτο αὐτὸ γνώρισμα πλὴν τῆς ἀρχῆς. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ διὰ ἄλλο τι νεύ-

1 ἀρχὴ codd. edd. ἀρχὴν nos; cf. Proll. p. 97. — 3 τίς ἦν ἡ M τίς οὖν ἡ nos; οὖν om. ABChK. — 4 ἀρετῇ pro ἀργῶς M. — καὶ ῥαθύμως pro οὐδὲ ῥαθ. M. — 6 ὁμολογεῖται M ὁμολόγηται AB ὡμολόγηται ChK; cf. Proll. p. 22. — 8 ἡ μὲν pro ἡμῖν M. — 10 ἐπιτήδειον δέ ἐστιν a codd. edd. omissum nos inseruimus. — 11 λωβοῖς MAB. — 12 ἐπιτέτακται M. — 14 οὔτ' ἄλλον codd. edd. οὐκ ἄλλ. nos. —

causam primum consideraverunt? 'Conveniens est ad anatomiam venarum docendam iecur principium constituere.' Utrum sine causa, sapientissimi, an, quia naturalem quandam eminentiam habet, idcirco etiam ad doctrinae instituendae principium convenientius est? Quae igitur sit eminentia, quaerere aequum est, non segniter et neglegenter praeterire. Initium autem inventionis id ipsum puto praebiturum esse, quod ab omnibus anatomicis conceditur iecur affirmantibus ad doctrinae principium esse idoneum. Nam si nullius alius rei, huius ipsius saltem rationem reddere nobis poterunt, cur esse ad doctrinae principium idoneum affirment. Idoneum autem est non ideo, quod colore rubro est aut fibris distinctum aut quod ad unam ex iis pertinet vas bilis neque ob aliud quiddam huiusmodi, sed propterea quod omnes venae ei continuatae sunt. Atqui nullius alius rei nisi principii hoc indicium est. Neque enim ulla alia de causa nervorum

ρων ἀνατομῆς ἀδύνατόν ἐστιν ἑτέραν ἀρχὴν ποιήσασθαι δι-
546 δασκαλίας ἐγκέφαλον ὑπερβάντα ἢ ὅτι ἀρχὴ τούτων ἐστί· τούτου γὰρ μὴ διδομένου οὐκ ἂν δύναιτό τις ἄλλην ἐξευρεῖν αἰτίαν· οὐδὲ διὰ ἄλλο ἢ ὅτι τῶν ἀρτηριῶν ἀρχή, τὴν καρδίαν. ἡ γὰρ ὑπὸ τῆς φύσεως ἀρχὴ κατασταθεῖσα καὶ τὴν διδασκαλίαν ἀφ᾽ ἑαυτῆς ἀναγκάζει ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν. οὐδὲ γάρ, εἴ τις ἐθελήσειεν ὕδατος ἐξηγήσασθαι διανομὴν ἐπεισάκτου πόλει, τὴν ἀρχὴν τῆς διηγήσεως οὐκ ἂν ἄλλοθεν εὕροι ποιήσασθαι παρελθὼν τὴν πρώτην εἴσοδον, ἀλλὰ ἀνάγκη πᾶσα τούτῳ προειπόντι τὸ χωρίον ἐκεῖνο τῆς πόλεως, οὗ εἴσω πρότερον ἔξωθεν ἀφικνεῖται τὸ ὕδωρ, ἀπὸ ἐκείνου ποιήσασθαι τὴν ἑξῆς ἅπασαν διήγησιν. ὥστε οὐ χρὴ ζητεῖν ἄλλην μὲν ἀρχὴν τῆς τοῦ πράγματος φύσεως, ἄλλην δὲ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ. κατὰ γὰρ τὴν τοῦ πράγματος φύσιν ἡ διδασκαλία γινομένη τὴν αὐτὴν ἔχει τῷ διδασκομένῳ ἀρχὴν οὐδὲ ἔστιν ὀρθῶς διηγήσασθαι βουλομένῳ ἢ γένεσιν τῶν

---

4 *οὐδὲ διότι τῶν ἀρτηριῶν τὴν καρδίαν* codd. edd. *οὐδὲ διὰ ἄλλο ἢ ὅτι τ. ἀ. ἀρχή, τ. κ.* nos. — 6 post *ποιήσασθαι* nos *τὴν ἀρχήν* inseruimus; cf. Proll. p. 108. — 15 *τὴν ἀρχὴν* codd. edd. *τὴν* expunximus. —

---

resectionis docendae principium aliud fieri nequit praetermisso cerebro, nisi quia horum principium est; hoc enim non concesso nulla alia excogitari causa potest; neque aliam ob causam nisi quia arteriarum est principium, cor in harum doctrina principium statuimus. Quod enim a natura principium constitutum est, id etiam doctrinam cogit a se initium institutionis sumere. Neque enim, si quis aquae in urbem inductae exponere distributionem velit, aliunde expositionis exordium invenire possit omisso primo aquae ingressu, sed omnino necesse sit eum descripto loco urbis illo, ubi aqua prius foris introrsum fluit, inde demum insequentem expositionem contexere. Quocirca non aliud rei naturae, aliud doctrinae initium quaerendum. Quae enim secundum rei naturam fit doctrina, idem cum re ipsa initium habet nec potest quisquam, qui recte exponere vel generationem vel dispensationem rerum velit, initium sumere, quod accommo-

γεγονότων ἢ διοίκησιν τῶν διοικουμένων ἑτέραν ἀρχὴν ἐπιτηδειοτέραν εὑρεῖν τῆς ἀληθοῦς. ἡ μὲν γὰρ τῆς οἰκίας γένεσις ἀναγκάσειεν ἂν πρῶτον μνημονεῦσαι τῶν θεμελίων, ἡ
δὲ τῆς νεὼς | τῆς τρόπεως. οὕτω δὲ καὶ εἰ βουληθείης διηγή- 547
σασθαι πόλεως ἢ ἔθνους ἢ στρατοπέδου διοίκησιν, ἂν ἀναγκασθείης τῆς πρώτης ἀρχῆς ἐν ἑκάστῳ μνημονεῦσαι. θαυμάζειν οὖν ἄξιον, ὅσοι διδάξαι μὲν ὀρθῶς ἑτέρωθεν ἀρξάμενον ἀδύνατον εἶναί φασιν, ἀγνοεῖν δὲ τὴν ὄντως ἀρχὴν τῶν φλεβῶν. ἀλλήλοις γὰρ ἄμφω συνῆπται ταῦτα καὶ οὐχ οἷόν τέ ἐστι χωρὶς ἀλλήλων γενέσθαι διασπασθέντα, τὴν ὀρθὴν ἀρχὴν λέγω τῆς διδασκαλίας τῆς ὄντως ἀρχῆς τοῦ πράγματος, ἀλλὰ εἴτε ὀρθῶς διδάσκει τις, ἀπὸ τῆς κατὰ φύσιν ἀρχῆς ἄρχεται, εἴτε τὴν ὄντως ἀρχὴν οἶδέ τις, τὴν τῆς διδασκαλίας οὐκ ἀγνοεῖ.

Ἤρκει μὲν οὖν καὶ ταῦτα πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἀρχῆς τῶν φλεβῶν, οὐδὲν μὴν ἧττόν ἐστι καὶ τὰ μέλλοντα λεχθή-

---

2 *ὁ μὲν γὰρ* M. — *γένεσιν* M. — 3 *ἀναγκάσειεν* MABCh *ἀναγκάσει* K *ἀναγκάσειεν ἂν* nos; cf. Proll. pp. 66 et 107. — 5 *ἂν* om. MABCh; cf. Proll. p. 66. — *ἀναγκασθείη* MABCh; cf. Proll. p. 100. — 10 *τέ* nos inseruimus. — 12 *κατὰ διήγησιν τῆς ἀρχῆς* pro *κ. φύσιν ἀρχ.* M. — 13 *ἄρξεται* M. — *εἴτε δὲ τὴν* codd. edd. *δὲ* expunximus. —

---

datius sit quam id, quod verum est. Domus ortus de fundamentis coget, navis de carina primam mentionem facere. Eodem modo, si volueris civitatis aut gentis aut exercitus administrationem explicare, prima in unaquaque re origo tibi erit repetenda. Demirari igitur convenit eos, qui sumto aliunde principio rectam doctrinam nullo modo fieri posse et tamen se veram originem venarum ignorare dicunt. Haec enim duo inter se conexa sunt ac fieri non potest, ut divulsa inter se separentur, rectum doctrinae dico et verum rei initium, sed sive recte quis docet, a naturali principio incipit, sive verum rei principium novit, rectum doctrinae initium non ignorat.

Atque haec quidem ad originem venarum demonstrandam sufficerent; quae tamen nunc dicturus sum, nihilominus ipsa quoque firma erunt argumenta, cur cor neque sanguinis

σεσθαι βέβαια γνωρίσματα τοῦ μηδαμῶς εἶναι τὴν καρδίαν
μήτε τοῦ τρέφοντος αἵματος ὅλον τὸ σῶμα γεννητικὴν ἀρχὴν
μήτε τῶν ὀργάνων αὐτοῦ. δείξω δὲ ἑκάτερον ἰδίᾳ καὶ πρότε-
ρον, ὡς οὐκ ἔστι τῷ ζῴῳ τοῦ θρέψοντος αἵματος ἀρχή. διὰ
τί δὲ τοῦ θρέψοντος πρόσκειται κατὰ τὸν λόγον αὖθις; διότι
548 ἐδείκνυον, ὡς ἑτέρου τινὸς | αἵματος ἑτέραν χρείαν τοῖς ζῴοις
παρεχομένου τῆς γενέσεως οὐκ ἀφαιροῦμαι τὴν καρδίαν, ἀλλὰ
τό γε νῦν εἶναι προκείμενον, ὡς, ὑφ' οὗ τρέφεται τὰ σύμ-
παντα μέλη τοῦ ζῴου, τοῦτο ἐξ ἥπατος, οὐκ ἐκ τῆς καρδίας
ὁρμᾶται, δείξειν ἐπαγγέλλομαι τῶν ἐξ ἀνατομῆς φαινομένων
1 μεγίστων καὶ ῥηΐστων codd. edd. — 2 γιγνοσκομένων M. — θιγεῖν καὶ om. codd. edd. — 3 καὶ τῇ ἁφῇ καὶ τῇ ἀκοῇ om. codd. edd. — 4 ἐσθέσθαι M. — οἷς γιγνώσκομεν ἃ πᾶσιν M οἷς γιγνώσκομεν ἅπασιν ABChK ἃ καὶ οἷς γιγνωσκόμενα ἅπασιν Corn. — 6 ἰητρίον M. — 13 ἢ ὅ τι ἄν M ἢ ὅπως ἄν ABChK. — ἐθέλοι MABCh. —

lia an dissimilia sint, a principio ex maximis, ex facillimis percipi potest, ex iis, quae ab omnibus ubique cognoscuntur, quae videri et tangi et audiri possunt, quae visu, tactu, auditu, naribus, lingua, mente sentiuntur, quibus universa cognitio nostra constat.' Quae verba quoniam satis in primo commentario de Hippocratis libro, qui est de officina medici, explanavi, nunc non est opus amplius rem persequi, sed satis erit capita tantum summatim recensere. Oportere ait ad similium et dissimilium distinctionem pervenire ita, ut initium inventionis a naturalibus iudiciis, i. e. sensu et ratione, fiat. Licet autem, id quod saepenumero multis locis a me dictum est, intellectum vel mentem vel ratiocinationem vel quomodocunque voles, appellare, dum serves sententiam, quam Hippocrates vult. Quemadmodum enim sensus rerum, quae sub sensum cadunt, iudicium est, ita earum, quae sub intellegentiam, alia quae-

ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν βούληται, συγχωροῦμεν αὐτῷ, μή πως ἡμῖν τὸ πάρεργον τοῦ ἔργου μεῖζον γένηται. χρώμεθα γὰρ ὀνόμασι καὶ ὅλως τῇ πρὸς ἀλλήλους διαλέκτῳ χάριν
725 τοῦ δηλῶσαι τὰς κατὰ τὴν | ψυχὴν δόξας, ἃς ἐκ τοῦ σκοπεῖσθαι τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν ἐκτησάμεθα. γελοῖον οὖν ἐστι καταλιπόντας τοῦτο περὶ τῶν ὀνομάτων ἁμιλλᾶσθαι. πῶς δέ φησιν ὁ Ἱπποκράτης τὴν τῶν πραγμάτων εὑρίσκεσθαι φύσιν; ἐὰν ἀπὸ τῶν μεγίστων καὶ ῥᾴστων ἀρξώμεθα· μεγίστων μὲν κατὰ τὴν χρείαν, ῥᾴστων δὲ κατὰ τὴν ἡμετέραν γνῶσιν. ἡ γάρ τοι φύσις ἄμφω ταῦθ' ἡμῖν ἔδωκεν, αὐτά τε τὰ κριτήρια καὶ τὸ πιστεύειν αὐτοῖς ἀδιδάκτως. αὐτὰ μὲν οὖν τὰ κριτήριά τά τε ὄργανα τῶν αἰσθήσεών ἐστι καὶ αἱ χρώμεναι τοῖς ὀργάνοις δυνάμεις· ἡ δὲ πίστις αὐτῶν ἀδίδακτός τε καὶ φύσει οὐκ ἀνθρώποις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ζῴοις ὑπάρχουσα. καὶ γὰρ ὁρῶντα τὸν προσιόντα καὶ ἀκούοντα ψόφου τινὸς ἢ φωνῆς ὑποφεύγει μὲν αὐτίκα μείζονος ὀφθέντος ζῴου, μένει δὲ κατα χώραν, ἐὰν ἐλάττονός τε καὶ ἀσθενεστέρου τοῦ προσιόντος αἰσθάνηται. εἰ

7 εὑρίσκεσθαι φησὶν ἀπὸ M. — 9 ἀρίστων pro ῥᾴστων M. — 13 ἀδίδακτος τε superscripto ον M. —

dam facultas, quam vocare, utcunque cuique libuerit, permittimus, ne nobis opus subsicivum ipso opere maius fiat. Utimur enim nominibus et omnino mutuo inter nos sermone, ut declaremus sensa animi, quae e naturae rerum contemplatione concepimus. Qua re omissa de nominibus concertare ridiculum est. Quomodo autem ait Hippocrates rerum naturam inveniri? Si a maximis et facillimis exordiamur, maximis usu, facillimis pro nostra cognitione. Natura nimirum hoc utrumque nobis dedit, ipsa iudicia et fidem, quam his sine ulla disciplina adhibemus. Iudicia ipsa sunt instrumenta sensuum quaeque instrumentis utuntur facultates; fides sine ulla doctrina natura duce non solum hominibus, sed aliis etiam animalibus inest. Nam cum accedentem viderunt aut strepitum vocemve audiverunt, si maior est bestia, quam conspexerunt, confestim aufugiunt, sin minorem et imbecilliorem adventare senserunt, loco manent. Quodsi quis diffi-

μὲν οὖν ἀπιστεῖ τις τοῖς διὰ αἰσθήσεως ἢ νοήσεως ἐναργῶς φαινομένοις, οὐδὲ ἐπιχειρεῖν χρὴ συστάσει τέχνης οὐδεμιᾶς· εἰ δὲ φαίνεται τὰ τῶν τεχνῶν ἔργα τῷ βίῳ τῶν | ἀνθρώπων 726
χρήσιμα, πάντως που τοῖς φυσικοῖς κριτηρίοις οἱ πιστεύοντες ἄνθρωποι τὴν κρίσιν αὐτῶν ἐποιήσαντο. καὶ ἡμεῖς εὐτυχέστεροι κατὰ τοσοῦτον ἐκείνων ἐσμέν, ὅτι τὰ χρήσιμα πολλῷ χρόνῳ μετὰ καμάτων τε καὶ φροντίδων εὑρεθέντα τοῖς πρὸ ἡμῶν αὐτοὶ μανθάνομεν ὀλίγῳ χρόνῳ. ἐὰν οὖν τῷ λοιπῷ τοῦ βίου μὴ κατὰ τὸ πάρεργον ἀσκῶμεν τὰς τέχνας, ἀλλὰ περὶ τὴν τῶν ὁμοίων τε καὶ ἀνομοίων διάγνωσιν ἀεὶ φροντίζωμεν, οὐδὲν κωλύει τῶν ἔμπροσθεν ἡμᾶς γενέσθαι βελτίους. πῶς οὖν γυμνασόμεθα καὶ ἀσκήσομεν ἡμᾶς αὐτούς; ἀπὸ τῶν γνωσθῆναι ῥᾴστων ἀρξάμενοι, καθάπερ ὁ Ἱπποκράτης εἶπε. ταῦτα γάρ ἐστι τὰ μεγάλην ἔχοντα τήν τε εἰς ὅλον τὸν βίον χρείαν καὶ τὴν πρὸς ἄλληλα διαφοράν.

Ἐρῶ δὲ καὶ παράδειγμά σοι παρὰ ἑκατέρου τῶν ἀνδρῶν ἕνεκα νοήσεως ἐναργεστέρας. ὁ μὲν οὖν Ἱπποκράτης οὕτω

---

1 τοῖς διαισθήσεως A. — 12 γυμνασώμεθα M. —

---

dit iis, quae per sensum vel intellectum evidentia manifestaque sunt, eum ne aggredi quidem artis ullius compositionem oportet; sin artium opera vitae hominum utilia esse apparent, naturalibus certe iudiciis utique fidem habentes homines de iis iudicaverunt. Nosque illis tanto sumus feliciores, quod ea, quae maiores nostri longo temporis spatio multis laboribus curisque invenerunt utilia, nos brevi tempore discimus. Quodsi posthac non neglegenter artes excoluerimus, sed similium et dissimilium distinctioni assiduam operam impenderimus, nihil obstabit, quin veteribus meliores evadamus. Quo igitur modo exercebimus excolemusque nos? Si a facillimis cognitu exordiemur, ut monuit Hippocrates. Haec enim sunt, quae magnam universae hominum vitae utilitatem afferant magnamque inter se habeant differentiam.

Referam autem tibi exemplum ab utroque viro sumtum, quo res dilucidius queat intellegi. Hippocrates quidem haec

φησὶν ἐν τῷ Προγνωστικῷ· ʻσκέπτεσθαι δὲ χρὴ ὧδε ἐν τοῖσι ʻὀξέσι νοσήμασι· πρῶτον μὲν τὸ πρόσωπον τοῦ νοσέοντος εἰ ʻὁμοῖόν ἐστι τοῖσι τῶν ὑγιαινόντων, μάλιστα δὲ εἰ αὐτὸ ʻἑωυτῷ· οὕτω γὰρ ἂν εἴη ἄριστον, τὸ δὲ ἐναντιώτατον τοῦ
727 *ʻὁμοίου | δεινότατον. εἴη δὲ ἂν τὸ τοιόνδε· ῥὶς ὀξεῖα, ʻὀφθαλμοὶ κοῖλοι' καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐφεξῆς εἰρημένα. φαίνεται γὰρ ἐν τούτοις τὴν ἀρχὴν τῆς διαγνώσεως τῶν προγνωστικῶν χωρίων ἀπὸ τῶν ἐναντιωτάτων τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσι πεποιημένος, ἅπερ καὶ μέγιστά ἐστι καὶ πᾶσι γνωσθῆναι ῥᾷστα. ταῦτα δέ τις προμαθὼν δυνήσεται κατὰ βραχὺ μεταβαίνων ἐπὶ τὰ πλησίον ἀλλήλοις ἀφικέσθαι ποτέ, καθάπερ ἐπεδείξαμεν ἐν τῷ Προγνωστικῷ πεποιηκότα τὸν Ἱπποκράτην. ἀλλὰ καὶ ὁ Πλάτων οὕτως ἔγραψε περὶ αὐτῶν, ἡνίκα πεποίηκεν ἐν τῇ Πολιτείᾳ παρακαλούμενον Σωκράτην ὑπὸ Γλαύκωνός τε καὶ Ἀδειμάντου διελθεῖν αὐτοῖς πάντα τὸν*

1 *τῷ* om. codd. edd. — *σκέπτεσθαι κ. τ. λ.* Hippocr. Progn. vol. II, p. 112 L. vol. I, p. 128 Erm. Galen. comment. vol. XVIII, 2, p. 22 K. — *δὲ* spat. vac. trium litt. *ἢ ὧδε* M. — 2 verba *ὀξέσι — ἐστι τοῖσι* om. ChK; cf. Progr. II, p. 16. — 4 *ἑωυτῶ* M *ἑαυτῷ* ABChK. — 5 *τὸ τοιοῦτον* codd. edd. — 6 A verbis *φαίνεται γὰρ* incip. excerpt. XXXX codd. FP. — 7 *τούτοις ἱπποκράτης τὴν ἀρχὴν* FP. — 9 *μέγ' εστί* (sic) M. — *γνωσθήσεται* codd. edd. *γνωσθῆναι* nos. — *ῥᾴδια* codd. edd. *ῥᾷστα* nos. — *ῥᾴδια ἀλλὰ καὶ ὁ πλάτων* (v. 13) FP. — 12 *πεποιηκότος τοῦ ἱπποκράτους* M. — 14 *τῇ* om. codd. edd. — 15 *διελεῖν* codd. edd. *διελθεῖν* nos. —

dicit in Prognostico: ʻAnquirendum autem est in morbis acutis ita, ut primum consideremus, faciesne aegroti sit bene valentium praecipueque sui ipsius similis; optimum enim hoc est in aegrotante indicium, pessimum vero est, cum facies longissime a similitudine recedit, qualis erit nasus acutus, oculi cavi' et cetera, quae sequuntur. Hic enim apparet eum distinctionis locorum praesagientium principium ab iis, quae naturalibus maxime contraria sunt, sumsisse, quae et maxima sunt et omnibus cognitu facillima. Quibus perceptis facile poterit aliquis ad reliqua inter se finitima paulatim descendere, id quod Hippocratem in Prognostico fecisse ostendimus. Nec minus Plato de his in eundem modum scripsit, cum in Republica induxit a Glaucone et Adimanto invitari Socratem

περὶ δικαιοσύνης λόγον. ἐπειδὴ γὰρ ἠπίστατο δεησόμενον αὐτὸν εἰς τὸ δεῖξαι το προτεθέν, ὡς οὐκ ἔστι μία τῆς ὅλης ἡμῶν ψυχῆς ἡ οὐσία, διὰ τοῦτο πρότερον ἐπὶ πόλεως ἀξιοῖ ποιήσασθαι τὸν λόγον. ἔχει δὲ ἡ λέξις ὧδε· 'εἶπον οὖν, 'ὅπερ μοι ἔδοξεν, ὅτι τὸ ζήτημα, ᾧ ἐπιχειροῦμεν, οὐ φαῦλον, 'ἀλλ' ὀξὺ βλέποντος, ὡς ἐμοὶ φαίνεται. ἐπειδὴ | οὖν ἡμεῖς 728 'οὐ δεινοί, δοκῶ μοι, ἦν δ' ἐγώ, τοιαύτην ποιήσασθαι ζήτη- 'σιν αὐτοῦ, οἵανπερ ἂν εἰ προσέταξέ τις γράμματα σμικρὰ 'πόρρωθεν ἀναγνῶναι μὴ πάνυ ὀξὺ βλέπουσιν, ἔπειτά τις 'ἐνενόησεν, ὅτι τὰ αὐτὰ γράμματα ἔστι που καὶ ἄλλοθι 'μείζω τε καὶ ἐν μείζονι· ἕρμαιον ἂν ἐφάνη, οἶμαι, ἐκεῖνα 'πρῶτον ἀναγνόντας οὕτως ἐπισκοπεῖν τὰ ἐλάττω, εἰ τὰ 'αὐτὰ ὄντα τυγχάνει. πάνυ μὲν οὖν, ἔφη ὁ Ἀδείμαντος· 'ἀλλὰ τί τοιοῦτον, ὦ Σώκρατες, ἐν τῇ περὶ δικαίου ζητήσει 'καθορᾷς; ἐγώ σοι, ἔφην, ἐρῶ. δικαιοσύνη, φαμέν, ἔστι μὲν

1 περὶ τῆς δικαιοσύνης M. — 4 εἶπον οὖν κ. τ. λ. Rep. II p. 368 CD. — 5 ζήτημα· ἄχρι τοῦ ἐν τῇ τοῦ ἐλάττονος ἰδέα ἐπισκοποῦντες (p. 738, 7) FP. — 6 μὲν οὖν ABChK μὲν expunctum in M; cf. Proll. p. 36. — ἡμεῖς οἱ δεινοὶ M. — 10 ἔστι MAB ἐστί ChK. — 12 ἐλάττω εἰς τὰ M. — 15 μὲν om. codd. edd.; cf. Proll. p. 123. —

ad totam de iustitia sibi explicandam orationem. Cum enim eam sciret opus fore ad demonstrandum id, quod propositum esset, non unam esse totius animi nostri substantiam, idcirco prius de civitate disserendum sibi esse existimavit. Verba eius ita se habent: 'Dixi igitur id, quod sentiebam: quaestio haec, quam aggredimur, non exigua est, sed hominis acute cernentis, ut mihi videtur. Quoniam igitur nos parum idonei sumus, perinde, inquam, rem investigandam esse censeo ac si quis non admodum acute cernentibus litteras parvas e longinquo legendas proposuisset, deinde animadvertisset aliquis easdem litteras esse alicubi maiores et in maiore quapiam re; lucrum id manifestum esset, opinor, ut his primum lectis ita minores, essentne eaedem, considerarent. Ita prorsus, Adimantus inquit. Sed quid tu simile, Socrates, in hac de iusto quaestione vides? Ego tibi, inquam, dicam.

'ἑνὸς ἀνδρός, ἔστι δέ που πάλιν τῆς ὅλης πόλεως; πάνυ γε, 'ἦ δ' ὅς. οὐκοῦν μείζων πόλις ἑνὸς ἀνδρός; μείζων, ἔφη. 'ἴσως τοίνυν πλείων ἂν δικαιοσύνη ἐν τῷ μείζονι ἐνείη 'καὶ ῥᾴων καταμαθεῖν. εἰ οὖν βούλεσθε, πρῶτον ἐν ταῖς 'πόλεσι ζητήσωμεν, ποῖόν τί ἐστιν, ἔπειτα οὕτως ἐπισκεψώ- 'μεθα καὶ ἐν ἑνὶ ἑκάστῳ τὴν τοῦ μείζονος ὁμοιότητα ἐν τῇ 'τοῦ ἐλάττονος ἰδέᾳ ἐπισκοποῦντες.' προγυμνάσας οὖν ἡμᾶς ἐπὶ πόλεως ὁ Πλάτων καὶ δείξας, ὅτι ἄλλο μέν τι τὸ ἄρχον,
729 ἄλλο δέ τι τὸ προπολεμοῦν καὶ τρίτον | ἄλλο τὸ δημιουργικὸν ἔθνος ἐν αὐτῇ, μεταβὰς ἐπὶ τὴν ψυχὴν καὶ κατὰ αὐτὴν ἐπιδείκνυσιν ἓν μέν τι μέρος εἶναι τὸ ἄρχον, ὅταν εὖ ἔχῃ, ἕτερον δὲ τὸ ὑπηρετοῦν αὐτῇ, καθάπερ ἐν ταῖς πόλεσιν ὑπηρετεῖ τὸ στρατιωτικόν, τρίτον δὲ τὸ λοιπόν, ὃ τοῦ τρέφεσθαι τὸ σῶμα χάριν οἱ δημιουργοῦντες ἡμᾶς προσέθεσαν, κἂν οἱ ἀγύμναστοι τοῦ διακρίνειν ἀπὸ ἀλλήλων τὰς ὁμοιότητας ἓν

---

1 ἑνὸς ἀνδρὸς μείζων ἔφη (v. 2) omissis, quae interiecta sunt, verbis M. — 3 ἂν εἴη pro ἐνείη codd. edd. — 4 καὶ καταμαθεῖν M καὶ ἔστι καταμ. ABChK; cf. Proll. pp. 38 et 108. — 7 in verbo ἐπισκεποῦντες desin. excerpt. XXXX codd. FP. — προγυμνώσας A. — 10 αὐτῇ μετῇ μεταβὰς spat. vac. octo litterar. τὴν ψυχὴν M. — 11 τοι pro τι M. — ὅταν εὖ ἔχῃ om. M. — ἔχει AB. —

Dicimusne iustitiam esse hominis unius et item totius civitatis? Plane, inquit. Nonne maior est civitas uno homine? Maior, inquit. Fortasse igitur maior iustitia in maiore inest et facilior cognitu. Quodsi voletis, primum quaeramus in civitatibus, quidnam sit, deinde etiam in singulis consideremus maioris similitudinem in minoris specie investigantes.' Ita postquam prius nos exercuit in civitate Plato docuitque in ea partem aliam esse, quae imperaret, aliam, quae propugnaret, tertiam aliam opificum, transit ad animum similiterque in eo ostendit, cum bene valeat, partem esse unam, quae imperium obtineat, aliam, quae ei dicto audiens sit, quemadmodum in civitatibus principi oboediant milites, reliquam tertiam, quam corporis alendi causa, qui nos fabricati sint opifices, addiderint, etsi, qui minus exercitati sint in discernendis inter se dissimilitudinibus unam

εἶναι νομίζωσιν, οὐ τρία τὰ εἰρημένα μόρια τῆς ψυχῆς. ὅπως οὖν χρὴ γυμνάζεσθαι περὶ τὴν διάκρισιν αὐτῶν, ἐδίδαξεν ὁ Πλάτων ἐπί τε τῆς πόλεως διὰ πάσης σχεδόν τι τῆς Πολιτείας ἐπί τε τῆς ψυχῆς το μὲν κυριώτατον, τὸ τῆς διανοίας, δείξας ἐν τῷ τετάρτῳ βιβλίῳ, τὸ δὲ ἑπόμενον αὐτῇ κατὰ τὰ ἄλλα. καιρὸς οὖν ἤδη καὶ τῶν εἰρημένων αὐτῷ κατὰ τὸν Φαῖδρον ἀκοῦσαι. ‘ἡ ἀπάτη ‘πότερον ἐν πολὺ διαφέρουσι γίγνεται μᾶλλον ἢ ὀλίγον; ἐν ‘τοῖς ὀλίγον. ἀλλὰ μὴν κατὰ σμικρὸν μεταβαίνων μᾶλλον λήσεις ‘ἐλθὼν ἐπὶ τὸ ἐναντίον ἢ κατὰ μέγα. πῶς δ' οὔ; δεῖ ἄρα τὸν ‘μέλλοντα ἀπατήσειν μὲν ἄλλον, αὐτὸν δὲ μὴ ἀπατηθήσεσθαι ‘τὴν ὁμοιότητα τῶν ὄντων | καὶ ἀνομοιότητα ἀκριβῶς διει- 730
‘δέναι. ἀνάγκη μὲν οὖν. ἦ οὖν οἷός τε ἔσται ἀλήθειαν ἀγνοῶν ‘ἑκάστου τὴν τοῦ ἀγνοουμένου ὁμοιότητα σμικράν τε καὶ

1 νομίζουσιν codd. edd. νομίζωσιν nos; cf. Proll. p. 85. — 2 A verbis ὅπως οὖν incip. excerpt. XXXXI codd. FP. — αὐτῶν om. FP. — 4 τι om. FP. — κυριώτατον τῆς codd. edd. κ. τὸ τῆς nos. — 5 δείξας om. codd. edd. — 6 ἑπόμενον αὐτῇ κατὰ τὸν φαῖδρον ἀκοῦσαι P¹ ἑπ. αὐτῇ κατὰ τὰ ἄλλα, καιρὸς δὲ καὶ (item F) τῶν εἰρημένων αὐτῷ κατὰ τὸν κ. τ. λ. P². — 7 ἡ ἀπάτη κ. τ. λ. Phaedr. p. 261 E. — 8 ἢ ὀλίγον· ἄχρι τοῦ γελοίαν κ. τ. λ. παρέξεται (p. 740, 9) FP. — 9 καταβαίνων codd. edd.; cf. Proll. p. 104. — 12 διιδεῖν pro διειδέναι codd. edd.; cf. supra p. 730, 6. — 13 ῏ οὖν ἢ ός τ' ἔσται M. — 14 μικρὰν codd. edd. —

esse partem, non has tres animi opinentur. Quo autem modo in internoscendis his exercere nos debeamus, Plato docuit cum in civitate per totam propemodum Rempublicam, tum in animo ipso, cuius praecipuam partem, hoc est mentem, in quarto libro, ceteras, quae eam sequuntur, in aliis ostendit. Sed iam tempus est etiam ea, quae in Phaedro hac de re dixit, audire. ‘Fraus in hisne, quae multum, an quae paululum differunt, accidit? In iis, quae paululum. Atqui si paulatim transieris, te ad contrarium devenisse minus animadvertes, quam si magnis intervallis. Quidni? Oportet igitur illum, qui alium decepturus est, ipse autem decipi non vult, similitudinem et dissimilitudinem rerum penitus dignoscere. Immo necesse est. Numquid igitur singularum rerum

'μεγάλην ἐν τοῖς ἄλλοις διαγιγνώσκειν; ἀδύνατον. οὐκοῦν 'τοῖς παρὰ τὰ ὄντα δοξάζουσι καὶ ἀπατωμένοισι δῆλον ὡς τὸ 'πάθος τοῦτο δι' ὁμοιοτήτων τινῶν εἰσερρύη. γίγνεται γοῦν 'οὕτως. ἔστιν οὖν ὅπως τεχνικὸς ἔσται μεταβιβάζειν κατὰ 'σμικρὸν διὰ τῶν ὁμοιοτήτων ἀπὸ τοῦ ὄντος ἑκάστοτε ἐπί τοὐ'ναντίον ἀπάγων ἢ αὐτὸς τοῦτο διαφεύγειν ὁ μὴ ἐγνωρικώς, ὃ 'ἔστιν ἕκαστον τῶν ὄντων; οὐ μή ποτε. λόγων ἄρα τέχνην, ὦ 'ἑταῖρε, ὁ τὴν ἀλήθειαν μὴ εἰδώς, δόξας δὲ τεθηρευκὼς γελοίαν 'τινά, ὡς ἔοικε, καὶ ἄτεχνον παρέξεται.' ὅτι δέ, ὡς Ἱπποκράτης ἔλεγε, τινὰ μέν ἐστι ῥᾷστα γνωσθῆναι, τινὰ δὲ οὐκ ἔστι, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν ῥάστων ποιητέον, ἃ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ὡμολόγηται διὰ τὴν ἐνάργειαν. οὕτω καὶ ὁ Πλάτων ἐγίνωσκε· μάθοις δὲ ἂν ἐκ τῆσδε τῆς ῥήσεως αὐτοῦ· 'ἆρ' οὖν οὐ παντὶ 'δῆλον τό γε τοιόνδε, ὡς περὶ μὲν ἔνια τῶν τοιούτων ὁμο-

1 οὐκοῦν M οὐκ οὖν ABChK; cf. Proll. p. 29. — 2 ἀπατωμένοισιν M ἀπατωμένοις ABChK ἀπατωμένοισι nos; cf. Proll. p. 27. — 3 γοῦν M οὖν ABChK. — 4 ἔστι γοῦν M. — τεχνικῶς M. — 5 ὁμοιοτάτων M. — 6 διαφεύγων M. — 9 A verbis ὅτι δὲ incip. excerpt. XXXXII codd. FP. — 10 τήνδ' ἀρχὴν F. — 11 ἀεὶ pro ἃ καὶ P. — ὡμολόγοιτο P. — 12 ἐνέργειαν M. — οὑτῶς P. — ὁ om. FP. — 13 δὲ om. FP. — ἆρ' οὖν κ. τ. λ. Phaedr. p. 263 A. — 14 ἔνοια pro ἔνια M. —

veritate ignorata similitudinem eius, quod ignoratur, vel parvam vel magnam in aliis rebus dignoscere poterit? Nequaquam poterit. Ergo in eos, qui praeter rerum naturam opinantur ac falluntur, constat errorem illum ex similitudinibus quibusdam irrepsisse. Sic profecto accidit. Num igitur poterit aliquis artificiose vel alios paulatim per similitudines a vero in contrarium traducere vel ipse hunc errorem evitare, nisi singularium rerum naturam cognoverit? Minime. Dicendi igitur artem, amice, ille, qui veritatem ignorans opiniones sectatur, ridiculam, ut videtur, et inertem exhibebit.' Ceterum, quoniam, ut Hippocrates dicebat, quaedam sunt facillima cognitu, quaedam non ita, exordium a facillimis, quae propter evidentiam inter omnes homines constant, faciendum est; id quod etiam Platonem sensisse ex his verbis cognosces: 'Nonne omnibus illud perspicuum est, nos

'νοητικῶς ἔχομεν, περὶ δ' ἔνια στασιαστι|κῶς; δοκῶ μὲν ὃ 731 'λέγεις μανθάνειν, ἔτι δ' εἰπὲ σαφέστερον. ὅταν τις ὄνομα 'εἴπῃ σιδήρου ἢ ἀργύρου, ἆρ' οὐ τὸ αὐτὸ πάντες διενοήθη-'μεν; καὶ μάλα. τί δ', ὅταν δικαίου ἢ ἀγαθοῦ; οὐκ ἄλλος 'ἄλλῃ φέρεται καὶ ἀμφισβητοῦμεν ἀλλήλοις τε καὶ ἡμῖν 'αὐτοῖς; πάνυ μὲν οὖν. ἐν μὲν ἄρα τοῖς ξυμφωνοῦμεν, ἐν 'δὲ τοῖς οὔ. οὕτω. ποτέρωθι οὖν εὐαπατητότεροί ἐσμεν καὶ 'ἡ ῥητορικὴ ἐν ποτέροις μεῖζον δύναται; δῆλον ὅτι ἐν οἷς 'πλανώμεθα. οὐκοῦν τὸν μέλλοντα τέχνην ῥητορικὴν μετ-'ιέναι πρῶτον μὲν δεῖ ταῦτα ὁδῷ διῃρῆσθαι καὶ εἰληφέναι 'τινὰ χαρακτῆρα ἑκατέρου τοῦ εἴδους, ἐν ᾧ τε ἀνάγκη τὸ 'πλῆθος πλανᾶσθαι καὶ ἐν ᾧ μή. καλὸν γοῦν, ὦ Σώκρατες, 'εἶδος εἴη ἂν κατανενοηκὼς ὁ τοῦτο λαβών. ἔπειτά γε οἶμαι

---

1 στασιωτικῶς A. — στασιαστικῶς· ἄχρι τοῦ ἄριστα λέγεις (p. 742, 7) FP. — ὀλίγον pro ὃ λέγεις M. — 2 δ' εἰ περὶ σαφέστερον MABCh δ' εἰπὲ σ. Corn. ChK. — τίς sp. vac. septem litterar. παηδήρου ἢ M. — 3 διενοηθήμεθα sp. vac. septem litter. τί δ' ὅταν M. — 5 ἀμφισβητεῖται M ἀμφισβητοῦσιν ABChK ἀμφισβητοῦμεν Corn.; cf. Proll. pp. 33 et 100. — 6 συμφωνοῦμεν codd. edd. — 7 ποτέρωθεν codd. edd. ποτέρωθι Corn.; cf. Proll. p. 102. — εὐαπαντώτεροι M. — 8 ῥητορικὰ M. — δύναται εἶναι codd. edd. εἶναι eiecit Corn.; cf. Proll. p. 117. — δῆλον ὅτι M δηλονότι ABChK; cf. Proll. p. 29. — 10 μὲν δὴ MABCh μ. δεῖ Corn. K. — ηὑρῆσθαι codd. edd. διῃρῆσθαι Corn. — 13 εἴη ἂν codd. edd.; cf. Proll. p. 123. —

---

in quibusdam eiusmodi rebus consentire, in quibusdam dissentire? Videor mihi intellegere, quod dicis; planius tamen explices velim. Cum quis ferri vel argenti nomen dixerit, nonne idem omnes animo statim concipimus? Profecto. Quid? cum iusti aut boni nomen, nonne alius alio fertur et tum ab aliis, tum a nobis ipsis dissidemus? Magnopere quidem. In quibusdam igitur consentimus, in quibusdam non. Ita est. Iam utra ex parte faciliores deceptu sumus utrave in parte rhetorica plus valet? Nimirun erramus. Qui igitur rhetoricam artem tract est, is debet primum haec via quadam dist quandam utriusque speciei figuram perce bere, ubi multitudinem errare fallique r ubi non. Praeclaram sane, Socrates, spe

῾πρὸς ἑκάστῳ γιγνόμενον μὴ λανθάνειν, ἀλλ᾽ ὀξέως αἰσθ
῾νεσθαι, περὶ οὗ ἂν μέλλῃ ἐρεῖν, ποτέρου ὂν τοῦ γέν
῾τυγχάνει. τί μήν; τί οὖν; τὸν Ἔρωτα πότερον φῶμ
4 ῾εἶναι τῶν ἀμφισβητησίμων ἢ τῶν μή; τῶν ἀμφισβητησίμ
732 ῾δήπου· ἦ οἴει ἄν σοι ξυγχωρῆσαι | εἰπεῖν, ἃ νῦν δὴ εἶπες π
῾αὐτοῦ, ὡς βλάβη τέ ἐστι τῷ ἐρωμένῳ καὶ ἐρῶντι καὶ αὖθ
῾ὡς μέγιστον τῶν ἀγαθῶν τυγχάνει; ἄριστα λέγεις.᾽ αὕτ
μὲν ἡ ῥῆσις ἐν τῷ Φαίδρῳ γέγραπται διδάσκοντος αὐτο
μηδεμίαν ἀμφισβήτησιν ἔχειν τὰ τοῖς φυσικοῖς κριτηρίο
ἐναργῶς ὑποπίπτοντα, ἐν οἷς δὲ ἤτοι μηδὲ ὅλως ὑποπίπτ
τοῖς κριτηρίοις τούτοις ἢ ἀμυδρῶς ὑποπίπτει, τὴν ἀμφισβή-
τησιν γίνεσθαι· καὶ χρὴ γεγυμνάσθαι κατὰ ταῦτα διακρί-
νοντα τὰς τῶν πραγμάτων ὁμοιότητας. ἔνια γὰρ οὕτως ἔχ
πρὸς ἄλληλα κατὰ τὰς τῶν ἐν αὐτοῖς ὁμοιότητας ἢ τὴν παρ-

2 εὑρεῖν pro ἐρεῖν M. — 4 τῶν ante ἀμφισβητ. om. codd. edd.; cf Proll. p. 106. — 5 ἐγχωρῆσαι M συγχωρῆσαι ABChK; cf. Proll. p. 83 — ἃ δὴ codd. edd. ἃ νῦν δὴ Corn. — 6 βλάβη περίεστι M. — 8 γέγραπτε P. — 9 μοιδημίαν P. — ἀμβύτησιν P[1] ἀμφισβήτησιν P[2]. — 10 ἐν οἷς δὲ ἤτοι FP ἐν οἷς δ᾽ ἤτοι M ἐν οἷς δή τοι ABChK. — 13 ὁμοιότητας ἢ τὴν (v. 14) omissis, quae interiecta sunt, verbis FPM — 14 in verbo παραλλαγήν des. exc. XXXXII codd. FP. —

scat, qui istud perceperit. Deinde in singulis rebus versantem opinor non ignorare, sed acute sentire, utrius generis sit id, de quo dicturus est. Quidni? Quid igitur est? Amorem utrum ex ambiguis controversisque dicamus necne? Ex ambiguis procul dubio; an putas tibi concessurum eum esse, quae de eo modo dixisti, tam ei, qui ametur, quam ei, qui amet, detrimento esse et rursus omnium maximum bonorum? Optime dicis.' Atque haec est oratio, quam in Phaedro Plato scripsit docens ea, quae naturalibus iudiciis manifesto subicerentur, nullam controversiam habere, in iis vero, quae aut omnino non aut obscure tantum caderent sub haec iudicia, controversiam exsistere. In eo igitur genere exerceri hominem oportet, qui rerum similitudines discernat. Nonnulla enim secundum eorum, quae iis insunt, similitudines aut diversitatem ita inter se comparata sunt,

ἀλλαγήν, ὡς κατά τι μὲν ὑπάρχειν ὅμοια, κατά τι δὲ ἀνόμοια. καὶ χρὴ τῶν τοιούτων διαγνωστικὸν τὸν τεχνίτην εἶναι, ὡς ἀκριβῶς τε ἅμα καὶ ταχέως δύνασθαι γνωρίζειν, εἰ ὅμοιά ἐστιν ἀλλήλοις ἢ ἀνόμοια. ὅπερ οὖν ἀεὶ καὶ λέγοντός μου καὶ γράφοντος ἀκούεις, ἀκούσῃ πάντως καὶ νῦν. ἡ καθόλου μέθοδος χωρὶς τοῦ γυμνασθῆναι κατὰ πολλὰ τῶν ἐν μέρει τεχνίτην ἀγαθὸν οὐχ οἵα τέ ἐστιν ἐργάσασθαι. καὶ τοῦτο ἐπὶ πάντων ἔνεστί σοι θεάσασθαι τῶν | τοιούτων· ἐπὶ ἔνιά γε μὴν οὕτως ἰσχυρὰν δύναμιν ἔχει, ὡς 733 τὴν μὲν καθόλου μέθοδον ἐνιαυτῷ μόνῳ δύνασθαι τελεώτατα μαθεῖν, τὴν δὲ ἄσκησιν, εἰ μὴ διὰ ὅλου τοῦ βίου γένοιτο, κολούειν εἰς τὰ τῆς τέχνης ἔργα. καὶ φαίνεταί γε σαφῶς οὖσα τοιαύτη τέχνη ἡ λογιστική τε καὶ ῥητορικὴ καὶ ἡ διὰ τῶν ὀργάνων ἐνεργοῦσα μουσική. τοσαύτης μὲν οὖν ἀσκήσεως ἀποδεικτικὴ μέθοδος οὐ δεῖται, χρῄζει δὲ οὖν οὐκ ὀλίγης καὶ αὕτη. γυμνάζεσθαι γοῦν χρὴ γυμνασίαν καθ' ἑκάστην ἄσκησιν τέχνης ἐν ὕλαις, ὧν εἰς τὰς χρη-

8 πασῶν codd. edd. πάντων nos. — βιάσασθαι pro θεάσασθαι M. — 9 ἔχον codd. edd. ἔχει nos; cf. Proll. p. 100. — 10 ἔνι αὐτῷ MAB. — 13 ἡ post τέχνη om. codd. edd.; cf. Proll. p. 109. — 15 χρῄζει γοῦν codd. edd. χρ. δὲ οὖν nos. — 16 καὶ αὐτὴ K. — 17 ὧν εἰς τὰς M ὧν τὰς ABChK; cf. Proll. p. 35. —

ut in aliqua re similia, in aliqua dissimilia sint. Oportetque talia internoscendi peritum esse artificem, ut exacte simul et celeriter, similiane inter se an dissimilia sint, cognoscere possit. Iam illud, quod semper a me soles tum voce, tum scriptis audire, etiam nunc omnino audies. Generalis disserendi ratio sine multa in singularibus exercitatione artificem bonum efficere non potest. Quod cum in omnibus huiuscemodi tibi videre licet, tum in quibusdam tantam vim habet, ut generalem quidem rationem unius anni spatio possis discere quam absolutissime, exercitatio vero nisi per totam vitam colatur, parum proficiat ad artis opera. Cuiusmodi artes esse arithmetica et rhetorica et musica, quae per instrumenta fiunt, apparet. At demonstrandi ars ac ratio non tanta indiget illa quidem exercitatione, sed tamen haud exiguam et ipsa requirit. Et exercitationem quidem in omni

σίμους τῷ βίῳ πράξεις δεόμεθα. κἂν γὰρ ὅτι μάλιστα τὴν φύσιν ἀρίστην τις ἔχων εἰς ὁτιοῦν ἔργον ἀμελήσῃ τῆς ἀσκήσεως, οὐδενὸς τῶν ἀπολειπομένων μὲν τῇ φύσει, πλημμελούντων δὲ τῇ κατὰ τὴν ἄσκησιν ἐπιμελείᾳ βελτίων ἐστί. νόησον γοῦν τινα τῇ τε τῶν σκελῶν κατασκευῇ καὶ τῇ τοῦ παντὸς σώματος ῥώμῃ κάλλιστα διακείμενον, ἠμεληκότα δὲ τῆς φύσεως εἰς τοσοῦτον, ὡς πρὸς τῷ μηδέποτε δραμεῖν ἔτι κἂν τῷ περιπατεῖν ἀεὶ βλακεύοντα διατελεῖν,
734 ὡς ἀδύνατόν | ἐστι τοῦτον Ὀλυμπιονίκην γενέσθαι χωρὶς τοῦ τὴν ἔμπροσθεν ἀργίαν ἀποθέμενον εἰς ἔθος ἑαυτὸν μεταστῆσαι γυμνασίων τῶν κατὰ φύσιν οὐδὲ τούτων τῶν τυχόντων, ἀλλὰ μάλιστα οἷά ἐστιν οἰκεῖα σκέλεσιν. ὥς, ἐάν γέ τις παραλαβὼν τὸν οὕτω πεφυκότα μεταβαίνειν μὲν ἐπὶ λεπτοῦ σχοινίου διδάξῃ, πρὸς ξύλον δὲ ὄρθιον ἀναρριχᾶσθαι, καθάπερ οἱ θαυματοποιοὶ διδάσκουσι τοὺς μαθητάς, οὐ μόνον οὐκ ἂν ἕλοιτο νίκην τὴν Ὀλυμπίασιν, ἀλλὰ οὐδὲ τῶν

4 ἐπιμέλειαν M. — 7 πρὸς. τὸ M. — 10 μεταστῆναι MABCh. — 11 οὐδὲ τούτων τῶν οὕτως πεφυκότων μεταβαίνειν (v. 13) omissis, quae interiecta sunt, verbis M. — 14 ὄρθριον M. — 15 θαυμαστοποιοί M. — 16 ἕλοιντο MABCh ἕλοιτο Corn. K; cf. Proll. p. 101. — Ὀλυμπιονίκην codd. edd. τὴν Ὀλυμπίασιν nos. —

artis administratione adhibere iis materiis debemus, quibus ad utiles vitae actiones nobis opus est. Nam si quis quamvis optimo ad opus quodpiam ingenio praeditus neglexerit exercitationem, illis, qui licet natura sint inferiores, exercendi tamen cura ac diligentia praestant, non melior evadet. Finge cogitatione aliquem crurum structura totiusque corporis robore optime constitutum, sed qui naturam suam adeo neglexerit, ut, praeterquam quod nunquam currat, vel in deambulatione semper segniter incedat; fieri utique non potest, ut is unquam Olympionices fiat, nisi pristina segnitie illa deposita ad naturalium exercitationum consuetudinem se transferat neque harum, quae cuilibet obviae, sed quae cruribus maxime accommodatae sunt; nam si quis talem hominem docendum susceperit iusseritque per tenuem funiculum incedere vel in erectum lignum sursum eniti, sicut praestigiatores discipulos docere solent, non modo victoriam Olympicam non consequetur, verum ne

ἐπιτυχόντων ἀνθρώπων ὠκύτερος ἄν ποτε ὀφθείη. τοῦτο οὖν Ἱπποκράτει τε καὶ Πλάτωνι γέγραπται παραδείγματα γράψασιν εἴς τε τὰς τέχνας καὶ πάσας τὰς κατὰ τὸν βίον πράξεις χρήσιμα. παραθήσομαι δὲ ὀλίγα χάριν τοῦ συνοφθῆναι τὴν ἰδέαν αὐτῶν. οὐ μὴν καὶ ἀρκεσθῆναί γε τούτοις ἀξιῶ τοὺς βουλομένους γενέσθαι τεχνίτας κατὰ τὰς τέχνας, ἃς ἂν αὐτοὶ τυγχάνωσιν ἀσκοῦντες, ἀλλὰ γυμνάζεσθαι διὰ παντός, ὥσπερ οἱ ῥητορικοὶ γυμνάζονται καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὑποθέσεις εὑρίσκοντες ἐπιτηδείους εἰς τὴν προκειμένην ἄσκησιν. |

Εἰλήφθω δὴ παρὰ Πλάτωνος μὲν πρῶτον, ὃ κατὰ τὸ 735
πέμπτον τῆς Πολιτείας ἐδίδαξεν, ἔνθα περὶ τῆς τῶν γυναικῶν φύσεως ἄρχεται τῶν αὐτῶν ἐπιτηδευμάτων τοῖς ἀνδράσιν ἀξιῶν μετέχειν αὐτάς, ὡς ἂν καὶ τὴν αὐτὴν ἐχούσας φύσιν, εἶτα αὐτὸς ἀντιλαμβάνεται τοῦ λόγου. φησὶ δὲ οὐκ ἂν ἴσως συγχωρῆσαί τινα τὴν αὐτὴν εἶναι φύσιν ἄρρενός τε καὶ θήλεος σώματος ἐπιδείκνυσί τε, κατὰ τί τὴν αὐτὴν

7 γυμνάσασθαι M. — 11 πρῶτον ἢ κατὰ M. — 14 ἀξιῶμεν ἔχων M. — 17 τί om. M. —

vulgaribus quidem hominibus velocior unquam videbitur. Hoc est, quod ab Hippocrate et Platone scriptum est, qui exempla et ad artes et ad omnes vitae actiones utilia nobis tradiderunt. Subiungam pauca quaedam, tantum ut illorum forma agnoscatur. At his minime contentos esse velim illos, qui artifices fieri volent in iis artibus, quascunque colunt, sed assidue exercitationi se dedere necesse est, quemadmodum rhetores singulis quibusque diebus sese exercere solent argumenta invenientes ad propositam institutionem idonea.

Sumatur igitur a Platone primum, quod in quinto de Republica docuit, ubi de mulierum natura disserere incipit vultque eas eadem quae viros studia sectari, quippe quae eadem qua illi natura praeditae sint, deinde hanc ipse orationem impugnat. Ait autem non concessurum fortasse aliquem eandem et maris et feminae naturam esse atque idcirco, in quanam re eandem dixerit, ostendit. Cuius tota

'φύσιν ἔχοντας; ἕξεις τι, ὦ θαυμάσιε, πρὸς ταῦτ' ἀπολογεῖ-
'σθαι;' ἐν τούτοις εἰπών τινα περὶ τῆς ἀντιλογικῆς δυνά-
μεως ἐφεξῆς γράφει τὴν ῥῆσιν τῆς ἀντιλογίας ὧδέ πως'
'κινδυνεύομεν γοῦν ἄκοντες ἀντιλογίας ἅπτεσθαι. πῶς; τὸ
'† τὴν αὐτὴν φύσιν ὅτι οὐ τῶν αὐτῶν δεῖ ἐπιτηδευμάτων
'τυγχάνειν πάνυ ἀνδρείως τε καὶ ἐριστικῶς κατὰ τὸ ὄνομα
'διώκομεν, ἐπεσκεψάμεθα δὲ οὐδ' ὁπηοῦν, τί εἶδος τὸ τῆς
'ἑτέρας τε καὶ τῆς αὐτῆς φύσεως καὶ πρὸς τί τεῖνον ὡριζό-
'μεθα τότε, ὅτε τὰ ἐπιτηδεύματα ἄλλῃ φύσει ἄλλα, τῇ δὲ
'αὐτῇ τὰ αὐτὰ ἀπεδίδομεν. οὐ γὰρ οὖν, ἔφη, ἐπεσκεψά-
'μεθα. τοιγάρτοι, εἶπον, ἔξεστιν ἡμῖν, ὡς ἔοικεν, ἀνερωτᾶν
'ἡμᾶς αὐτούς, εἰ ἡ αὐτὴ φύσις φαλακρῶν καὶ κομητῶν καὶ
'οὐχ ἡ ἐναντία, καὶ ἐπειδὰν ὁμολογῶμεν ἐναντίαν εἶναι, ἐὰν
738 'φαλακροὶ σκυ|τοτομῶσι, μὴ ἐᾶν κομήτας, ἐὰν δ' αὖ κομῆται,

2 ἐν om. MAB. — 4 κινδυνεύομεν κ. τ. λ. Rep. IV p. 454 B. — οὖν pro γοῦν codd. edd. — τὸ τὴν αὐτὴν codd. edd. 'τὸ μὴ τὴν Plat. Gr., sed falso: dicendum . . . est οὐ' Corn.; cf. Stallb. ad h. l. — 7 ἐπισκεψόμεθα MAB ἐπεσκεψάμεθα Corn. ChK; cf. Proll. p. 84. — οὐδ' ὅπῃ οὖν M οὐδ' ὁπηοῦν AB οὐδ' ὁτιοῦν ChK. — 8 τῶν τινὸς pro τεῖνον M. — 9 τότε ἴτε MAB ὅτε om. ChK; cf. Proll. p. 58. — 11 τοιγάρτι M. — 13 ὡμολογῶμεν MABCh. — 14 σκυτομῶσι MABCh. —

natura plurimum inter se distent? Habebisne, mirifice, quo nostram adversus haec causam tuearis?' In his postquam quaedam de vi contradictionis disputavit, deinceps totum contradictionis sermonem subiungit in hunc modum: 'Videmur certe inviti contradictionem attingere. Qua ratione? Naturam non eandem ne opera quidem eadem tractare debere fortiter admodum et contentiose secundum nomen sectamur, consideravimus autem nullo pacto, quam speciem diversae eiusdemque naturae et quo pertinentem tunc designaverimus, cum studia alii naturae alia, eidem vero eadem attribuimus. Non sane, inquit, consideravimus. Quapropter, inquam, licet nobis, ut videtur, ex nobis ipsis quaerere, sitne eadem natura calvorum et comatorum, non contraria, atque ubi concesserimus esse contrariam, si calvi calceos confi-

‘μὴ τοὺς ἑτέρους. γελοῖον μέντ' ἂν εἴη, ἔφη. ἆρα κατ' ἄλλο τι, εἶπον ἐγώ, γελοῖον ἢ ὅτι τότε οὐ πάντως τὴν αὐτὴν καὶ τὴν ἑτέραν φύσιν ἐτιθέμεθα, ἀλλ' ἐκεῖνο τὸ εἶδος τῆς ἀλλοιώσεώς τε καὶ ὁμοιώσεως μόνον ἐφυλάττομεν τὸ πρὸς αὐτὰ τεῖνον τὰ ἐπιτηδεύματα; οἷον ἰατρικὸν μὲν καὶ ἰατρικὸν τὴν ψυχὴν ὄντα τὴν αὐτὴν φύσιν ἔχειν ἐλέγομεν· ἢ οὐκ οἴει; ἔγωγε. ἰατρικὸν δέ γε καὶ τεκτονικὸν ἄλλην; πάντως που. οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ τὸ τῶν ἀνδρῶν καὶ τὸ τῶν γυναικῶν γένος, ἐὰν μὲν πρὸς τέχνην τινὰ ἢ ἄλλο ἐπιτήδευμα διαφέρον φαίνηται, τοῦτο δὴ φήσομεν ἑκατέρῳ δεῖν ἀποδιδόναι· ἐὰν δ' αὐτῷ τούτῳ φαίνηται διαφέρειν, τῷ τὸ μὲν θῆλυ τίκτειν, τὸ δ' ἄρρεν ὀχεύειν, οὐδέν τί πω φήσομεν μᾶλλον ἀποδεδεῖχθαι, ὡς πρὸς ὃ ἡμεῖς λέγομεν διαφέρει γυνὴ ἀνδρός, ἀλλ' ἔτι οἰησόμεθα δεῖν τὰ αὐτὰ ἐπιτηδεύειν τούς τε φύλακας ἡμῖν καὶ τὰς

1 μὲν τ' ἂν M μέντ' ἂν ABCh μὲν τἂν K. — 4 μόνον ὃν ἐφυλάττομεν M. — 6 ἰατρικὴν τὴν ψυχὴν codd. edd.; cf. Madvig. Adv. crit. I p. 422. — ὄντα MAB ἔχοντα ChK. — 10 τινὰ τἄλλο M. — φαίνεται MABCh φαίνηται Corn. K. — τοῦτο μὴ φήσομεν Corn. — 12 τὸ μὴ θῆλυ M. — 15 ἡμῶν codd. edd. —

ciant, non sinere comatos, sin comati, calvos prohibere. At ridiculum id sane esset. Aliamne ob causam ridiculum est, inquam, quam quod tunc non prorsus eandem et diversam naturam posuimus, sed illam dumtaxat dissimilitudinis et similitudinis speciem observavimus, quae ad ipsa studia pertineret? veluti duos, qui eundem ad medicinam aptum animum haberent, eosdem naturam eandem habere diximus; an non tibi ita videtur? Mihi quidem. Eum contra, qui ad medicinam aptus esset, et eum, qui ad architecturam, diversam? Omnino. Quare, inquam, etiam virorum mulierumque genus si ad artem aliquam aut aliud studium inter se differre apparebit, hoc utrivis assignandum esse dicemus, sin hoc ipso differre videbitur, quod femina parit, vir gignit, nihilo magis demonstratum esse concedemus a viro feminam ad id, de quo loquimur, differre, sed adhuc

‘γυναῖκας αὐτῶν. καὶ ὀρθῶς γ', ἔφη. οὐκοῦν μετὰ τοῦτο
739 ‘κελεύομεν τὸν τὰ ἐναντία λέγοντα τοῦτο αὐτὸ διδάσκειν
‘ἡμᾶς, πρὸς τίνα τέχνην ἢ τί ἐπιτήδευμα τῶν περὶ πόλεως
‘κατασκευὴν οὐχ ἡ αὐτή, ἀλλ' ἑτέρα φύσις γυναικός τε καὶ
‘ἀνδρός; δίκαιον γοῦν. τάχα τοίνυν ἄν, ὅπερ σὺ ὀλίγῳ
‘πρότερον ἔλεγες, εἴποι ἂν καὶ ἄλλος, ὅτι ἐν μὲν τῷ παρα-
‘χρῆμα ἱκανῶς εἰπεῖν οὐ ῥᾴδιον, ἐπισκεψαμένῳ δὲ οὐδὲν
‘χαλεπόν. εἴποι γὰρ ἄν. βούλει οὖν δεώμεθα τοῦ τὰ τοι-
‘αῦτα ἀντιλέγοντος ἀκολουθῆσαι ἡμῖν, ἐάν πως ἡμεῖς ἐκεί-
‘νῳ ἐνδειξώμεθα, ὅτι οὐδέν ἐστιν ἐπιτήδευμα ἴδιον γυναικὶ
‘πρὸς διοίκησιν πόλεως; πάνυ γε. ἴθι δή, φήσομεν πρὸς
‘αὐτόν, ἀποκρίνου· ἆρ' οὕτως ἔλεγες τὸν μὲν εὐφυῆ πρός
‘τι εἶναι, τὸν δὲ ἀφυῆ, ἐν ᾧ ὁ μὲν ῥᾳδίως τι μανθάνοι,
‘ὁ δὲ χαλεπῶς; καὶ ὁ μὲν ἀπὸ βραχείας μαθήσεως ἐπὶ πολὺ

1 ἔφην codd. edd. ἔφη Corn. — 5 γοῦν M γ' οὖν ABChK. — 6 τό M. — 8 δεόμεθα MAB. — 9 ἀντιλέγοντός μου MABCh ἀ. μοι K μου delevit Corn. — ἐκεῖνο codd. edd. — 10 ἐνδειξόμεθα MAB. — 11 ἴσθι δή M. — 12 εὐφυῆ ἐν ᾧ omissis, quae interiecta sunt, verbis M. — 13 μανθάνει M. — 14 ἐπὶ πολὺ M ἐπιπολὺ ABChK; cf. Proll. p. 29. —

censebimus tam custodes nobis quam uxores eorum eadem exercere debere. Et recte quidem, inquit. Nonne post haec iubemus eum, qui contra dicit, hoc ipsum nos docere, ad quam artem quodve officium ex iis, quae ad civitatis institutionem spectant, non eadem sit, sed diversa mulieris virique natura? Aequum certe. Fortasse igitur, quod tu paulo ante dicebas, alius quoque dicat, subito quidem ita dicere, nihil ut desideretur, non facile esse, sed re considerata haud difficile. Dicat sane. Visne ergo rogemus eum, qui talia opponit, ut aures nobis praebeat, si qua ratione ei ostendere possimus nullum esse, quod ad administrationem civitatis spectet, officium mulieris proprium? Omnino. Age igitur, dicemus ei, responde: numquid ita dicebas alium natura idoneum ad aliquid esse, alium ineptum, eo quod ille facile, hic difficulter aliquid disceret? quod ille brevi disciplina usus ipse plurimum

ʽεὑρετικὸς εἴη οὗ ἔμαθεν, ὁ δὲ πολλῆς μαθήσεως τυχὼν καὶ
ʽμελέτης μηδὲ ἃ ἔμαθε σώζοιτο; καὶ τῷ μὲν τὰ τοῦ σώμα-
ʽτος ἱκανῶς ὑπηρετοῖ τῇ διανοίᾳ, τῷ δ' ἐναντιοῖτο; ἆρα |
ʽἄλλ' ἅττα ἐστὶν ἢ ταῦτα, οἷς τὸν εὐφυῆ πρὸς ἕκαστα καὶ 740
ʽτὸν μὴ ὡρίζου; οὐδείς, ἦ δ' ὅς, ἄλλα φήσει. οἶσθά τι οὖν
ʽὑπὸ ἀνθρώπων μελετώμενον, ἐν ᾧ οὐ πάντα ταῦτα τὸ τῶν
ʽἀνδρῶν γένος διαφερόντως ἔχει τοῦ τῶν γυναικῶν; ἢ μα-
ʽκρολογῶμεν τήν τε ὑφαντικὴν λέγοντες καὶ τὴν τῶν ποπά-
ʽνων τε καὶ ἑψημάτων θεραπείαν, ἐν οἷς δή τι δοκεῖ τὸ γυ-
ʽναικεῖον γένος εἶναι, οὗ καὶ καταγελαστότατόν ἐστι πάμπολυ
ʽἡττώμενον; ἀληθῆ λέγεις, ἔφη, ὅτι πολὺ κρατεῖται ἐν ἅπασιν,
ʽὡς ἔπος εἰπεῖν, τὸ γένος τοῦ γένους. γυναῖκες μέντοι πολ-
ʽλαὶ πολλῶν ἀνδρῶν βελτίους εἰς πολλά, τὸ δ' ὅλον ἔχει,
ʽὡς σὺ λέγεις. οὐδὲν ἄρα ἐστίν, ὦ φίλε, ἐπιτήδευμα τῶν

2 ἔμαθη M. — 3 οἱ κανῶς M. — ὑπηρετεῖ MABCh. — 5 φύσει pro φήσει M. — 6 ταὐτὰ M. — 7 ἀνδρὸς M. — μακρολογῶμεν MABCh μακρολογοῦμεν K; cf. Proll. p. 69. — 8 τήν τε M τήν θ' ABChK. — πομάτων pro ποπάνων M. — 9 τι om. M. — 11 πολὺ κρατεῖται M Corn. πολυκρατεῖται ABChK; cf. Proll. p. 29. — 13 ὅλως M. — 14 ἐστὶν ἄρα codd. edd. —

eiusdem generis inveniret, hic, cum multum didicisset meditatusque esset, ne memoria quidem servaret, quae didicisset? quod denique illi corporis constitutio menti subserviret, huic adversaretur? An alia quaedam praeter haec sunt, quibus idoneum natura ad singula hominem et non idoneum definiebas? Nemo, inquit, alia dicet. Iam scisne aliquid ab hominibus exerceri, in quo non omnia haec virorum genus excellentiora habeat quam mulierum? An longi simus texendi artificium commemorantes et placentarum opsoniorumque confectionem, in quibus aliquid esse mulierum sexus videtur, ubi cum vincitur, omnium maxime derisui est? Vere dicis, inquit, in omnibus, ut ita dicam, genus a genere longe superari. Mulieres tamen multae multis viris ad multa praestantiores; in universum vero res se ita habet, ut tu dicis. Nullum est igitur, amice,

‛πόλιν διοικούντων γυναικός, διότι γυνή, οὐδὲ ἀνδρός, διότι
‛ἀνήρ, ἀλλ' ὁμοίως διεσπαρμέναι αἱ φύσεις ἐν ἀμφοῖν τοῖν
‛ζῴοιν καὶ πάντων μὲν μετέχει γυνὴ ἐπιτηδευμάτων κατὰ
‛φύσιν, πάντων δ' ἀνήρ, ἐπὶ πᾶσι δ' ἀσθενέστερον γυνὴ
‛ἀνδρός. πάνυ γε. ἦ οὖν ἀνδράσι πάντα προστάξομεν,
741 ‛γυναικὶ δ' οὐδέν; καὶ πῶς; ἀλλ' ἔστι γάρ, οἶμαι, ὡς | φή-
‛σομεν, καὶ γυνὴ ἰατρική, ἡ δ' οὔ, καὶ μουσική, ἡ δ'
‛ἄμουσος φύσει. τί μήν; γυμναστικὴ δ' ἄρ' οὔ, οὐδὲ πολε-
‛μική, ἡ δ' ἀπόλεμος καὶ οὐ φιλογυμναστική; οἶμαι ἔγωγε.
‛τί δέ; φιλόσοφός τε καὶ μισόσοφος; καὶ θυμοειδής, ἡ δ'
‛ἄθυμος; ἔστι καὶ ταῦτα. ἔστιν ἄρα καὶ φυλακικὴ γυνή, ἡ
‛δ' οὔ. ἦ οὐ τοιαύτην καὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν φυλακικῶν
‛φύσιν ἐξελεξάμεθα; τοιαύτην μὲν οὖν. καὶ γυναικὸς ἄρα

1 οὐδὲν ἀνδρός A. — 5 τί οὖν codd. edd.; cf. Progr. II, 15, Proll. p. 82. — πάντα M τάντα (sic) A ταῦτα BChK. — 6 οὐδέν; ἢ καὶ codd. edd.; cf. Proll. p. 115. — 8 ἄμουσα MAB. — δὲ ἄρ' MAB. — οὔ, οὐδὲ πολεμική MAB ἡ δ' ἄρα καὶ πολεμ. Corn. ἢ καὶ πολ. ChK. — 9 οὐδὲ ἀπόλεμος M. — καὶ ἀφιλογυμναστική M καὶ οὐ φιλογ. ABChK; cf. Proll. p. 22. — 10 φιλόσοφός τε καὶ θυμοειδής, ἡ δὲ ἄθυμος καὶ μισόσοφος codd. edd. — 11 ἡ δ' spat. vac. quattuor litter. ἢ οὐ τοιαύτην M. —

quod ad civitatem administrandam pertineat, officium aut mulieris, quatenus mulier est, aut viri, quatenus vir, sed aequaliter naturae in utrisque animantibus dispersae sunt atque omnium quidem officiorum natura particeps est femina pariter ac vir, in omnibus autem imbecillior femina viro. Ita prorsus. Num igitur viris omnia mandabimus, mulieri nihil? At quomodo? Sed est utique, ut dicemus, mulierum quoque alia medicinae apta, alia non apta, et alia musica, alia natura a musica aliena. Quidni? Nonne igitur exercitationi etiam et rebus bellicis idonea alia, alia ad hoc utrumque inepta? Arbitror equidem. Quid? et sapientiae studiosa alia, alia ab ea aliena, alia animosa, alia timida? Et haec ita sunt. Est ergo et ad custodiendum femina quaedam idonea, quaedam minime. An non talem virorum quoque ad custodiam idoneorum naturam elegimus? Talem certe. Et mulieris

'καὶ ἀνδρὸς ἡ αὐτὴ φύσις εἰς φυλακὴν πόλεως, πλὴν ὅσα
'ἡ μὲν ἀσθενεστέρα, ἡ δ' ἰσχυροτέρα ἐστί. φαίνεται. καὶ
'γυναῖκες ἄρα αἱ τοιαῦται τοῖς τοιούτοις ἀνδράσιν ἐκλεκτέαι
'ξυνοικεῖν τε καὶ ξυμφυλάττειν, ἐπείπερ εἰσὶν ἱκαναὶ καὶ
'ξυγγενεῖς αὐτοῖς τὴν φύσιν. πάνυ γε. τὰ δ' ἐπιτηδεύματα
'οὐ ταὐτὰ ἀποδοτέα ταῖς αὐταῖς φύσεσι; ταὐτά. ἥκομεν
'ἄρα εἰς τὰ πρότερα περιφερόμενοι καὶ ὁμολογοῦμεν μὴ
'παρὰ φύσιν εἶναι ταῖς τῶν φυλάκων γυναιξὶ μουσικήν τε
'καὶ γυμναστικὴν ἀποδιδόναι. παντάπασι μὲν οὖν.' ἐν τού-
τοις ἅπασιν ἐφ' ἑνὸς παραδείγματος τοῦ τῶν γυναικῶν |
ἐγύμνασεν ἡμᾶς εὑρετικούς τε καὶ διακριτικοὺς εἶναι, κατὰ 742
τί μὲν ὅμοια ταῖς φύσεσίν ἐστι, κατὰ τί δὲ ἀνόμοια τὰ
παραβαλλόμενα. γυναῖκες γὰρ ἀνδράσιν ὅμοιαι μέν εἰσιν,
καθ' ὃ καὶ αὗται ὑπάρχουσι λογικὰ ζῷα, τουτέστιν ἐπιστή-
μης δεκτικά, καθ' ὅσον δὲ τὸ μὲν τῶν ἀνδρῶν γένος ἰσχυ-

1 φυλακὴν πόλεως· τοῦτ' ἐπισημουσυνήμενος ὥσπερ ξύνεσιν ἔχον (p. 757, 15) omissis, quae interiecta sunt, verbis M; cf. Proll. p. 110. — 2 ὁ δ' ἰσχυρότερος ABChK. — 3 ἄρα τοιαῦται ABChK. — 4 συνοικεῖν ABChK. — φυλάττειν ABChK. — 6 οὔτ' αὐτὰ ABCh. — 8 φύσιν ἢ ταῖς A. — 12 ταῖς φύσεσι ABChK τῇ φύσει? — 13 ὁμοῖαι ABChK ὅμοιαι nos. — 14 καθὸ ABChK καθ' ὃ nos. — καὶ αὗταὶ K. —

igitur et viri eadem est natura ad custodiam civitatis, nisi quod eadem vel imbecillior vel firmior est. Apparet. Etiam mulieres igitur tales eligendae sunt, quae una cum talibus viris et habitent et custodiant, quoniam idoneae sunt et iis cognatae natura. Prorsus. Officia vero nonne eadem eisdem naturis sunt tribuenda? Eadem. Revolvimur igitur ad superiora atque confitemur non esse contra naturam custodum mulieribus musicam et gymnasticam tribuere. Plane.' In his omnibus Plato hoc uno mulierum exemplo exercuit nos, ut sollerter et explorare et discernere possemus, in quo similia natura, in quo item dissimilia essent, quae inter se compararentur. Feminae enim viris similes sunt, quatenus ipsae quoque animalia rationalia, hoc est scientiae capacia sunt, at quatenus virorum sexus robustior est ad omneque opus omnemque disciplinam me-

ρότερον ὑπάρχει καὶ εἰς ἅπαν ἔργον τε καὶ μάθημα βέλτιον, αἱ γυναῖκες δὲ ἀσθενέστεραί τε καὶ χείρους, ἀνόμοιαί γε κατὰ τοῦτό εἰσιν, ὥσπερ γε πάλιν ἐναντίως ἔχουσι, καθ' ὅσον αὗται μὲν ὑπάρχουσι θήλειαι καὶ διὰ τοῦτο πρὸς κύησιν ἐπιτήδεια ταῖς μὲν γυναιξίν ἐστι μόρια ἄττα τοῦ σώματος ὑπὸ τῆς φύσεως παρεσκευασμένα, τοῖς δὲ ἄρρεσιν οὐκ ἔστιν. ὥστε ἀληθῶς ἄν τις φαίη κατά τι μὲν ὁμοίως διακεῖσθαι τὰς γυναῖκας τοῖς ἀνδράσι, κατά τι δὲ ἐναντίως. ἐπειδὰν μὲν οὖν τις κατὰ τὴν ὁμοιότητα τὴν μετάβασιν ἀπὸ θατέρου ποιῆται πρὸς τὸ ἕτερον, ἀληθεύσει, ἐπειδὰν δὲ κατὰ τὴν ἀνομοιότητα, ψεύσεται καὶ πολὺ μᾶλλον κατὰ τὴν ἐναντίωσιν. ὡς γὰρ ὁ Ἱπποκράτης ἐν τῷ κατὰ ἰητρεῖον
743 ἔγραψε κελεύων ἡμᾶς ἐξ ἀρχῆς ἢ ὅμοια ἢ ἀνό|μοια σκοπεῖσθαι, προσέθηκε δὲ ἐν τῷ Προγνωστικῷ καὶ τὸ ἐναντίον οἷς ἔλεγεν ἐπὶ τοῦ προσώπου, 'τὸ δὲ ἐναντιώτατον τοῦ ὁμοίου δεινότατον', οὕτω φαίνεται καὶ ὁ Πλάτων τὴν ἀπόδειξιν πεποιημένος ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει.

5 ἐπιτήδειαι ABCh. — 6 ἀπὸ τῆς ABCh. — 11 ὁμοιότητα ABChK ἀνομοιότητα Corn. — 15 τὸ δὲ ἐναντιώτατον; cf. supra p. 736, 4. —

lior, feminae autem imbecilliores et peiores, eatenus a viris discrepant, quemadmodum rursus in hoc contrariam viris naturam habent, quod feminae sunt ob eamque causam ad concipiendum fetum idoneas quasdam partes a natura comparatas habent, mares non habent. Unde merito dixeris feminas in aliqua re similes viris, in aliqua dissimiles esse. Quodsi quis e similitudine transitum ab altero ad alterum fecerit, verum dicet, si ex dissimilitudine, mentietur, si ex oppositione, multo magis. Quemadmodum enim Hippocrates in libello de officina medici ita scripsit, ut nos a principio similiane essent an dissimilia spectare iuberet, in Prognostico autem etiam contrarium iis, quae dixerat de facie, addidit — 'pessimum vero' inquit 'est, cum facies longissime a similitudine recedit' —, ita etiam Platonem in oratione, quam supra laudavimus, demonstrationem apparet contexuisse.

Προσθῶμεν οὖν ἔτι καὶ ἄλλο τῶν ὑφ' Ἱπποκράτους γεγραμμένων παραδειγμάτων ἕνεκα τοῦ διακρίνειν ἐν τοῖς παραβαλλομένοις καθ' ὅσον ὅμοιά ἐστι, καθ' ὅσον ἀνόμοια. ἔστι δὲ ἡ λέξις ἐκ τοῦ περὶ ἄρθρων συγγράμματος ὧδέ πως ἔχουσα· ʽγινώσκειν δέ, εἰ ἐκπέπτωκε ὁ βραχίων, τοισίδε ʽχρὴ τοῖσι σημείοισι· τοῦτο μέν, ἐπειδὴ δίκαιον ἔχουσι τὸ ʽσῶμα οἱ ἄνθρωποι καὶ τὰς χεῖρας καὶ τὰ σκέλεα, παραδείγματι ʽχρέεσθαι δεῖ τῷ ὑγιεῖ πρὸς τὸ μὴ ὑγιὲς καὶ τῷ μὴ ὑγιεῖ ʽπρὸς τὸ ὑγιὲς μὴ τὰ ἀλλότρια ἄρθρα καθορῶντα, ἄλλοι γὰρ ʽἄλλων μᾶλλον ἔξαρθροι πεφύκασι, ἀλλὰ τὰ αὐτοῦ τοῦ κά-ʽμνοντος, ἢν ἀνόμοιον ἔῃ τὸ ὑγιὲς τῷ κάμνοντι. καὶ τοῦτο ʽεἴρηται μὲν ὀρθῶς, παραξύνεσιν δὲ ἔχει πάνυ πολλὴν δια ʽτὰ τοιαῦτα καὶ οὐκ ἀρκέει μοῦνον λόγῳ εἰδέναι τὴν τέχνην ʽταύτην, ἀλλὰ καὶ ὁμιλίῃ ὁμιλέειν. πολλοὶ γὰρ ὑπὸ ὀδύ-

2 *παραδείγματος* ABChK *παραδειγμάτων* nos. — 3 *ὅσον καθ'* ABChK *καθ' ὅσον* nos. — *ὅμοιον* ABChK *ὅμοια* nos. — *καὶ ὅσον ἀνόμοιον* ABChK *καθ' ὅσον ἀνόμοια* nos. — 5 *γινώσκειν δέ κ. τ. λ.* de artic. vol. IV, p. 102 L Galen. comment. XVIII, 1, p. 366 sqq. — *γιγνώσκειν δ'* ABChK. — *τοῖσι χρὴ* ABChK. — 7 *σκέλη* ABChK. — *παραδείγματα* AB. — 8 *χρὴ χρῆσθαι τῷ ὑγιεῖ* ABChK. — verba *καὶ τῷ μὴ — ὑγιὲς* om. ABChK. — 9 *γὰρ μᾶλλον ἄλλων* ABChK. — 10 *κάμνοντος, ὃν ἀνόμοιον τὸ ὑγιὲς* ABChK. — 12 *διὰ* eici vult Corn. — 13 *τὰ* om. ABChK. —

Sed age, aliud etiam ex Hippocratis exemplis litteris mandatis apponamus similitudinis et dissimilitudinis in iis, quae comparantur, discernendae causa. Locus autem sumtus est ex libro de articulis in hunc modum se habens: 'Excideritne bracchium, hisce notis cognoscendum est. Partim cum iustum habeant corpus homines et manus et crura, sano membro ad non sani et non sano ad sani exemplum uti debemus neque alienos articulos inspicere — alii enim apud alios eminentiores sunt —, sed ipsius laborantis membra, sanumne aegrotanti dissimile sit. Atque hoc recte quidem dictum est, tamen propter haec admodum multos mentis errores habet neque satis est hanc artem ratione tantum cognovisse, sed consuetudine et usu in ea versandum est. Multi enim sunt, qui prae dolore

744 'νης ἢ καὶ ὑπὸ ἀλλοίης | προφάσιος οὐκ ἐξεστηκότων αὐτοῖσι
'τῶν ἄρθρων ὅμως οὐ δύνανται ἐς τὰ ὅμοια σχήματα καθιστά-
'ναι, ἐς οἷάπερ τὸ ὑγιαῖνον σῶμα σχηματίζεται. προξυννοέειν μὲν
'οὖν καὶ ἐννοίειν καὶ τὸ τοιόνδε σχῆμα χρή. ἀτὰρ καὶ ἐν τῇ
'μασχάλῃ ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος φαίνεται ἐγκειμένη πολλῷ
'μᾶλλον τοῦ ἐκπεπτωκότος ἢ τοῦ ὑγιέος. τοῦτο δέ, ἄνωθεν κατὰ
'τὴν ἐπωμίδα κοῖλον φαίνεται τὸ χωρίον καὶ τὸ τοῦ ἀκρωμίου
'ὀστέον ἐξέχον φαίνεται, ἅτε ὑποδεδυκότος ἤδη τοῦ ἄρθρου
'ἐς τὸ κάτω τοῦ χωρίου. παραξύνεσιν μὲν κἀν τούτῳ ἔχει
'τινά. ἀλλὰ ὕστερον περὶ αὐτοῦ γραφήσεται, ἄξιον γὰρ γρα-
'φῆς ἐστι. τοῦτο δέ, τοῦ ἐκπεπτωκότος ὁ ἀγκὼν φαίνεται
'ἀφεστεὼς μᾶλλον ἀπὸ τῶν πλευρέων ἢ τοῦ ἑτέρου. εἰ
'μέντοι τις προσαναγκάζοι, προσάγεται μέν, ἐπιπόνως δέ.
'τοῦτο δέ, ἄνω τὴν χεῖρα ἀεῖραι ἰθεῖαν παρὰ τὸ οὖς ἐκτετα-

2 εἰς τὰ ὅμοια ABChK. — καθιστάνον ÅB καθιστάναι ChK καθ-εστάναι Corn. — 3 ὑγιεινόν ABChK. — μὲν om. ABChK. — 4 ἐννοεῖν ABChK. — 5 φέρεται ABChK φαίνεται Corn. — πολλῷ A. — 11 τοῦ-τον ABChK τοῦτο Corn. — 12 ἢ ἀπὸ τοῦ ABChK ἢ τοῦ Corn. — 13 προσαγκάζοι A. — 14 ἄνωθεν ABChK. — ἆραι ABChK ἀεῖραι nos. — εὐθεῖαν ABChK ἰθεῖαν nos. —

vel alia etiam de causa, licet non exciderint iis articuli, tamen eos in figuras similes illis, in quas sanum corpus formatur, redigere nequeant. Itaque perpendere prius et considerare etiam huiusmodi figuram oportet. Atque etiam caput bracchii, qui excidit, multo magis quam eius, qui recte se habet, in ala situm esse videtur. Partim desuper in superiore parte humeri concavus locus apparet osque summi humeri exstare videtur, utpote cum in inferiorem locum iam subierit articulus. Ceterum hoc quoque errorem quendam mentis habet. Sed postea hac de re, cum memoratu digna sit, scribetur. Praeterea luxati cubitum apparet magis a costis quam ab altero distare. Si tamen vim attuleris, admovetur quidem, sed cum dolore. Accedit quod sursum idem manum rectam ad aurem cubito extento haud

ʽμένου τοῦ ἀγκῶνος οὐ μάλα δύναται ὥσπερ τὴν ὑγιέα ʽοὐδὲ παράγειν ἔνθα καὶ ἔνθα ὁμοίως.᾽ αὕτη μὲν ἡ τοῦ ʽἹπποκράτους ῥῆσις ἡ αὐτὴ τῇ κατὰ τὸ Προγνωστικόν. ὡς γὰρ ἐκεῖ τὸ πρόσωπον ἡμᾶς τοῦ νοσοῦντος ἐκέλευσε σκοπεῖ-| σθαι, πότερον ὅμοιόν ἐστιν ἢ ἀνόμοιον τῷ τῶν ὑγιαινόντων, 745
μάλιστα δὲ εἰ αὐτὸ ἑαυτῷ, οὕτω νῦν τὸ ἐκπεπτωκὸς ἄρθρον τῷ ὑγιεῖ παραβάλλει τὴν παραβολὴν ποιούμενος ἐπὶ αὐτοῦ τοῦ πεπονθότος ἀνθρώπου· ἀπάτη γάρ, ἣν παραξύνεσιν ὠνόμασε, γίνεται πολλάκις, ἐὰν τοῖς ἀλλοτρίοις ἄρθροις παραβάλλῃς αὐτό. καὶ μέντοι καὶ ὡς ἐκ τῶν κατὰ μέρος, εἰ ὅμοιόν ἐστι τῷ κατὰ φύσιν ἔχοντι τό γε πεπονθός, ἔνεστι διαγνῶναι, καθάπερ ἐν τῷ Προγνωστικῷ διῆλθεν, οὕτω κἀνταῦθα τὰ μὲν ἄλλα γράψας καλῶς, ἐν ᾧ δὲ ἄν τις σφαλείη διὰ τὴν πρὸς τὸ ἐξηρθρηκὸς ὁμοιότητα, τοῦτο ἐπισημηνάμενος, ὡς παραξύνεσιν ἔχον καὶ αὐτό. ταπεινὴ γὰρ ἡ ἐπωμὶς οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ἐξηρθρηκότων ἐστίν, ἀλλὰ κἀπὶ

1 μᾶλλον ABChK. — δύνανται ABChK δύναται Corn. — 3 ῥῆσις αὐτῇ ABCh ῥ. ὁμοίῃ (i. e. ὁμοία) Corn. ῥ. ἡ αὐτὴ K. — 5 τῷ om. ABCh. — 10 παραβάλλοις ABCh. — 13 τι ABChK τις nos. — 14 ἐξηθρηκὸς A. — ἐπισημουσυνήμενος M; cf. adn. crit. supra p. 753, 1. — 15 ὥσπερ ξύνεσιν M. — 16 ὁ pro οὐ M. — ἐξηρθρηλότων M. —

ita potest attollere perinde ac sanam neque similiter huc et illuc traducere.' Haec Hippocratis oratio similis est illi, quam in Prognostico tradit. Quemadmodum enim ibi faciem aegrotantis nos inspicere iussit, similisne an dissimilis sani videretur ac praecipue sui ipsius, ita hic luxatum articulum cum sano ita comparat, ut in eodem ipso, qui laborat, comparationem instituat; fraus enim, quam mentis errorem appellavit, saepe fit, si cum alienis articulis eum contuleris. Atque etiam sicut in Prognostico demonstravit posse nos ex singularibus cognoscere, essetne pars ea, quae laborat, similis naturalem situm obtinentis, ita hic quoque cum alia recte scripsit, tum id significavit, in quo quis decipi posset propter similitudinem partis luxatae, quippe quod et ipsum mentis errorem haberet. Depressa enim superior pars humeri non solum in luxatis est, sed etiam in iis, qui avulsio-

τῶν ἀπόσπασμα κατὰ τὸ ἀκρώμιον ἐχόντων, ὥστε συγχεῖσθαι κατὰ τοῦτο τὴν διάγνωσιν τῶν ἐξαρθρημάτων εἰς κοινὸν σημεῖον ἀφικνουμένην τοῖς ἀπεσπασμένον ἔχουσι τὸ ἀκρώμιον. ἀλλὰ κἀνταῦθα πάλιν, ὅπερ καθόλου διὰ τοῦ κατὰ ἰητρεῖον ἀπεφήνατο, τοῦτο νῦν ἐφ' ἑνὸς εἴδους ἐποίησεν ἐπιδείξας οὐ μόνον ᾗ ὅμοια τὰ σημεῖα τῶν δύο παθῶν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ
746 ᾗ ἀνόμοια. κοίλη μὲν οὖν ἡ ἐπωμὶς ἐπὶ ἀμφοῖν φαίνεται, τῶν δὲ ἄλλων συμπτωμάτων, ὧν τὸν κατάλογον ἔγραψεν ἐπὶ τῶν ἐξηρθρηκότων ὤμων, οὐδὲν συμβαίνει κατὰ τὰ τῶν ἀκρωμίων ἀποσπάσματα, περὶ ὧν κατὰ τὴν προγεγραμμένην ῥῆσιν οὕτως εἶπε· 'τοῦτο δέ, τοῦ ἐκπεπτωκότος ὁ ἀγκὼν 'φαίνεται ἀφεστεὼς μᾶλλον ἀπὸ τῶν πλευρέων ἢ τοῦ ἑτέρου. 'εἰ μέντοι τις προσαναγκάζοι, προσάγεται μέν, ἐπιπόνως δέ. 'τοῦτο δέ, ἄνω τὴν χεῖρα ἀεῖραι ἰθεῖαν παρὰ τὸ οὖς ἐκτετα-'μένου τοῦ ἀγκῶνος οὐ μάλα δύναται ὥσπερ τὴν ὑγιέα 'οὐδὲ παράγειν ἔνθα καὶ ἔνθα ὁμοίως.' ταῦτα μὲν ἐπὶ τῶν

4 ἐητρεῖον M. — 5 ἐφ' om. ABChK; cf. Proll. p. 35. — 9 τὰ post κατὰ om. M. — 10 προσγεγραμμένην M. — 11 τούτου codd. edd. τοῦτο Corn. — ἡ ἀγκὼν M. — 12 πλευρῶν codd. edd. — 14 τοῦτο om. M. — ἀῆραι τὴν χεῖρα MAB ἀεῖραι τ. χ. ChK τ. χ. ἀεῖραι nos. — 15 ὥσπερ καὶ τὴν codd. edd. ὥσπερ τὴν nos. —

nem in summo humero passi sunt, ut hac ratione confundatur luxatorum cognitio, cum signum habeat commune cum iis, qui summum humerum habent avulsum. Verum hic quoque, quod generatim in libro de medici officina pronuntiavit, id nunc in una specie statuit, non modo, qua similia essent duarum affectionum signa, sed etiam, qua dissimilia, demonstrans. Concava quidem superior pars in utrisque apparet; alii tamen casus, quos de luxatis humeris enumerat, non accidunt in summi humeri avulsionibus, de quibus casibus, ut supra rettuli, ita scripsit: 'Praeterea luxati cubitum apparet magis a costis quam ab altero distare. Si tamen vim attuleris, admovetur quidem, sed cum dolore. Accedit quod sursum idem manum rectam ad aurem cubito extento haud ita potest attollere perinde ac sanam neque similiter huc et illuc traducere.' Haec in luxatis fieri manifestum est;

ἐξηρθρηκότων φαίνεται γινόμενα μηδὲν τοιοῦτον πασχόντων,
οἷς ἀπέσπασται τὸ ἀκρώμιον· μόνον γὰρ αὐτοῖς κοινόν
ἐστι τὸ τὴν ἐπωμίδα φαίνεσθαι κοίλην. ἔστι δὲ καὶ κατὰ
τοῦτο τὸ κοινὸν οὐ μόνον ὁμοιότης, ἀλλὰ καὶ ἀνομοιότης.
φαίνεται γὰρ ὁ τόπος ὢν ταπεινότερος, οὐ μὴν καὶ γεγονώς
γε κατὰ ἀλήθειαν ἑαυτοῦ ταπεινότερος, ὡς ἐπὶ τῶν ἐξηρ-
θρηκότων ὤμων. ἐπὶ ἐκείνων μὲν γὰρ τῆς κεφαλῆς τοῦ βρα-
χίονος εἰς τὴν μασχάλην καταπεσούσης ὁ πρότερον ὑπάρχων |
ὄγκος ἐν τῷ κατὰ τὴν ἐπωμίδα τόπῳ κατὰ ἀλήθειαν ἀπό- 747
λωλεν, ἐν δὲ τοῖς ἀποσπάσμασιν οὗτος μὲν ὁ αὐτὸς δια-
μένει, μεταστάντος δὲ εἰς ὕψος τοῦ ἀκρωμίου φαντασία
ψευδὴς γίνεται τῆς τοῦ τόπου ταπεινώσεως. ἴσως οὖν
ἄμεινόν ἐστι καὶ μίαν ἄλλην ἔτι παραγράψαι ῥῆσιν ἐκ τοῦ
περὶ ἄρθρων, ἐν ᾗ καθ' ἓν πάθος ἐπιδείκνυσιν ὁ Ἱπποκρά-
της ὁμοιότητά τε καὶ ἀνομοιότητα σφάλλουσαν τοὺς πολλοὺς
τῶν ἰατρῶν. ὅταν τις ἐξαρθρήσῃ σπόνδυλος εἰς τὸ πρόσω,
ταπεινὸν κατὰ τοῦτο γίνεται τὸ χωρίον τῆς ῥάχεως. ἐνίοτε
δὲ περιθραυσθεισῶν τῶν κατὰ τοὺς σπονδύλους ὀπισθίων

---

1 ἐξηθρηκότων ChK. — τοιούτων M. — 2 μόνοις codd. edd. μόνον nos. — 8 ὑπάρχει M; cf. Proll. p. 100. —

---

